This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



AUG 2 0 1913

SEXTI AURELII PROPERTII

OPERA OMNIA.

VOL. I.

SEXTI AURELII PROPERTII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE CH. TH. KUINOELIS

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

14099-

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Philippi Silvii Epistola Serenissimo Delphino .	1
Excerpta e F. G. Barthii Præfatione . .	3
Excerpta e L. Satenii Præfatione . .	9
Excerpta e C. Lachmanni Præfatione . .	19
Sex. Aurelii Propertii Vita, per annos, quantum licuit probabili conjectura, digesta, auctore Frid. Gottl. Barthio	26
Selecta clarorum virorum de Sex. Aurelio Propertio Testimonia et Judicia, magnam partem a Jano Broukhusio collecta	54
Elenchus Alphabeticus nonnullorum scripturæ Compendiorum quæ in VV. LL. occurrunt . .	71
Sex. Aurelii Propertii Lib. I. Eleg. I. . .	77
——— ——— ——— Eleg. II. . .	83
——— ——— ——— Eleg. III. . .	89
——— ——— ——— Eleg. IV. . .	96
——— ——— ——— Eleg. V. . .	100
——— ——— ——— Eleg. VI. . .	105
——— ——— ——— Eleg. VII. . .	111
——— ——— ——— Eleg. VIII. . .	116

		Pag.
Sex. Aurelii Propertii Lib. I.	Eleg. IX.	125
——— ——— ———	Eleg. X.	131
——— ——— ———	Eleg. XI.	135
——— ——— ———	Eleg. XII.	142
——— ——— ———	Eleg. XIII.	146
——— ——— ———	Eleg. XIV.	152
——— ——— ———	Eleg. XV.	156
——— ——— ———	Eleg. XVI.	162
——— ——— ———	Eleg. XVII.	169
——— ——— ———	Eleg. XVIII.	174
——— ——— ———	Eleg. XIX.	179
——— ——— ———	Eleg. XX.	183
——— ——— ———	Eleg. XXI.	194
——— ——— ———	Eleg. XXII.	196
——— ——— Lib. II.	Eleg. I.	198
——— ——— ———	Eleg. II.	212
——— ——— ———	Eleg. III.	217
——— ——— ———	Eleg. IV.	229
——— ——— ———	Eleg. V.	232
——— ——— ———	Eleg. VI.	237
——— ——— ———	Eleg. VII.	245
——— ——— ———	Eleg. VIII.	250
——— ——— ———	Eleg. IX.	256
——— ——— ———	Eleg. X.	264
——— ——— ———	Eleg. XI.	270
——— ——— ———	Eleg. XII.	271
——— ——— ———	Eleg. XIII.	275
——— ——— ———	Eleg. XIV.	287
——— ——— ———	Eleg. XV.	293
——— ——— ———	Eleg. XVI.	301
——— ——— ———	Eleg. XVII.	308
——— ——— ———	Eleg. XVIII.	310
——— ——— ———	Eleg. XIX.	316
——— ——— ———	Eleg. XX.	321
——— ——— ———	Eleg. XXI.	326
——— ——— ———	Eleg. XXII.	329

		Pag.
Sex. Aurelii Propertii Lib. II.	Eleg. XXIII.	336
——— ——— ———	Eleg. XXIV.	340
——— ——— ———	Eleg. XXV.	347
——— ——— ———	Eleg. XXVI.	355
——— ——— ———	Eleg. XXVII.	367
——— ——— ———	Eleg. XXVIII.	370
——— ——— ———	Eleg. XXIX.	381
——— ——— ———	Eleg. XXX.	387
——— ——— ———	Eleg. XXXI.	395
——— ——— ———	Eleg. XXXII.	399
——— ——— ———	Eleg. XXXIII.	410
——— ——— ———	Eleg. XXXIV.	417
——— ——— Lib. III.	Eleg. I.	434
——— ——— ———	Eleg. II.	441
——— ——— ———	Eleg. III.	445
——— ——— ———	Eleg. IV.	454
——— ——— ———	Eleg. V.	458
——— ——— ———	Eleg. VI.	466
——— ——— ———	Eleg. VII.	474
——— ——— ———	Eleg. VIII.	485
——— ——— ———	Eleg. IX.	492
——— ——— ———	Eleg. X.	502
——— ——— ———	Eleg. XI.	507
——— ——— ———	Eleg. XII.	520
——— ——— ———	Eleg. XIII.	526
——— ——— ———	Eleg. XIV.	539
——— ——— ———	Eleg. XV.	545
——— ——— ———	Eleg. XVI.	552
——— ——— ———	Eleg. XVII.	556
——— ——— ———	Eleg. XVIII.	563
——— ——— ———	Eleg. XIX.	569
——— ——— ———	Eleg. XX.	573
——— ——— ———	Eleg. XXI.	579
——— ——— ———	Eleg. XXII.	585
——— ——— ———	Eleg. XXIII.	596
——— ——— ———	Eleg. XXIV.	599

Pag.
Sex. Aurelii Propertii Lib. III. Eleg. XXV. . . 602
——— ——— Lib. IV. Eleg. I. . . 606
——— ——— ——— Eleg. II. . . 630
——— ——— ——— Eleg. III. . . 638
——— ——— ——— Eleg. IV. . . 648
——— ——— ——— Eleg. V. . . 661
——— ——— ——— Eleg. VI. . . 675
——— ——— ——— Eleg. VII. . . 688
——— ——— ——— Eleg. VIII. . . 702
——— ——— ——— Eleg. IX. . . 714
——— ——— ——— Eleg. X. . . 723
——— ——— ——— Eleg. XI. . . 731
Notæ Variorum in Propertii Lib. I. . . 751
——— ——— Lib. II. . . . 789
——— ——— Lib. III. . . . 833
——— ——— Lib. IV. . . . 863
Jani Dousæ Filii in Propertium Conjectanea et Notæ 903
Recensus Editionum Sex. Aurelii Propertii . 923
Recensus Codicum Mss. Sex. Aurelii Propertii qui in Bibliothecis Britannicis asservantur . . 929
Index Verborum . . . . . i.
——— Nominum . . . . . xlvi.

AD

SERENISSIMUM

DELPHINUM

PHILIPPUS SILVIUS

T. E. C. P.

EXTREMUM hunc spectes facilis, DELPHINE, laborem;
Vatibus e nostris tertius ecce venit.
Comtus ridenti venit ecce Propertius ore,
Et docti Veneres explicat ingenii,
Qualis ad Augusti veniebat limina quondam
Actia magnifico carmine bella canens.
Quam caneret majora libens! quam divite vena
Promeret insuetos ad nova facta modos,
Dudum depositi si rursus carminis usum
In MAGNI laudes fata benigna darent!
Centum urbes validi rupto muri aggere captæ,
Menstrua dum reparat cornua Luna semel;
Tranatique amnes; jussusque frementibus undis
Æratas Rhenus trans vada ferre acies;
Deletum et Batavum nomen, nisi Nereus ingens
Victa superfuso conderet arva salo;
Hostili toties Siculum mare sanguine tinctum;
Et Ruterus mediis contumulatus aquis;
Fulminaque in sontes ipsis e fluctibus urbes
Emissa, et medio Tartara rupta mari;

Et conjuratis Europa excita catervis
  Ad MAGNI arbitrium pace coacta frui;
Quanto materies essent ad Carmina major,
  Quam tum fœminea palma parata fuga!
Quam vere caneret! 'LODOICI hæc gloria summa est;
  Illa, qua vicit, condidit arma manu.'
Totus in his molles dedignaretur Amores,
  Cynthiaque in toto carmine nulla foret.
Nunc quia spes de te certas, DELPHINE, Patrisque
  Fortia facta illum dicere fata vetant:
BORBONIDUM certe magno sub nomine felix
  Prodire, et vester, qua datur, esse cupit.

Lutetiæ Parisiorum,
Kal. Mart. An. Chr. 1685.

EXCERPTA

E F. G. BARTHII PRÆFATIONE.

JAM in genere quidem hoc monendum videtur, omnes omnino codd. Propertianos doctissimis Viris, et in his Jos. Scaligero, Castigatt. in Propert. atque Joanni Alberto Fabricio, Biblioth. Lat. t. I. p. 435. ed. Ernest. videri ab uno illo fluxisse codice, qui Joviani Pontani temporibus, secundum Alexandrum ab Alexandro II. Genial. Dier. 2. in cella quadam vinaria sub doliis inventus fuerit: quod opus cum longo situ ac senio absumtum fuisset, effectum, ut, literis corrosis ac longa vetustate collabentibus, mendosi inde codd. prodirent, neque ideo Propertium integritati suæ penitus unquam restitui posse. Enimvero, etsi ego non sum is, qui hujus narrationis fidem elevatum eat, præsertim cum illi non parum probabilitatis accedat inde, quod versus quidam, in Propertio deficientes, a nullo codicum illorum, qui huc usque inspecti fuere, ita exhibentur, ut Propertiano ingenio et reliquorum carminum colore digni sint: idem tamen ego neque negare neque inficias ire volo, restare mihi in hac re scrupulum aliquem, qui me urgeat et angat, ab iis unice eximendum, quibus codicis illius ipsius, qui in cella vinaria repertus fuit, et Franciani secundi excutiendi et contemplandi facultas est ac potestas. Vixit Pontanus ab A. Chr. 1426. usque ad 1503. Quodsi igitur codex Propertianus, illius ætate repertus, unicus fuit, sequitur, ut vel Francii codex secundus in forma 4. a

Broukhusio collatus, idem ille tunc repertus, habendus sit; vel ut Broukhusius in ætate hujus codicis Franciani æstimanda mirum in modum erraverit. Huic enim summo Viro codex ille Francii facile annos 400. excedere visus fuit. Scribebat vero hæc Broukhusius in Præf. ad suam edit. priorem A. C. 1702. adeo ut hunc codicem ante annum 1302. scriptum esse oporteat. Sit igitur penes illos judicium quibus codd. illos licet inspicere: mihi certe probabile fuerit codicem illum, in cella vinaria repertum, occasionem modo præbuisse in scriptorem huc usque ne nomine quidem cognitum inquirendi, ejusque scripta in lucem aspectumque hominum protrahendi. Utcumque sit, Vir doctus quoque nuper in Biblioth. Gotting. Philol. t. III. Partic. 4. p. 359. de veritate illius narratiunculæ dubitavit, adeo ut tota res tum demum omni dubitatione liberari posse videatur, cum reliqui codd. Propert. nondum inspecti, in locis saltem corruptis ac mutilis consulti, in iisque etiam manifesto vitiosi deprehensi fuerint.

Post Antonii Volsci igitur, (quem Broukhusius aliquoties præter caussam suspectum habuit de lectt. ex ingenio confictis, cum eas in editione omnium principe repererit Vulpius,) Beroaldi, atque aliorum labores, de Propertio ejusque contextu bene meriti sunt Muretus imprimis, et Josephus Scaliger, quanquam hic usus est tantum unico scripto libro, et quidem recente, qui tamen ipsi ad Tibull. I. 1. ‘ quædam vetustatis retinere vestigia ’ videtur, ‘ cum paulo ante ineuntem typographicam artem scriptus sit, et nondum correctorum audacia ita licenter in bonis auctoribus vagaretur.’ Habet is liber, interdum saltem, lectt. diversas, margini, licet eadem manu, auctore Scaligero, ascriptas; illiusque ipsius etiam codicis copiam fecerat Scaligero Cujacius. Enimvero, licet negari nequeat Propertium multa debere huic Alcidæ literato, quippe qui contextum ipsum multis passim interpolatorum superioris ætatis sordibus repurgatum nobis dedit, tamen haud scio an non idem altera manu multo plus eripuerit nostro Poëtæ, quam ipsi dederat, eique, misere sæpe laceratis membris vultuque at-

que ore ejus deturpato, tantam deformitatem intulerit, ut sui plane dissimilis vocandus sit Propertius. Constat enim inter omnes, quanta audacia Scaliger cum in alios auctores veteres, tum in Propertium quoque, contra jus fasque omne, grassatus fuerit, et quantopere ingenio vel potius morositati suæ, in transponendis totis distichis, et non solum ex una elegia in alteram, sed et ex libro uno in alterum trajiciendis, indulserit. In quo sæpe mirari subiit animum hominis, qui sibi adeo gratularetur in hoc nefario scelere, et in descriptores librorum veterum acerbissimis verbis inveheretur. Sic enim in procemio Castigatt. in Prop. ‘Qui autem,’ inquit, ‘illud [exemplar Propertii] descripsit primus, næ ille audax aut negligens homo fuit: nam, præter innumera menda, quibus totum librum præstantissimi poëtæ aspersit, magni sceleris se obligavit, cum in secundo et tertio libro integras paginas et magnum numerum versuum suo loco luxaverit, et infinitis locis magnas tenebras offuderit: adeo ut neminem esse putem (libere enim quod sentio fatebor) qui hunc poëtam in secundo libro nisi per caliginem, quod dicitur, intelligat. Nos primi eam perturbationem versuum odorati sumus: et bene nobis successit labor iste.’ Similiter ad II. El. 30. ‘Pulcherrima hujus poëtæ elegia mirum in quot membra distracta sit, ut mirer quid in mentem venerit istis βιβλιοστρόβλαις qui non prius mentem Poëtæ diligenter perpenderent, quam hæc ita de suis sedibus injuste deturbarent.’ Ambabus, quod aiunt, largimur, potuisse totam aliquam paginam in codd. antiquis transponi, illiusque restitutione scriptoris integritati consuli, quod in Luciano a Gesnero factum constat; at enim, ut ejusmodi trajectiones concoquas, quales Scaliger suscepit, et in quibus ima summis, quadrata rotundis miscentur, Spartano plane opus est stomacho. Sed hic porro est quod miremur, quomodo Broukhusius, qui omnes Propertii Veneres imbiberat, omnesque literarum elegantiorum munditias haud perfunctorie doctus erat, Scaligero, poëticæ venustatis sensu plane destituto, in omnibus his confusionibus assensus sui quasi calculum adjicere potuerit, ut ita eo magis fucus fieret lecto-

ribus, et splendore quasi nominis Broukhusiani omnium oculi præstringerentur; quanquam jam ante Broukhusium Gabbema quoque Scaligeranum ordinem adoptarat, cujus forte auctoritate sese munire ac defendere potuit Broukhusius. Utcumque sit, illius rei culpa maxime transferenda videtur in Scaligerum, quippe a quo fœdum illud et capitale dissidium editionum, tanquam a primo fonte derivatum, fluxit etiam in ceteras edd. præter jam nominatas, Gottingensem 1742. et Parisinam anni 1743. ut ex eo inde tempore duæ quasi familiæ editionum constituendæ videantur, quarum aliæ codicum servant ordinem, aliæ transpositiones Scaligeranas sequuntur. Ceterum nemo non paulo sanior et moderatior Criticus subscribet quoque Salmasii judicio in Observatt. ad jus Attic. p. 408. ita scribentis: 'Nihil mutandum est in scriptis auctorum, nec transponendum sine magna causa, præcipue si veterum librorum auctoritas non suffragetur. Vidi multas Criticorum pares transpositiones in aliis auctoribus similiter hariolantium, quos omnes falsos esse mihi constat, in Horatio, in Manilio, in Propertio, et aliis.' In iis, qui de Propertio ejusque carminibus bene meriti sunt, jam nominandi veniunt Dousæ, imprimis Filius: neque tamen hic multis instructus codicibus ad hunc sese laborem accinxit, sicut ipse fatetur in Præf. ad Conject. et Nott. in Cat. Tib. Propertium: 'In rimanda explicandaque sententia, quam conquirendis variis et sæpe vanis lectt. diligentior fui, nullum fere locum nisi vitii manifestum solicitare ausus, præsertim si veteris codicis auctoritas prætendi non poterat, ut nusquam fere; nisi forte in Propertio solo, in quo ad manus habui nonnullas variantis scripturæ collationes e scripto exemplari jam olim excerptas a clarissimo Modio et ad Patrem missas: quibus tamen minus sæpe usus sum, nec nisi ubi sententia id postulare atque etiam efflagitare videbatur.' Nihilo tamen secius negari nequit, hanc editionem omnes antecedentes, accuratione in emendandis maxime vitiis librariorum, longo post se spatio reliquisse. Proximus, qui Propertio non proletariam navavit operam, est Jo. Livineius, Gandensis, Lævini

Torrentii, Antverp. Episc. ex sorore nepos, canonicus et cantor ecclesiæ ejusdem; mortuus A. C. 1599. Hic igitur Propertium contulit non solum cum scripto, qui in Vaticano servabatur, sed etiam cum Jo. Posthii libro Ms. quem is a Sambuco dono acceperat. Successit Passeratius; qui haud dubie is est, cujus vastis et diffusæ lectionis eruditionisque plenis commentariis plurimum debet noster Poëta; et e cujus fonte perenni insecuti commentatores ut plurimum rivulos suos deduxerunt, quibus hortulos irrigarent suos. Jure meritoque Vulpius ad Prop. II. Eleg. 32. 16. 'Quid, rogo,' inquit, 'non vidit Passeratius, homo infinitæ lectionis, qui admirabili memoria, diligentia incredibili, optimo plerumque judicio ad Propertium explicandum aggressus est? ex cujus thesauris locupletissimis, qui secuti postea sunt, supellectilem suam auxerunt; et ipsi laudabiles, nisi interdum fateri nollent, per quem profecerint.' Passeratius sæpe ad veteres libros scriptos provocavit, neque tamen, vitio illorum temporum, illos accurate descripsit; unde Broukhusius de fide illius dubitavit aliquando, ad I. El. 16. 38. injuria, ut videtur, cum alii easdem interdum lectionum varietates in aliis deprehenderint libris. Nominavit tamen etiam cod. Memmianum. Cautius igitur res suas instituit, qui jam producendus est Janus Gebhardus; cui Broukhusius iniquior plerumque est,[1] propterea quod interdum e codd. Propertio lectiones asserere studet, quæ eleganti illius ingenio non conveniunt: quod quemadmodum negari non potest, ita nec laude sua privandus nobis videtur Gebhardus, cujus integram messem, e Palatinis aliisque codd. congestam, in suam contulit utilitatem Broukhusius, et qui præterea variis iisque elegantibus observationibus multos Propertii locos sat luculenter illustra-

NOTÆ

[1] Sic Broukh. ad II. 9. 15. de Gebhardo: 'Utinam istiusmodi ingenia abstineant ungues suos a poëtis!' Neque vero id mirum, cum et Passeratium sæpe parum reverenter habeat, a quo tamen plurimum profecit. Alibi vero, vel de Silvio, vel Marollo interpr. Gall. Propertii ait: 'Graculus ille Parisinus qui nobis nuper Propertium concacavit.' En urbanitatis vernaculæ fontem!

vit. Habuit Gebhardus, sicuti ipse in Præf. ad Animadvv. suas scribit, duos Propertii codd. e Biblioth. instructissima Palatina. Pergit deinde: 'Gruterus noster mihi librum suum, quem cum membranis Hieronymi Comelini ante annos fere XX. studiose contulerat, communicavit.' Summa accuratione collationem codd. a Gebhardo institutam, inspectio docet ocularis, dum vel ipsa librariorum vitia enotata exhibent ejus Animadversiones. Secutus est Janus Broukhusius, qui ea omnia, quæ antecessores ejus in medium attulerant, in usus suos convertit: et varios novos codd. partim inspexit ipse, partim ab aliis excutiendos curavit. Idem etiam, quæ a Guyeto, Lipsio, Turnebo, Heinsio, partim, e codd. Mss. partim ex ingenio cujusque prolata fuerant, ad contextum Propertii emendandum congessit; ita tamen, ut aliquoties conjecturas et Heinsii et suas in textum reciperet, quemadmodum ipse fassus est in Præf. ed. prioris, nec provideret, ut in nova editione saltem, quæ post mortem demum summi Viri curata fuit, rursus, ut fieri oportebat, ejicerentur. Adeo sumus homines, et nostra amamus! Circa idem tempus, et eodem anno, quo Broukhusius Propertium ab se ornatum publici juris fecit, etiam Vir doctus[1] Cantabrigiæ bene meritus est de Propertio nostro; non ille quidem codicibus ab se ipso inspectis usus, (neque enim in Anglia ullus Propertii codex extabat tunc temporis; et, quæ scripta exemplaria Catal. Mss. Oxon. edit. anno 1697. Regiæ et Westmonasteriensi Bibliothecis tribuit, summopere scrutanti nulla occurrebant,) attamen instructus penu aliorum, qui ab oras libb. varias codicum lectt. ascripserant. Novissimus, qui Propertio nostro operam curamque, non levidensem aut superficiariam, impendit, fuit Jo. Anton. Vulpius, elegantis Vir ingenii, cum Passeratio ac Broukhusio pari dignitatis loco habendus.

Operam dedimus, ut editionem nostram variis lectt. in-

NOTÆ

[1] Is habetur pro Isaaco Vossio in Diario Lipsico d. neuen Büchersaal T. V. p. 318. L. II. 7. quod an verum sit, non habeo dicere. Compendium scribendi 'viz.' pro, videlicet, mihi videtur Anglum prodere.

strueremus e cod. Dresdènsi, quem in Tibullo jam excusserat Ill. Heynius, accurate descriptum ab eodem Viro summo §. 9. Præfat. ad eum Poëtam, et a Goetzio, in 'den Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden,' p. 137. n. 123. Qua quidem in re amicam nobis operam præstitit M. Christianus Ludovicus Wendlerus, scholæ Crucianæ tunc temporis collega III. nunc autem diaconus et collega scholæ Portensis conjunctissimus; qui nobis V. L. ex hoc cod. cum Aldina edit. collato excerptas humanissime transmisit. Habet is codex interdum bonas lectiones; habet quoque lectiones, quæ in aliis non deprehenduntur, ab editoribus certe non sunt annotatæ.

EXCERPTA
E L. SANTENII PRÆFATIONE.

MAGNUM dolorem boni omnes, et veræ eruditionis studiosi, ex Burmanni Secundi morte, quæ ante duos ferme annos accidit, ceperunt. Quamvis enim vir, excellenti et immensa doctrina abundans, jam quintum et sexagesimum ætatis annum attigisset; tamen ejus obitus immaturus et acerbus existimandus est, quod, quorum ingeniis immortalia opera parantur, eorum vita ultra mortalitatis terminos producenda videatur. Quis autem (quod sine cujusquam contumelia dixerim!) tot tam præclaris operibus hæc humanitatis studia auxit et ornavit? quis non juvenum solum, sed etiam virorum animos tanto cum eruditionis, tum patriæ amore inflammavit? Quis illi unquam par repertus est in ingeniis ad magna quævis et gloriosa excitandis? Sed Burmanni dotes et merita recensere mearum non est partium, præsertim aliis hoc officio jam rite defunctis.

Cum vero omnis Burmanni vita in laboribus eruditis consumeretur, non mirum, si mors ejus inchoatum aliquod opus

abruperit. Quam sortem Propertio, facundissimo poëtæ, obtigisse, eo magis dolemus, quod opus, cui tot annorum labores Burmannus impenderat, dimidia sui parte jam typis descriptum, ad finem properabat, et justam ei doctorum omnium gratulationem spondebat. Jam etsi aliorum complurium editionem animo agitabat, sæpe tamen mihi, quasi instantem mortem præsagiens, significavit, satis diu vixisse sese existimaturum, si Umbri vatis commentario absoluto vixisset. Itaque hac de re interdum desperans Burmannus, pro eo, quo me complectebatur, amore, me sibi, si quid accidisset, hoc in opere successorem designabat. De quo cum satis constaret nobilissimis optimi viri propinquis, post mortem mariti patrisque ad me, non invito librario, operis redemtore, librum curandum detulerunt. Ego vero mihi gloriosissimum fore putavi, et amicissimis Manibus jucundum, tanti magistri opus ad finem perducere, et omnes curas eo conferre, ut, quantum in me esset, Burmanni nomine dignum in lucem exiret. Et, quamvis imparem me successorem esse, probe nossem; tamen, cum Burmannus totum fere commentarium, in schedis descriptum, reliquisset, non tam doctrinam, quam attentam curam requiri, judicavi. Itaque ejus autographum secutus sum, omittens interdum, quod ipsum Burmannum, si retractare per fata licuisset, omissurum fuisse confidebam, de meo nihil fere immiscens. Hoc tamen intelligi nolim de ultima Propertii Elegia, sive de nobili illo et multum a Criticis vexato Corneliæ Epicedio. Id, quoniam Burmannus vix dum inchoaverat, ego mihi totum tractandum illustrandumque sumsi; in quo quam minimum potui a Burmanniano commentandi genere discessi. Addendis etiam nonnulla, e mea penu depromta, inserenda censui.

Hactenus de Burmanni in Propertium commentario. Sed magnum momentum in eo est, ut lector doceatur, qui sint codd. scripti et qua auctoritate, ad quorum fidem per totum opus provocat Burmannus. Ipse de his nihil prorsus in schedis notaverat præter ea, quæ hic subjungam:

'Leidensis primus, forma quarta, membranaceus, in Ap-

pendice Catalogi Bibliothecæ p. 529. N. 133. olim Jacobi Mentelii, recens.—Leidensis secundus, eadem forma, item in membrana, in Append. Catal. p. 530. N. 43. recens, sed optimus, olim Alex. Petavii P. F.—Vossianus primus, forma quarta, membran. in Catalogo p. 385. N. 117. recens, olim Card. et Pr. a Dietrichstein.—Vossianus secundus, in quarto, membran. in Catalogo p. 387. N. 38. paulo antiquior, desinens in II. El. 1. olim P. Petavii.—Vossianus tertius, in quarto, chartaceus, in Catalogo p. 386. N. 13. recens.—Vossianus quartus, forma duodecima, in charta scriptus, in Catalogo p. 389. N. 82. recens.—Dorvilliani duo, in quarto, chartacei, recentissimi, in quorum primo anni 1473. legitur: 'Per me Petrum Paulum de delaitis Notarium.'—Codex meus, quem eundem puto cum Franciano primo; conveniunt certe, quæ scribit Broukhusius de hoc cod. in Præfatione: 'Scriptus est in Italia, litera non admodum antiqua, sed tamen plana ac facili; forma, ut vocant, octava:' certe fuisse Francii patet, quod II. El. 3. post vs. 55. 'Perjuras tunc ipse solet,' manu sua ascripserit, 'pagellas aliquot bibliopegi vitio confusas esse.' Fuit et N. Heinsii, qui in fronte Codicis notavit: 'Contuli N. H.—Alter codex meus.'

Horum decem Codd. variantes Burmannus Broukhusii secundæ editioni ascripserat, Leidensium et Vossianorum copiam nactus a Francisco Oudendorpio, Dorvillianorum a J. P. Dorvillii filio.

Reliquum Burmanni apparatum recensituro occurrit Codex Ant. Askewii, medici quondam Londinensis, cujus Excerpta habuit Burmannus ab Jano Helvetio, doctissimo suo olim et plerorumque hujus ætatis eruditorum amico. Idem Helvetius Burmanno ex Anglia transmiserat breve specimen variantium ex Codice Musei Britannici Harleiano. Usus quoque est Burmannus collatione Codicis Borrichiani, Broukhusii manu scripta, et Codicum Regiorum Parisiensium, et Colbertinorum Gallæi manu; atque ex iis infinitis partibus plura, quam Broukhusius, protulit. Novam

etiam egregii illius Groningani amicæ debuit Schraderi diligentiæ.

Sed plurimum profecit ex opibus Heinsianis, quæ, licet non omnes, pleræque tamen ad eum devolutæ sunt. Hæ sunt collationes Angeli Colotii, et quinque Codicum Vaticanorum, et Codicis Neapolitani, qui ad S. Joannem Carbonarium erat, quas Heinsius notaverat ad editionem Gryphii 1573. Unde vero Burmannus Secundum Neapolitanum laudaverit ad I. 4. 13. I. 9. 13. II. 21. 13. nondum indagare potui. Hujus tamen Cod. lectiones nescio an inveniantur in Vossiano exemplari bibliothecæ nostræ Leidensis, Historic. n. 418.

Sed inter copias Heinsianas oculos in se convertebat exemplar, quod Perreianum vocabo, editionis Aldinæ secundæ anni 1515. ex quo cum plus boni in Propertium, quam ex reliquis redundarit, age, quale illud sit, paulo accuratius tradamus. Hujus autem rei facultatem dedit insignis amicissimi hominis erga me liberalitas, per quam hoc ipsum exemplar una cum aliis hujus generis cimeliis ex cl. Magistri bibliotheca in meam migrasse gaudeo. Comparavit igitur Heinsius sua manu hanc ed. cum Cod. Menteliano, omnium Codd. optimo, cum Cod. Vossiano, cum egregiis ex Cod. quo magnus Scaliger usus est, Excerptis, quæ habuit Heinsius ab illustrissimo Constantino Hugenio, Zulichemio, ut patet ex Heinsii Notis ad Vell. II. 87. cum optimis Excerptis Fr. Modii, denique cum suo ipsius Cod. Variantes quoque adjecit edd. rarissimarum, Rhegiensis a. 1481. et Venetæ 1475. quarum huic, ab Hadriano Wallio suppeditatæ, manus viri docti passim varias lectt. annotarat. Præterea, uti nullum exemplar Heinsius manu versabat, cui non nova fœcundissimi ingenii specimina adderet; ita hunc etiam Perreianum librum multis conjecturis, quas frustra apud Broukhusium, in Heinsii Notis ad Propertium, et in Adversariis ejus quæras, locupletavit. Nec minorem hic liber commendationem habet ab ipsius Antonii Perreii annotatis, de quibus ut judicandi potestas fiat, hic, quæ in fine ascripsit, repetere juvat: ‘ Emenda-

bam et annotabam Catullum, Tibullum, et Propertium ego Anto. Perreius, collatis vetustissimis exemplaribus, alio Pontani, alio Episcopi Cremonensis, alio Francisci Puccii, nec non aliis Romæ et Florentiæ habitis, anno 15.... et 15....' Margines libri tametsi ita sunt accisi, ut annorum notæ legi nequeant, tamen ex comparata ad Catullum et Tibullum subscriptione satis liquet, annum 1528. vel duos insequentes designari.

Quis fuerit ille Antonius Perreius, aut unde domo, cum nec Heinsius, nec Broukhusius, nec noster Burmannus, viri in historia Italorum literaria versatissimi, cognoverint, ego quærere supersedeo. Suspicari licet, nobilem hunc libellum jam olim possessum esse ab elegantiarum patre, Mureto; siquidem J. Lipsius, qui anno circiter 1567. viginti annorum juvenis, Romam venit, et ibi per biennium Mureti præceptis imbutus est, in Antiq. Lect. I. 4. in fine memorat librum, sibi a Mureto ostensum, in quo Antonius Ferillus quispiam ante annos quinquaginta annotasset, *Driasin* legi ap. Prop. I. 20. 5. hæc autem a me agnoscitur ipsa scriptio Antonii Perreii. Credo igitur, aut Muretum, aut Lipsium, in nomine hominis ignoti errasse. Quicquid sit hujus rei, Heinsius Florentiæ emerat a scrutario sex assibus anno 1646. Eundem Jacobus Tollius dignum judicavit, quem totum sua manu describeret Holmiæ Suecorum anno 1662. quo tempore Heinsius secundam obibat Legationem Suecicam. Deinde, anno 1704. Jano Broukhusio describendum concessit, summus ejus amicus, Petrus Burmannus, patruus. Vid. Broukh. Præf. Tibull.

Nec mirum cuiquam videri debet, hunc libellum tam cupide esse expetitum, et tantum operæ in eo describendo collocatum, cum præter illa, quæ nunc ex eo ad Propertium apponuntur, salutarem olim Tibullo medicinam attulerit. Broukhusius, cum primum ederet Propertium, hæc Perreiana Excerpta nondum possidebat; triennio autem post, eorum copiam habens, et Tibullo operam navans, doctorum laborum et simul vitæ laudabilis finem fecit; ad Propertium vero non nisi perpauca ex illis futuræ editioni pa-

raverat, quæ Vlamingius repetitæ Broukhusii recensioni adjecit. Sed liberaliore manu omnes hujus libelli gemmas in novam hanc recensionem contulit Burmannus noster.

Nec tamen omnes, si quæris, æque benignam de his Excerptis Italicis, uti vocat Heinsius in Advers. p. 32. vel Excerptis Italicorum Codicum, uti p. 30. sententiam tulerunt. Ipse Heinsius, eorum promus condus, in Epistola ad Grævium, T. IV. Syllog. p. 233. ait, se timide solere iis accedere, cum ex Pontani aliorumque schedis sint corrasa, qui plurimum sibi permiserint in Propertio interpolando; et satis constet, in Catullo totos Pontani versus exhiberi. Celeberrimus quoque Heynius, quem virum elegantis eruditionis et amicitiæ, olim contractæ, nomine veneror, in nova ad Tibull. Præf. p. XIX. horum Excerptorum auctoritatem non spernendis rationibus elevavit. Quid? ne ipse quidem Burmannus Secundus semper fidit Perreio. Vid. ad II. 32. 5. III. 14. 8. Non ego is sum, qui talium virorum suspiciones oppugnem; præsertim cum existimem, pro certo et indubitato affirmari non posse, sintne hæc Excerpta omnia ex Codd. profecta, an ex parte etiam doctorum Italorum ingeniis debeantur: sed tamen, in Addendis ad Propertium conficiendis jam occupatus, præter omnem opinionem nactus sum quædam subsidia, incognita fere viris doctissimis, quibus Perreii fides, ante mihi quoque suspecta, extra omnem dubitationis aleam collocatur.

Nempe juvenis, non minus ingenio, quam natalium splendore conspiciendus, Joannes Andreas Munterus, post decursum in hac Alma Leidensi per viam regiam studiorum curriculum, eaque eruditionis specimina edita, qualia utinam multi proferrent! nunc per præcipuas Europæ oras, nec literarum nostrarum, quibus large instructus est, nec amicorum immemor, peregrinatur. Hic, Romæ commoratus, dum venerandæ antiquitatis monumenta hominesque eorum intelligentes omni cura indagat, vel præcipue se applicavit ad exquisitæ doctrinæ amabilisque modestiæ virum, V. M. Giovenazzium, præfectum bibliothecæ illus-

trissimi principis Altierii, et custodem bibliothecæ Vaticanæ, ejusque mihi, multis nominibus optandam, benevolentiam conciliavit. Qui vir clarissimus, ut alia ejus adversus me officia prætream, accuratissime in meos usus describendas curavit Francisci Puccii emendationes in Propertium omnes, quæ ante Romæ apud Victorios extabant, et his ipsis diebus publice distrahebantur. Hæ quamvis numero infinitæ et pro temporum ratione omnium admiratione dignissimæ sint, post tantum tamen sæculorum intervallum, tantamque a principibus literatoribus Propertio impensam operam, ad ipsum Poëtæ textum minus, quam credas, contulerunt; quippe pleraque ab aliis, Scaligero inprimis et Heinsio, vel Codicum nomine, vel conjecturarum, in commentario Burmanni occupata reperiuntur. Quid igitur, inquies, hæc scire interest? Non omnium permagni, fateor. Semper enim hæc cura ad paucos pertinet. At, qui, unde quæque lectio fluxerit, et quam habeat auctoritatem, scire cupiunt, omninoque, qui post Burmannum Propertii carmina castigaturi sunt, hæc cognosse non pœnitebit. Exemplar igitur Victorianum hanc subscriptionem habebat: ' Franciscus Puccius hæc annotabat anno salutis MDII. Augustino Scarpinella comite studiorum, secutus fidem antiquissimi codicis, qui primum fuit Bernardini Vallæ, patritii Romani, viri doctissimi, dein ab eo dono datus est Alphonso II. Regi Neapolitano, Principi literarum amantissimo. Contuli cum codice autographo idibus Juliis MDXXI. P. Victorius.'

Monet autem in literis Giovenazzius, in Victoriani exemplaris subscriptione nomen Francisci Puccii sic abrasum esse, ut ne vestigium quidem ullum appareat, nec se causam, cur ita factum sit, dicere posse; sed sine erroris periculo suppleri ex tribus quatuorve Neapolitanis Codd. in quibus eadem subscriptio, iisdemque plane verbis, addito Puccii nomine legitur. Horum unum extare apud Aloisium Lancellottum, virum eruditissimum; ceteros servari in bibliotheca Carbonaria monachorum Augustinensium. Ceterum Puccius ex emendationibus, quæ certæ viderentur,

ipsa verba editionis Rhegiensis correxerat; ubi prava vel anceps lectio in Codice occurrisset, apposuerat, ‘ Ita vetus is Codex;’ multas denique conjecturas et explicationes in margine notaverat.

Circa idem tempus ad me quoque delatæ sunt collationes, quas M. Antonius Pocchus in margine Aldinæ 1502. scripserat. Quem librum cum olim Lucas Holstenius Nicolao Heinsio muneri dedisset, ex ejus thesauro librario p. 118. n. 619. in 8. transiit in bibliothecam Bodleianam Oxonii. Eadem bibliotheca habet alterum exemplar Aldinum 1515. cui multa annotavit Octav. Ferrarius; hunc etiam librum Nicolai Heinsii fuisse, indicat Catalogus p. 119. n. 621. in 8. ex quo factum apographum nostras in manus pervenit. Et Pocchiano et Ferrariano libro usus etiam est Editor Propertii Cantabrigiensis, cujus editionem mihi oculis usurpare nunquam licuit. Hoc liquido videor posse affirmare, Antonium Perreium, qui omnes fere explicationes Puccii transcripsit, ex millenis variantibus, quas omnes ad examen vocavi, aut perpaucas aut nullas dedisse, quæ non ex Puccii sive Vallæ libro essent repetitæ, vel ex Pontani Codice, quem Pocchus frequenter, nonnunquam etiam Ferrarius laudat. Immo recte distinxit Perreius Pontani conjecturas, quas sic notat: ‘ Pon.’ vel ‘ Po.’ ab Codicibus ejus lectt. quas ita: ‘ Pon. C.’ Pocchus quoque, qui totos versus ex Pontani Codice affert, modo dat: ‘ C. Pont.’ modo: ‘ Ita legit Pont^{s}.’

Porro ex Pucciano exemplari novum nascitur argumentum, quo liquidissime demonstretur, quanto in errore versati sint viri eruditi, cum existimarant, omnes omnino Propertii Codd. ex unico illo, qui Pontano adolescentulo in cella vinaria inventus sit, fluxisse; nec, præter id, ullum vetustum hujus poëtæ exemplar inveniri. Dudum equidem de veritate hujus opinionis dubitavi, neque eam Giovenazzio placuisse lætus intellexi. Sane, si Codex Bernardini Vallæ ex illo, cujus Pontanus mentionem facit, descriptus esset, istum ‘ antiquissimum ’ vocare non potuisset Franciscus Puccius, Angeli Politiani discipulus, et J. J. Pon-

tani familiaris; quem Puccium aliquando in his literis principatum tenuisse, testatur discipulus ejus, Janus Parrhasius; Hieronymus autem Carbo clarum posteris reddidit his versibus: 'Et, qui Sebethum patrio modo prætulit Arno Puccius, Etrusci fama decusque soli; Quem, culti eloquii tanta est facundia, credas Posse movere homines, posse movere Deos.' Nec ipse Politianus Codicem hunc 'vetustum' dixisset, Centur. prim. Miscell. cap. 81. cujus ipsa verba hic ponenda videntur: 'Apud Propertium IV. 3. 21. ita duo versiculi leguntur: 'Dignior obliquo funem qui torqueat orno: Æternusque tuam pascat, aselle, famem.' Diu, fateor, animum stimulaverat ac pepugerat quidam quasi scrupulus, donec eum Codex vetustus evellit, quem mihi Bernardinus Valla, celeber Jureconsultus, et primæ homo nobilitatis, Romæ abhinc ferme quinquennium commodavit: ubi non *orno*, sed *Ocno* legi: legisseque me, statim duobus eruditissimis juvenibus ostendi, qui me domi commode salutaverant.' Lectio *Ocno*, quam citat Politianus, extat apud Puccium, nec alius, quod sciam, Codex ejus fundus laudatur. Ex quo apparet, risu dignum esse R. Titium, qui, Assert. contr. Scalig. p. 50. ne nunquam non magnis viris obloqueretur, dixit, hunc Vallæ Codicem nunquam in rerum natura fuisse. Atqui Vallæ Codicem non eundem esse cum Pontani Codice patet cum ex diversitate lectionis, quam notavit Perreius, tum ex laudata Perreii subscriptione, in qua hos Codd. distinguit.

Præterea, ne unius Puccii testimonio hac in re niti videar, Domitius Calderinus, ut illius ævi captus erat, vir sane doctissimus, qui primus poëtam nostrum publice explicare aggressus est, Propertii loca obscura, a se explanata, plus uno Cod. adhibito, edidit Romæ a. 1475. quem librum, a nemine, quod sciam, commemoratum, ipse possideo; eumque repetitum credo in ed. Brixiensi anni 1486. Domitii conjecturis aliquando in textum receptis. Sed Domitii Annotationes in Propertium, nec non Joannis Cottæ, eximii illius ac prope unici Catulli imitatoris, falso jactat editio Veneta a. 1500. ab Avancio curata, quæ

Heynii quoque spem fefellit; vivebat tamen eo tempore, annumque ætatis agebat circiter septimum decimum Cotta; sed ejus Commentationes in Propertium ne fando quidem auditæ sunt. Nam Cornelius a Beughem in Incunabulis typographicis Avancianæ editionis titulo se decipi passus est. Domitium quidem in multis secuti sunt, qui primi integros in Propertium Commentarios scripserunt, quod et ipse comparando didici, et J. Parrhasius in Epist. III. p. 8. stomachabundus queritur; sed tamen Antonius Volscus, cujus Commentarius prodiit a. 1488. vel jam anno 1482. si modo Maittairio fides habenda est, vetustos Codd. multos consuluit; et Philippus Beroaldus, qui jam a. 1486. in Propertium commentatus est, quamvis Domitium nominet, membranis et ipse usus est multis, iisque valde bonis, tanquam Joannis Pici Mirandulani, quibus nullæ dum vetustiores inventæ sunt. Quid? hos ipsos viros eximios, Domitium, Volscum, Beroaldum, quorum ego Commentarios, licet multi errores aspersi sint, ob egregia tamen inventa, præ nonnullis recentiorum admirari soleo; qui plurimos auctores veteres ex optimis manu scriptis Codd. quorum tum Italia plena erat, nobis exhibuerunt; hos, inquam, an ullo modo credibile est in Propertio edendo secutos esse Codices, e Pontani Codice derivatos, atque adeo sua ipsorum ætate scriptos? Quidvis potius, quam hoc mihi persuaderi patiar.

Alios prætereo; nec inficias eo, recentissimos quoque poëtæ nostri Codices inveniri, qualem Mureti a. 1460. scriptum memorat Donnola de Patr. Propert. §. 55. et qualis fuit Dorvillianus primus anni 1473. aliique.

EXCERPTA

E C. LACHMANNI PRÆFATIONE.

Cum intelligerem priores criticos, omnes, qui extant, codices Propertianos recentes pronuntiasse, contentos, nullo dilectu facto, nunc ex hoc, nunc ex illo scripturas elegantiæ quidem specie non raro blandientes, a ceteris vero omnibus plerumque miro modo discrepantes, secure satis recipere; cumque ego id criticæ genus valde lubricum ac periculosum deputarem; visum est mihi in rem omnibus notam, sed intentiore cura adhuc indignam visam, eo, quo fieri posset, studio inquirere. Scilicet, cum inter omnes constaret, sæculis post decimum quarto quintoque viros in Italia, ut illorum temporum ratio ferebat, doctissimos in omnibus pæne scriptoribus, in his autem amorum triumviris emendandis J. J. Pontanum præ ceteris non sane infelicem operam posuisse, ceterum multa non intellecta a se perperam et inani temerarioque conatu immutavisse, horum vero commenta in nova, quæ ex eorum codicibus describerentur, exempla transiisse: nemo tamen inventus est, qui hanc rem aut hos poëtas ea cura dignos censeret, ut, qui codices veterem ac sinceram scripturam tenerent, qui a doctis Italis interpolati essent, data opera ac diligenti mentis intentione investigaret. Hoc vero si factum fuisset, dubium non est, quin illa carmina jamdudum multis partibus meliora et pristinæ, quam ab auctoribus suis acceperant, formæ haud paulo minus dissimilia habituri essemus. Quam multa enim editores immutaturos fuisse putas, si scivissent inter octo Broukhusianos Propertii codices duos tantum, tres quatuorve ex his, quorum Excerpta Burmanno præsto fuerunt (habuit autem enotatas lectt. librorum ferme triginta), in codicum non quidem optimorum aut antiquorum (omnes

enim admodum corrupti sunt ac præterea recentes), sed bonorum tamen ac genuinorum numerum esse referendos; ceteros autem, quibus illi usi sunt, numerum facere eorum, scripturas autem nihilo majorem, quam virorum doctorum divinationes, auctoritatem habere? Ceterum, cum tam multi ex hoc deterrimo genere codices collati sint, ut eorum lectionibus jam ad fastidium usque saturati simus, nemo mihi, ut opinor, vitio vertet, quod, uno tantum, sed eo quidem perbono codice, post Nicolaum Heinsium tamen, usus, alios, non rationibus solum ac facultatibus meis vetantibus, sed etiam dehortante sperandæ utilitatis cogitatione, nihil quæsivi; quorum quantumvis magna lateat in bibliothecis copia, tantum non omnes ex Italorum officina prodiisse hoc argumento conjicio; quod illam Tibullianorum codicum haud parvam sane multitudinem, a doctissimo viro Joanne Henrico Vossio undecumque conductam, pæne omnem fœdissimis Italorum interpolationibus contaminatam esse, usu et examine instituto comperi.

Sed, quoniam hanc rem movimus, jure a nobis postulari videtur, ut singulis, quos Propertii editores usurpaverunt, codicibus quæ fides tribuenda sit, accurate exponamus; ne hi, qui hunc poëtam legunt, a criticis, recentia pro antiquissimis venditare consuetis, ulterius decipi sese patiantur, aut ipsi, si codices scriptos adhibere velint, veri ignorantia in errorem incidant. Nam, cum omnes libri Propertiani recentes sint, nemo unquam, qui veterem ac genuinam lectionem exhibeant, intelligere poterit, nisi eos cum bonis ac sinceris plerumque facere compererit. Certe eodem modo et nos quoque, dum, qui libri inter se conspirarent, dissiderent a reliquis, qui aperta manus emendatricis vestigia tenerent, quibus librariorum stultitia tantum et oscitantia, non correctorum audacia nocuisset, animadvertimus, non difficili, sed tædiosa opera, in utram classem singuli referendi essent, indagavimus. Eandem autem operam hos, qui de nostris studiis judicare volent, impendere oportebit: argumenta, quibus ducti singulis libris locum suum assignavimus, per totum opus dispersa invenient. Multo autem

plura ipsi, codicum lectiones ab aliis enotatas excutiendo, reperient; hic enim enumerare ea sine nostra et lectorum molestia neutiquam possumus.

Bonitate igitur, fortasse non item vetustate, (certe nihil ejusmodi annotatum ab eis, qui librum inspexerunt, video,) principatum inter codd. Propertianos tenent membranæ Groninganæ in Italia conscriptæ. Hujus libri lectiones J. M. Palmerius, F. Modius, J. Broukhusius, P. Burmannus enotaverunt; nemo tamen omnes, ut, quamvis hos cunctos inspicias, tamen de multis locis dubites. Ceterum, ne cui temere credas, singuli aliquoties fallunt, Palmerius tamen et Burmannus ceteris frequentius. Quæ vero idem Burmannus adhibuit, Excerpta F. Modii, eorum pars ex hoc libro est, alia ex aliis deterioribus, quod ex ipsis scripturis cum alibi tum libro II. 13. 1. apud Burmannum intelliges.

Cod. Groninganum, qui veram multorum locorum lectionem unus omnium indicat, proxime subsequuntur membranæ Neapolitanæ, quas Heinsius satis negligenter et cum festinatione contulit, Neapoli ad S. Joannem Carbonarium visas: nunc Guelferbytum tenet inter codd. Gudianos insignitas n. 224. unde cum ceteris ad breve tempus ante hoc triennium in urbem nostram translatas nos majore cum cura nec sine fructu excussimus. Hic autem codex, Groningano vix inferior bonitate, et ab omni parte integer, nisi quod carminis postremi pars (vv. 17—74.) intercidit, extra Italiam scriptus est ante annos ferme quingentos, unde satis antiquus dicitur Heinsio in Adv. II. 6. p. 247. et ad Ovid. A. A. III. 154. Ceterum L. Santenius in Præf. a Burmanno aliquoties Neapolitanum secundum laudari miratur; quod non modo frequentius, quam ille animadvertit, facit, sed et quintum commemorat I. 4. 22. I. 6. 22. et, si recte memini, sæpius. Scilicet inde errorem natum esse constat, quod Heinsius ad exemplum Gryphianum et Neapolitani et quinque Vaticanorum scripturas notaverat; ne Santenium sequamur, Neapolitani secundi lectiones in exemplo Vossiano bibliothecæ Leidensis, Historic. n. 418. haberi conjectantem. Certe quod Santenius in IV. 11. 94. a Vossio ex

cod. Neapolitano afferri notat, id ipsum me in nostro Guelferbytano legisse profiteor.

Tertium locum jure vindicat sibi codex Mentelianus, membranaceus, in Italia exaratus, cujus varietatem Burmannus bis a se poni non animadvertit, Menteliani nomine a N. Heinsio collati, et Leidensis primi a F. Oudendorpio: quanquam hunc Leidensem J. Mentelii olim fuisse, ne quid dubites, ipse narrat in Præf. Santenii. Neque alius Francianus secundus est, a Broukhusio adhibitus, qui et 'suorum alterum' appellat, a Menteliano non diversum agnoscens ad p. 238. Ceterum illa res Burmannum Propertii bono latuit, quandoquidem nunc, cum codex ter collatus sit, de ejus lectt. minus dubitare possumus, quanquam singulos oscitantia sæpius errasse nunc satis appareat. Hic Mentelianus, Heinsii judicio omnium librorum Mss. optimus, qui Broukhusio eam ætatem, cui Neapolitanum ascripsimus, facile excedere videtur, est sane bonus codex, ceterum ab imperito librario negligentissime scriptus.

Idem judicamus de Palatinis duobus, chartaceo altero, altero membranaceo, ab J. Gebhardo collatis; quos, cum interpolati non sint, omnium, qui extant, vitiosissimos dicerem, nisi pari loco duo alii habendi essent, quorum varietatem J. A. Vulpius minus accurate enotavit, alter Bononiensis chartaceus, Guarnerianus alter in membrana sæculo XV. elegantissime scriptus.

Præter septem hosce, nihil mali a correctorum Italorum temeritate passos, unus commemoratur Bernardini Vallæ liber antiquissimus, cujus scripturas omnes, quas a F. Puccio anno 1502. annotatas haberet, si Laurentius Santenius apponere voluisset, haud paulo rectius, ni fallor, de multarum lectt. fonte et origine judicare possemus; quanquam cautione vel in his F. Puccii Excerptis adhibendis opus erit; quem multa de conjectura cum sua tum aliena reposuisse non suspicor, sed certo scio. Nunc, cum Puccii opera nobis carendum esset, his, quæ ex A. Perreii Excerptis notantur, usi sumus, caute tamen, cum præter Puccii librum alios quoque eosque non leviter passim in-

terpolatos adhibuerit, in quibus et Vaticanorum primum ac secundum fuisse existimo, non item quintum. Vaticanos et ipsos, et fortasse solos Angelo Colotio visos esse conjicio, cujus Excerptis non majorem, quam M. A. Pocchi et O. Ferrarii, e quibus pauca allata vidi, fidem præstandam esse contendo. Ceterum Lipsius alium Colotii codicem passim laudat in Antiq. Lectt. sed hunc quoque Italorum audaciæ testem.

Sensim, ut vides, et furtim quasi ad alteram codicum classem delapsus sum, quos 'Italicos' appellare soleo, non quod omnes in Italia scriptos putem, sed quia a doctis Italis recensiti sunt. Ceterum et hi, ne singulos inter se admodum similes esse credas, habent classes suas et familias; nec mirum, cum alii ex aliis exemplaribus ducti sint, alii alios correctores nacti. Ita Heinsianus fere cum Borrichiano consentit, Colotii et Perreii codices cum Vaticanis Heinsii; Dorvilliani autem quasi medii sunt inter utrosque.

Sed, ut ordine agamus, Italicorum agmen ducunt Vaticani, quibus nulli licentius ab emendatoribus habiti extant. Horum unum, neque antiquum nec probum, J. Livineius excussit, ex optimo illum exemplo deductum, quin et interdum unum omnium cum Groningano facientem, ceterum ab ingenioso correctore plurimis locis vexatum. Non alium hoc esse eum, quo Lipsius usus est, disces cum ex aliis multis, tum collatis, quæ Livineius notat ad I. 11. 11. et Lipsius Antiq. Lectt. IV. 11. Ab hoc autem multum differunt quinque alii, quos Heinsius vidit, primum ubique fere secundo concinentem, utrumque a docto homine interpolatum, a doctiore etiam quintum. Hos enim tres Vaticanos Burmannus appellare solet: tertium quartumve sex tantum locis commemorari recordor. J. Scaliger quoque Vaticanum vidit a correctorum manu non liberum, cujus Excerptis Burmannus usus est. Idem Scaliger alio codice (nos Cujacianum plerumque aut Scaligeri librum dicimus) ad Propertium recensendum usus est, quem recentissimum, ut

ipse ait, adde interpolatum a docto homine, sed cum ceteris Italicis raro consentientem, Valentiæ Cavarum ab Jac. Cujacio commodatum accepisse testatur ad I. 20. 12. Nihil constat mihi de Pici Mirandulani codice, quem Ph. Beroaldus, variis per totum opus codd. bonis malis usus, ad II. 13. 1. commemorat, ubi veram scripturam solus exhibuit. M. A. Mureti librum, Lipsio quoque visum, scriptum autem anno 1460. Italicis annumero; de Fulvii Ursini codice et Farnesiano, e quibus pauca per Lipsium innotuere, judicium sustinens. Certius scio de Hieronymi Berchemii codice, a Palmerio in Spicilegiis sæpe laudato, certius etiam de Memmiano et ceteris, quos J. Passeratius vidit, a reliquorum lectione mirifice plerumque dissidentes. Nec majoris facio, quas fæces e pessimis libris Latinus Latinius collegit, Operum Vol. II. p. 57. seqq. quibus longe doctiorem interpolatorem Hieron. Commelini membranæ expertæ sunt, a Gebhardo accuratius, quam merebantur, collatæ. De codice Jac. Grasseri, ad quem exactum exemplar, mihi non visum, anno 1607. prodiisse commemorant, judicare non possum; nec de Thuaneo, e quo Fran. Guyetus pauca ab Heinsio Notis suis inserta exscripsit. Sed nec Dresdensem, a F. G. Barthio collatum, fide et auctoritate ulli alii præstare concedo; neque ullum eorum, quos Heinsius, Broukhusius, Burmannus, præter hos, de quibus dictum jam fuit, excusserunt, ab Italorum audacia multas labes traxisse nego. Heinsianum trinominem dico (nam Burmannus et Heinsii codicem et suum priorem, Broukhusius Francii primum appellat; nec res prorsus fugit Burmannum, quem vid. in Præf. Santenii et ad I. 2. 13.); tum Borrichianum; porro quatuor Parisinos, sc. duo Regios, Colbertinos duo, sæculo XV. exaratos; præter hos, Leidensem alterum, quatuor Vossianos, quorum primo Heinsius usus est, duos item Dorvillianos, Burmanni alterum, et Ant. Askewii, et Harleianum: ex quibus omnibus nihil boni fere præter bonas aliquot Italorum conjecturas in Propertium redundasse memini. De membranis Venantii Lu-

pacchini anno 1460. qui annus et Mureti librum peperit, conscriptis, tum de duobus membranaceis Gul. Vlamingii (ex illis Santenius ad Propertium et in Observationibus, ex his Hemsterhusius et Burmannus pauca indicavere) quid judicandum sit, nescio: Vallierianum autem vel pauca illa, quæ Huschkius ex eo annotavit, interpolationum Italicarum arguunt.

SEXTI AURELII PROPERTII

V I T A,

PER ANNOS, QUANTUM LICUIT PROBABILI CONJECTURA, DIGESTA,

AUCTORE

FRID. GOTTL. BARTHIO.

A. U. C. Varr. 702. Propertii 1.
Pompeius III. sine collega, supremis mens. Scipio Metellus Consules.

In hunc annum nos, probabili conjectura, non tam J. Dousam et Heynium secuti, quam ratione ipsa ducti, vel potius compulsi, Propertii nostri natales conferimus. J. Dousa in Sched. Succid. in Tibull. ‘duobus minimum lustris, vel certe sesquilustro juniorem’ fuisse vult nostrum Aurelium Albio Tibullo, cujus natales Ayrmannus falso in A. 705, ipse vero in A. U. 697. referebat. Idem Dousa l. c. Propertium post Horatium (A. U. 689. L. Aurelio Cotta et L. Manlio Torquato Coss. natum) anno plus minus octavo, nonone, an decimo? natum autumat. Heynius autem Vit. Virgil. ad A. U. 711. T. I. p. CXLVII. ‘Hoc anno,’ inquit, ‘a. d. XIII. Kal. April. (XX. Martii) Ovidius natus est; nec multo ante Propertius; Tibullus autem jam ante 705. natus erat; quanquam alii ejus natales ad A. 690. Propertii autem 697. referre volunt.’ Nos igitur, rebus diu pensitatis, momentisque vitæ Propertianæ modo sic, modo aliter ordinatis, tandem mediam hanc ingressi sumus viam,

qua omnia satis probabiliter cohærere nobis videbantur, sibique invicem respondere; quanquam neque negare, neque inficias ire volumus, annum 697. quem Vulpius Nostri natalem statuit, quemque Jo. Christoph. Gatterer, in 'Handbuch der Universalhistorie' P. I. p. 933. utrique poëtæ, et Tibullo et Propertio, vindicat: (namque A. M. 3926. incidit in A. U. C. 697.) prima fronte præferendum quibusdam videri posse. Sed neque nos multum aberrabimus a vero. Ovidius enim Tr. IV. 10. 41—54. (coll. II. vs. 463—67.) sic enarrat tempora poëtarum ævo suo celebratissimorum, ut Gallum, Virgilium, Tibullum, Horatium, non tam inter ἡλικιώτας et plane συγχρόνους sibi, sed inter veteranos ac seniores quasi poëtas recenseat. Propertium vero diserte vs. 46. ait sibi jure sodalitii junctum fuisse, quemadmodum etiam Ponticum et Bassum, amicissimos Propertio nostro, dulcia refert convictus sui fuisse membra: 'Temporis illius colui fovique poëtas; Quotque aderant vates, rebar adesse Deos. Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo, Quæque necet serpens, quæ juvet herba, Macer. Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes, Jure sodalitii qui mihi junctus erat. Ponticus Heroo, Bassus quoque clarus Iambo Dulcia convictus membra fuere mei. Et tenuit nostras numerosus Horatius aures, Dum ferit Ausonia carmina culta lyra. Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo Tempus amicitiæ fata dedere meæ. Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi; Quartus ab his serie temporis ipse fui.'

Cornelius Gallus totis annis 30. (nempe A. U. C. 681.) ante Ovidium natus, obiit morte voluntaria A. U. C. 728. secundum eundem Dousam l. c. cujus rationes etiam Burmanno Sec. probari video ad Anthol. Lat. Tibullus nascitur secundum Dousam A. 697. ut inter hunc et Gallum 16. anni interjecti sint, totidemque dentur intervallo usque ad Ovidii natales. Propertius tamen successit Tibullo, sicut ipse Naso Propertio nostro. Hic certe non pauciores quam 6. vel 8. anni inter utrumque assumi posse videntur. Propertius quoque propior adhuc Nasoni fuisse videri possit, dum se

ejus sodalem profitetur, quod in hominem multis annis majorem non cadit, uti agnovit quoque doctus Anglus Crusius in 'The Lives of the Roman Poets' vol. I. p. 104. interpretat. German. Christ. Henr. Schmidii, qui nobiscum facit, et eundem A. U. C. 702. Propertio assignat natalem, licet aliam æram sequi videatur, unico anno a nostra, quæ Varroniana est, differentem.

De patria Propertii nova subnascitur difficultas, dum non septem, sed vel novem urbes, uti e Donnolæ libello de Patria Prop. constat, de hoc inter se certant honore. Attamen plures harum urbium sunt vel recentioris originis, ita ut diu post Propertium ipsum natæ sint; vel ita situ suo dispositæ, ut descriptioni, quam Poëta de sua suppeditavit patria, minime respondeant, adeoque, veritatis vi repulsæ, de petitione sua Propertium sibi vindicandi decedere cogantur. Quatuor igitur inprimis urbes restant, quæ celebres satis ac disertos causæ suæ patronos nactæ sunt, quarumque jura jam accuratius ad examen vocanda sunt, ut appareat, secundum quam illarum vindicias dare integrum judicem deceat.

Tribus in locis Propertius de patria sua egit. E primo loco, nempe Lib. I. El. ult. apparet, Umbriam ejus esse patriam. Sic enim ait ad Tullum: 'Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepultæ Italiæ duris funera temporibus, ... Proxima supposito contingens Umbria campo Me genuit, terris fertilis uberibus.' Obiter tantum observo, Perusiam ipsam, quæ Ciatti opinio est, non posse patriam Poëtæ haberi, neque adeo in censum quatuor illarum urbium venire, quæ de patria Poëtæ nostri contendendi aliquam juris speciem habeant. Nam Perusia non in Umbria, sed in Etruria sita est.

Ex altero loco, IV. 1. 65. sq. apparet, Propertii patriam in valle Umbriæ ita sitam fuisse, ut arces ejus scanderent de vallibus. Ita enim canit Romanus Callimachus: 'Scandentes si quis cernet de vallibus arces, Ingenio muros æstimet ille meo.'

E tertio denique ejusdem Elegiæ loco vs. 121—126. cog-

noscimus in Umbria sitam fuisse patriam ejus oram, et quidem ubi nebulosa cavo rorat Mevania campo (*saxo* pro *campo* legit Crusius l. c. qua auctoritate, aut quo sensu, equidem non dixerim: namque in meis libris nullam plane deprehendi varietatem). Hæc enim sunt verba Astrologi ad Propertium (coll. vs. 71. et 77.): 'Umbria te notis antiqua penatibus edit. Mentior? an patriæ tangitur ora tuæ? Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo, Et lacus æstivis intepet Umber aquis, Scandentisque arcis consurgit vertice murus, Murus ab ingenio notior ille tuo.' Hæc omnia si recte pensitamus loca, patria Propertii non erit Mevania ipsa, quæ est plurimorum [etiam Torrentii ad Suet. Calig. 43.], et in his quoque Broukhusii opinio, sed potius urbs in vicinia Mevaniæ sita, quod agnovit etiam Chr. Henr. Schmidius ad Crusii Vit. Poët. Rom. T. I. p. 100. n. o.); sicuti nec lacus Umber ejus patria est, licet in illius vicinia quærendus sit. Accedit, quod Mevania urbs in planitie sita est, non vero, ut Propertii patria, in colle. Neque vero ipsa urbs rorare dicitur, sed Mevania nebulosa cavo campo, ut adeo Mevania h. l. totum agrum significet, non urbem.

Sed neque Ameria, quæ Scaligeri sententia est [probata etiam, ut notat Kuinoel, a Barthio ad Stat. Sylv. I. 2. 253.], intelligenda est. Namque illa urbs extra vallem Spoletinam sita est: neque Mevaniæ proxima, sed 30. prope passuum millibus ab ea, longiusque a Perusiæ finibus abest.

Eadem ratio excludit quoque Assisium, 9. circiter millibus passuum a Mevania remotum; licet Maittairius in edit. Londin. post Mevaniam hoc oppidum nominet: accedit, quod hic quoque frustra lacus Umber quæratur.

Relinquitur ut HISPELLUM assumamus Propertii patriam, eique civem hunc addicamus, qui, licet minor sit magno Homero aut Marone, inter elegiacos tamen poëtas non ultimum locum obtinet, satisque decoris habet ad patriam suam ornandam. Hispellum nempe, cum agro suo, in valle Spoletina, unice situm illum habet, quem Propertius ll. cc. designavit. Namque ejus murus, sicuti Donnola

ex oculari docuit inspectione, acclivis est, et ex imo ad verticem consurgit. Verbum enim 'scandendi,' quo Propertius utitur, est, pedetentim et per diversos gradus sese attollere, quod fit in urbe ad clivum quendam, reclinato situ posita. Deinde lacus Umber manifesto est Clitumnus: vid. not. ad IV. 1. 124. coll. II. 19. 25. Probabile enim est, Cynthiam in patria Poëtæ rusticatam fuisse, quorsum ipsi mox volare Propertio animus erat sec. vs. 27. Tandem Perusiæ opposita est ita, ut per campum Mevanatem et Clitumnum progrediendum sit ad urbem patriam Propertii, quæ consurgit vertice scandentis arcis, s. montis paulatim se cum urbe attollentis. Adde quod Hispellum solum 'noti Penates' [IV. 1. 121.] vocari possunt ab Horoscopo, partim propter coloniam Rom. a Jul. Cæsare eo deductam, partim propter balneum ibi frequentatissimum. Hæc omnia Donnola fusius exposita testimoniorum auctoritatibus munivit, aliis etiam levioris momenti argumentis plurimis adjectis; quæ qui cognoscere avet, is facili negotio librum ipsum Donnolæ adire poterit. Nos potiora et gravissima adeo complexi argumenta ex eo proposuimus, quia cognoveramus, Philippum Silvium non satis accurate in ea re versatum fuisse; ita ut, ejus Epitome lecta, multo quidem incertior sis, quam ante. Ceterum sepulcrum Propertii, recentiore ætate Hispelli detectum, non leve pondus addit Donnolæ sententiæ, ut adeo Propertium in posterum Hispellatem habendum vix dubitari posse videatur. Satis interim ridicule Auctor 'Memor. Trivolt.' loco infra laudando, 'J'accorderois,' inquit, 'sans beaucoup de peine a Thaddée Donnola qu'il étoit de Spello, quand il se seroit epargné de prodiguer tant de doctrine sur un sujet tel que celui-la.' Ne igitur et nos cuipiam prolixitate nimia in hac re occasionem demus fidem Donnolæ elevandi, verbum non amplius addemus.

A. U. C. 711. Propertii 10.
C. Vibius Pansa. A. Hirtius.

Bellum Mutinense. Ovidius natus. Circa hoc tempus, vel certe non ita multo post, fortasse anno sequente, pater

Propertii mortuus sit necesse est. Vulgaris post P. Crinitum sententia, quam et Maittairius et Crusius, Angli, sequuntur, fert, eum, L. Antonium secutum, in Perusina clade interiisse, et ad aram Divi Julii cum aliis equitibus ac senatoribus immolatum fuisse. Enimvero haud dubie falsi sunt, hanc amplexi opinionem. Namque IV. 1. 130. 'pertica tristis,' quæ in A. U. 713. incidit, subjungitur morti patris Prop. cum Perusina deditio in A. U. sequentem 714. demum incidat. Neque Poëta hæc tempora Augusto in memoriam revocaturus fuisse videtur. Phrasis quoque 'ossa legere' indicat haud obscure, patrem Propertii domi potius suæ mortuum; num ex vulnere in eo bello accepto, an ex dolore quoque de fama agrorum militibus distribuendorum, incertum. Hoc dubitatione caret, poëtæ nostri ætatem tum adhuc teneram fuisse, cum pater ipsi eriperetur: vid. A. U. 714.

A. U. C. 713. Propertii 12.
P. Servilius Vatia Isauricus II. L. Antonius.

Octavianæ perticæ metatio etiam Propertio nostro, patre jam orbato, maximam agrorum partem aufert; qua de re Poëta IV. 1. 129. sq. 'Nam, tua cum multi versarent rura juvenci, abstulit excultas pertica tristis opes.' Cf. Heyn. Vit. Virgil. per annos digest. ad h. a. Circa hanc tempestatem Tibullus non potest puer novem annorum fuisse, quoniam longe aliter de hac clade loquitur, quam vel Noster, inprimis IV. C. 1. 183—190. 'Nam, mihi cum magnis opibus domus alta niteret, Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci Horrea, fœcundas ad deficientia messes, Cuique pecus denso pascebant agmine colles, Et domino satis, et nimium furique lupoque: Nunc desiderium superest: nam cura novatur, Cum memor *anteactos* semper dolor admovet *annos:* Sed, licet asperiora cadant, spolierque relictis,' cet. et I. 1. 19—22. 'Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri Custodes, fertis munera vestra, Lares. Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa juvencos: Nunc agna exigui est hostia magna soli.' Ubique tanquam dominus et paterfamilias, qui ipse rem suam familiarem curat et

administrat, loqui mihi videtur. Præterea Propertius etiam majorem fecisse jacturam videtur, quam Tibullus: nam Propertio 'parva domi fortuna relicta' erat sec. II. 34. 55. unde etiam Augusti et Mæcenatis maxime liberalitatem implorasse credendus est, quod Tibullus non fecit. Vid. in hanc rem J. Dousæ Præcid. in Tibull. 18.

A. U. C. 714. Propertii 18.
Cn. Domitius Calvinus II. C. Asinius Pollio.

Bellum Perusinum. Hoc in bello videtur Gallus,[1] Propertii nostri amicus, vel propinquus, insidiis latronum interfectus fuisse. Cf. I. El. 21. inprimis vs. 7. et 8. El. 22. 6—8. Sunt qui in hoc posteriori loco 'propinquum' capiant de ipso patre Propertii, per Græcismum ita vocato. In his, præter Donnolam l. c. 23. est quoque Schurzfleischius, qui in nota ei loco subjecta, 'Errat enim Ph. Silvius,' inquit, 'qui in interpretatione ita locum παραφράζει: Tu namque passa es corpus mei cognati jacere discerptum. Ceterum 'propinquos' vocat parentes e Græcismo. Græci enim eosdem τῶν ἐγγὺς nomine aliquando appellant.' Hactenus ille. Poterat etiam addere, contraria ratione 'cognatos' quoque nomine parentum insigniri. Sic v. c. Capitolinus in M. Philos. 5. 'Omnibus parentibus suis [is autem pridem extinctus erat, qui eum genuerat] reveren-

NOTÆ

[1] 'Gallus' nomen proprium amici Propertii, haud dubie fictum, I. 5. 31. X. 5. 13. II. 20. 1. Certe non est confundendus cum celebri illo Cornelio Gallo, Forojuliense, Elegorum scriptore, et Euphorionis Chalcidensis interprete. Namque is paulo grandior natu videtur, quam ut omnia loca in eum satis commode conveniant. Adde quod is jam A. U. 717. Lycoridem suam amiserat. Male igitur Dousa F. ad I. 5. 23. 'Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti,' scribit: 'Hinc veteris prosapiæ ac multarum imaginum apparet fuisse Gallum, contra Suetonii sententiam, qui eum ex humili ad præfecturam Ægypti ab Augusto provectum autumat in Octav. 66.' Ejusdem tamen poëtæ, qui, præses Ægypti, se ipse interfecit, meminit Propertius II. 34. 91. Ab utroque diversus est ille propinquus Propertii, in bello Perusino occisus, cujus fit mentio I. 21. 7. Tandem Gallus quoque est filius Arriæ, frater Luperci, qui concidit ante aquilæ rostra cruenta IV. 1. 95. *Barth.* Cf. et Burmann. in Obss. ad Prop. I. 5. *Kuin.*

tiam exhibuit:' coll. Lamprid. Alex. 67. Trebell. Poll. XXX. Tyrann. 10. et Casaubon. ad ll. cc. Sed, præterquam quod iste usus seriori demum ævo invaluisse videtur, ratio temporum ipsa obstat, uti ex antecedd. patet.

A. U. C. 717. Propertii 16.
M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.

Hoc anno ineunte togam virilem, pro more sæculi illius Propertius sumsit. Vid. quos laudat Heyn. in Vit. Virg. ad A. U. 699. Ita enim Noster IV. El. 1. 131. sqq. 'Mox, ubi bulla rudi dimissa est aurea collo, Matris et ante Deos libera sumta toga: Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo, et vetat insano verba tonare foro.' Neque est, quod particula 'Mox' quempiam moveat, quasi inter perticam illam tristem et togam puram non intercesserint integri quatuor anni: notum enim est, vel Historicos, nominatim Florum, similibus connectendi particulis tam late ac vage uti. Et Propertius alibi pari ratione hanc vocem ponit IV. ult. 33. et III. 11. 29. 'mode' similiter satis longum spatium designat, uti e nostra annotatione patet ad vs. 50. ejus Elegiæ. Assumo vero hunc inprimis annum, quia Poëta cum eo statim conjungit studium carminis scribendi; in quod Romæ maxime incubuisse, adeoque circa idem tempus eo se contulisse censendus est, sicut e versu breviore colligas, qui spretam juris scientiam a Nostro subindicat, forique meminit. Cui Propertii ætas nondum apta satis pangendo carmini videtur, is velim cogitet, Ovidium quoque admodum juvenem carmina sua recitasse publice, sicut ipse canit IV. Tr. 10. 55. sqq. 'Utque ego majores, sic me coluere minores: Notaque non tarde facta Thalia mea est. Carmina cum primum populo juvenilia legi, Barba resecta mihi bisve semelve fuit.

A. U. C. 721. Propertii 20.
Cæsar Octavianus II. Volcatius, L. F. Tullus.

Circa hoc tempus Lycinna quædam Propertium Veneris sacris initiat, ita tamen, ut ipse non tam amet, quam ametur:

unde jure suo de Cynthia, posteaquam amoris tirocinium jam posuerat, I. 1. 1. 'Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis, Contactum nullis ante Cupidinibus.' Et 12. ult. ejusdem libri: 'Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.' De Lycinnæ autem conatibus irretiendi Nostrum, ipse III. 15. 5. quam Elegiam equidem vel maxime tanquam filum quoddam Ariadneum in computandis annis Propertii sequor. Inde enim, nisi me omnia fallunt, manifesto patet, Propertium statim a sumta virili toga in Lycinnæ amoribus per unum aut alterum annum versatum esse: quod et Passeratio ad istum locum ita videtur. Sed captus post a Cynthia Noster Lycinnam deserit, et, cum Elegiam 15. lib. III. scriberet, per triennium fere cum Cynthia consueverat, sicut ipse canit vs. 7. sqq. 'Tertius, haud multo minus est, cum ducitur annus, Vix memini nobis [mihi et Lycinnæ] verba coisse decem. Cuncta tuus sepelivit amor: nec fœmina post te Ulla dedit collo dulcia vincla meo.' Jam si Propertius quinque annos serviit Cynthiæ, ut ipse III. 25. 3. canit: 'Quinque tibi potui servire fideliter annos:' rationibus bene subductis apparebit, hos septem annos simul sumtos incidere in annum ætatis Propertianæ 17. usque ad 24. Ad idem temporis spatium quoque plurimarum Elegiarum conscriptio, amatoriarum nimirum, necessario referenda erit.[1]

NOTÆ

[1] [Hic, cum de Elegiarum tempore ab ipso Propertio edendarum tractare incipit Barthius, quædam e Lachmanni Præfatione, quibus Barthium in nonnullis rebus refutare et suam Propertii Carminum transpositionem defendere studet, excerpere haud pigebit: 'At restabat aliud,' ait Lachmannus, 'in quo si hos, qui nobis anteiverant, superare possemus, operæ nos pretium facturos esse existimabamus. Scilicet Scaligerum, qui primus de sensus cohærentia in hoc poëta accuratius quæsivit, cum in multis sententiarum ordinem non recte procedere sentiret, nulla librorum scriptorum reverentia, omnia audaci conatu, eventu infeliciore, ita, ut libebat ipsi, pervertisse ac transposuisse satis constat. Sed de his quidem Scaligeri transpositionibus, quanquam eas acceperit Broukhusius, Burmannus autem ulterius propagaverit, jamdudum inter viros doctos conclamatum est: hoc dubium est, an Vulpius eum, qui in codd. scriptis habetur, versuum ordinem bene semper tuitus sit, et singulorum Carminum argumenta sententiarumque connexum recte ubique exposuerit. Hoc ut olim J. Schradero persuaderi non potuit, ita neque

A. U. C. 723. Propertii 22.
Cæsar Octavianus III. M. Valerius Messala.

Cynthiam amare incipit Propertius. Factum id inpri-

NOTÆ

hodie omnibus, certe optimis, nondum persuasum esse, fidem facit, quod vir præstantissimus, H. C. A. Eichstadius, in Libello Academico Jenæ anno 1806. in publicum prodito, quo nonnulla novo Tibulli editori vel cavenda vel facienda disputat a Propertii editore jure expectari scribit, ut, desertis Scaligeri transpositionibus, mutilum poëtam et laceratum in multis, fragmenta potius Carminum, quam Carmina ipsa, exhibeat. Me vero, quo minus de hujus judicii, quod ei præter alios Hemsterhusius fere præiverat, veritate dubitarem, magna viri auctoritas prohibere non potuit, a quo dissensum in re, quæ opinione nititur, leniter et consueta humanitate latum iri confido. Nam dissentire me omnibus curiose examinatis profiteor, qui multa a Vulpio non bene explanata agnoscam, cui, quoties non satis faciebat, subveni; multa quoque corrupte ac perverse scripta videam, quibus corrigendis omnem, quam potui, operam impendi; pauca etiam disticha, in locum suum a nobis reducta, ibi, quo in libris scriptis reposita sunt, turbare sensum concedam; aliquot autem Carmina, quæ male avulsis aut assutis partibus feruntur, his, quæ jungenda erant, jungendis, aliis, quæ separanda, separandis, integra facienda esse putaverim: ceterum lacunam majorem, præter eas, quæ me, ut libros, qui hactenus ferebantur, quatuor in quinque dispescerem, coëgerunt, nullam in toto opere invenire potuerim.

'Sed hæc quidem passim suis locis in annotatione nostra exposuimus: nunc de hoc ipso, quod modo commemoravimus, auso nostro pluribus agendum est, ut rem, quam nullis codd. scriptorum suffragiis adjutus perficere non erubui, si fieri possit, veram ac necessariam fuisse ostendam, meque audaciæ ac temeritatis, qua nihil critico turpius, crimine quam maxime purgem atque exsolvam.

'Primum igitur, quod Eichstadii non minus, quam nostræ sententiæ favet, Propertii Carmina nostro tempore non integra, sed sui parte truncata legi, aliorum scriptorum testimoniis evincitur. Nam Fulgentius grammaticus in libello de Prisco Sermone n. 34. in vocabulo 'Dividia' hunc sub Propertii nomine pentametrum habet, quem nostra exempla nusquam agnoscunt: 'Dividias mentis conficit omnis amor.' Sed eum quidem viri docti Petronio ascribere malunt, quem tamen in versu pentametro hoc vocabulo obsoleto uti potuisse non credo; neque hæc ratio, opinor, hujus grammatici auctoritatem penitus subvertit, quod ea, quæ in 'Catillare' n. 22. Propertio tribuit, ab alio auctore profecta esse apparet: 'Catillata geris vadimonia, publicum prostibulum.' Aliud Propertii fragmentum Servius exhibet ad Virgil. Ecl. v. 21. 'Testes sunt sidera nobis.' Idem ad G. I. 19. 'Unciue puer monstrator aratri,' 'Alii,' inquit, 'Triptolemum, alii Osirim volunt, quod magis verum est, ut dicit Propertius vel Tibullus [I. 7. 29]. Nam Triptolemus frumenta divisit.' Hæc quoque eripere nobis tentant, jure an injuria non facile dicam, priora verba referentes ad illa II. 9. 41. 'Sidera sunt testes et

mis videtur, posteaquam illa ab amatore suo, Africam pe-

NOTÆ

matutina pruina;' in altero loco hæc verba 'vel Tibullus' tribuentes correcturo errorem, qui Propertio commemorando commissus fuerit. Sed certe non omnia nostri poëtæ scripta superesse locupletem testem habemus Ovidium, qui Tr. II. 461. de Tibullo ita loquitur: 'Multaque dat talis furti præcepta, docetque, Qua nuptæ possint fallere ab arte viros: Nec fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus, Et placet, et jam te principe notus erat.' Tum subjicit de Propertio: 'Invenies eadem blandi præcepta Properti: Districtus minima nec tamen ille nota est.' Ubinam, quæso, inveniemus, cum ejusmodi præcepta nulla hodie in Propertii Carminibus legantur?

'Jam vero, si veteres scriptores ea a Propertio scripta commemorant, quæ in his, quæ extant, Carminibus non comparent, mirabile esse non potest aliquot lacunas in illis Carminibus interrupto sententiarum filo passim se prodere. At, cum nos in notis nostris nihil usquam, nisi in libri secundi priore parte, quæ tota lacera ad nos pervenit, periisse docuerimus, nihil superest, nisi ut quæramus, si forte indicio aliquo intelligi possit, quantam Propertii Carminum partem illæ, quæ in libro secundo sunt, lacunæ haurire potuerint. Id vero qui ostendat, unus locus est, qui, cum adhuc interpretibus fuerit difficillimus, omnem hanc rem insperata luce ita perfundit, ut ipse rursus ab eadem re lucem sibi debitam accipiat. Scilicet in libro secundo duo versus legimus, quos non ad secundum, sed ad tertium librum pertinere ipsa eorum sententia arguit: 'Sat mea sat magna est, si tres sint pompa libelli, Quos ego Persephonæ maxima dona feram.' Cautior ceteris hic Scaliger, 'Nescio quomodo,' inquit, 'jubet tres libellos sibi τομεύειν, quos nondum scripserat, ut qui ne secundum quidem dimidium confecerit.' Broukhusio ista videntur 'huc esse tracta ex libro tertio.' Burmannus locum in libro tertio, in quo reponat, quærit. Leviore etiam conjectura Heinsius in Notis Propertianis p. 689. 'Forte,' inquit, 'Magna satis duo treve mei sint pompa libelli.' Vulpius non Propertii, sed Mimnermi, Callimachi, et Philetæ libellos intelligit, cui commento quantumvis inepto Burmannus, ut est levis et mutabilis, et ipsi assentitur. F. G. Barthius in Vita Propertii p. LXXXIII. [inf. p. 46.] 'Si quis ex se quærat, cur hæc libro secundo legantur, nec demum tertio, facilem esse responsionem' dicit, 'quoniam nimirum neque Propertius neque Horatius Carmina sua ordine chronologico composita ediderint, sed ille promiscue conjecerit in illos duos libros [secundum ac tertium intelligit], quicquid Elegiarum ad manus esset, sicuti Horatius Odas libri I. et II. uno tempore conjunctim editi, promiscue ordinaverit.' Damus hoc: sed absurde tamen egit Poëta, si hoc carmen, in quo trium librorum mentio injicitur, nulla quidem necessitate cogente, secundo inseruit. Hoccine igitur, an potius hoc Carmen olim in libro tertio lectum fuisse, postea autem, cum secundi magna pars intercidisset, hos duo libros pro uno habitos esse existimabimus? Accedit, quod unum est inter illa fragmenta, quod, cum locum, cui debetur, argumento suo clare indicet, conjecturam nostram nova confirmatione in tuto collocat. Nempe hi versus, 'Sed tempus lustrare,' &c. quibus puellam suam jam satis sibi scriptam narrat, res ab Augusto gestas celebraturum promittens, quem,

tente, derelicta fuerat. Cf. III. 20. et quæ passim ad eam

NOTÆ

ut adhuc parva sacra benigne accipere velit, rogat,—hi versus, inquam, nlibi, quam in capite libri Augusto dedicati, poni non potuerunt. Quid dubitamus igitur, quin liber tertius ab eo Carmine, cujus hæc particula superest, initium cepisse, sequentes autem libri, qui adhuc pro tertio quartoque habiti sunt, quartus quintusque numerari debuerint?

'His ita positis cum magnam partem eorum, quæ Barthius de tempore editionis librorum Propertii, vanis hariolationibus magis, quam certis rationum argumentis confisus, disputavit, everti appareat, de hac re visum est ea, quæ omnia huc pertinentia anquirendo reperi, nonnullis de vita Propertii, quæ parum explorata viris doctis esse animadverti, adjectis, curiose ac diligenter exponere. Primum igitur (nam hinc ordiendum est) Propertius ipse sibi testis est Cynthiam per quinque annos fideliter amavisse: 'Quinque tibi potui servire fideliter annos.' Hoc cum vidisset Barthius, hunc amorem fidenter anno U. C. Varroniano 723. et quatuor hunc insecutis assignavit, conjectura ductus, quam rei explicandæ non idoneam alius locus ostendit [III. 16. 9.] 'Peccaram semel, et totum sum pulsus in annum;' qui versus isti calculo omnem fidem, fundamenta omnia demit. Quomodo enim Propertium illo anno, per quem pulsus fuit, Cynthiæ serviisse censebimus? Quod si illud discidium forte post annum 728. quo Barthius amorem desiisse vult, factum esse putes, in primo libri primi, quem anno 724. editum ponit, Carmine illius mentio facta est: (I. 1. 1-8.) Interpretes quidem ibi nescio quid de Musis et Gratiis somniant, alii Cynthiam libidinosam et prostituti pudoris mulierem dici opinantur: tu ne dubita, quin Poëta se, Cynthia et castis puellis relictis, (hoc erat illud: 'Peccaram, et totum sum pulsus in annum,') jam per totum annum viles quærere et sine consilio quæratur vivere, adversa tamen Venere et Cynthiæ desertæ memoria animum assidue subeunte. Hunc verum sensum esse certius fit ex his ejusdem Carminis versibus: 'Hoc, moneo, vitate malum: sua quemque moretur Cura, neque assueto mutet amore locum.' Jam igitur, quando illud Cynthiæ Propertioque discidium venerit, facile constaret, si modo de anno 724. cui Barthius libri primi editionem tribuit, certa res esset, neque in hoc quoque conjectorem ratio fefellisset. Nobis hoc, nulla amplius ejus errorum mentione facta, exquirere placet.

'Illud frigus illasque inimicitias ante medium annum 726. finem habuisse, ex Eleg. 7. libri secundi colligimus, in quo Carmine circa illa tempora scripto omnia jam composita esse cernimus. Hoc Carmen autem post editum librum primum, in quo illud infortunium commemorari vidimus, factum esse hi versus ostendunt, in quibus, 'Hinc,' inquit, nempe a Cynthiæ laudibus, 'Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen, Gloria ad extremos lata Borysthenidas.' Porro uno mense post librum primum editum pacem factam, tumque secundum scribi cœptum, narrat II. 2. 1. 'Liber eram et vacuo meditabar vivere lecto: At me composita pace fefellit Amor:' et 3. 1. 'Qui nullam tibi dicebas jam posse nocere, Hæsisti; cecidit spiritus ille tuus. Vix unum potes infelix requiescere mensem, Et turpis de te jam liber alter erit.' Viden? Liber erat, nullam sibi nocere posse jactabat (et sane libri

annotavimus. Hæc enim Elegia mihi quidem videtur una

NOTÆ

primi procœmio amori valedicebat): vix unum mensem duraverat, cum pace facta denuo falleretur, et sese Cynthiæ servitio dederet. 'Compositam' enim 'pacem' qui confictam, simulatam, fallacem interpretantur eo argumento, quod 'causas' et 'fraudes' et 'insidias componi' dicimus, sermoni vim faciunt, cum pax integrato amore cum Cynthia facta intelligenda sit. Livius II. 18. 'His conditionibus composita pace exercitum ab Janiculo deduxit Porsena et agro Romano excessit.' Virgilius Æn. VII. 339. 'Disjice compositam pacem, sere crimina belli.' Jam vero hæc sub initium anni 726. acta esse inde apparet, quod Cynthiæ amorem ultra annum 730. vel 731. protractum non esse aliunde compertum habemus. Eum etiamtum viguisse ex II. 30. 19. manifestum est: 'Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas, Et petere Hyrcani littora nota maris?' quæ ad bellum, quod Augustus tum Parthis inferre meditabatur, quodque Romani latius extentum iri sibi persuadebant, pertinere Virgilius fidem facit Æn. VII. 606. 'Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos, Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.' Paulo autem post abiisse amorem illum ex libri tertii Elegia prima, ubi satis scriptam a se puellam suam dicit, apparet. Cum igitur quinque annos numerat, eos, qui illud discidium præcesserant, omittit, horum tantum, per quos fideliter se et constanter Cynthiæ serviisse scribit, ratione habita. Hoc igitur constat, illum annum, per quem rejectus fuit, esse ab U. C. 725. Quot vero annis ante jam amaverit Cynthiam, ex alio loco eruimus III. 15. ubi ante Cynthiam se sub primam adolescentiam Lycinna quadam arsisse confitetur: 'Ut mihi prætextæ pudor est velatus amictu, Et data libertas noscere amoris iter, Illa rudes animos per noctes conscia primas Imbuit, heu nullis capta Lycinna datis.' Jam tu mihi sequentia considera: 'Tertius, haud multo minus est, cum ducitur annus, Vix memini nobis verba coisse decem. Cuncta tuus sepelivit amor, nec fœmina post te Ulla dedit collo dulcia vincla meo.' Hæc certe post illum annum, quo pulsus fuit, scribere non auderet, sed aut ante inimicitias, aut, quod credere malo, cum inciperent. Hinc igitur constat, si non diutius, certe biennio ferme post excussam Lycinnam Propertium, antequam rejiceretur, cum Cynthia vixisse. Hoc autem biennium complectetur annos ab U. C. 723. et 724. Tum ante hos si Lycinnæ amori unum ferme annum dederimus, eundemque Propertii ætatis sextum et decimum, quo ineunte togam virilem tum sumi solitam viri docti statuunt, reputaverimus, natales ejus in annum quasi 706. aut 707. incident, quæ ratio Ovidio optime concinit, qui se natum anno 711. sodali Propertio usum narrat Tr. IV. 10. 45. 'Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes, Jure sodalitii qui mihi junctus erat.'

'His fundamentis jactis, jam paulo certius, quo tempore singuli libri editi fuerint, dicere videmur posse. Et primum quidem liquidum est, anno 725. vergente vel certe 726. ineunte librum primum in publicum prodiisse; tum enim, quod ex supra dictis patet, procœmium exaratum est. Secundum uno mense post, quod supra ostendimus, cœptum quando ediderit, nescio, nisi una cum tertio [i. e. Lachmanni. Et sic puta de tertio, quarto,

ex illis esse, quas Poëta ante omnes reliquas, etiam libri primi, scripsit;[1] quam vero, cum quibusdam aliis, utpote nondum satis emendatam, neglexit et suppressit tum, cum librum primum ederet. Cur hoc mihi persuadeam, hæc inprimis causa est, quod in illo Carmine nomen Cynthiæ nondum occurrit, quod a Poëta post id demum tempus adhibitum Hostiæque impositum fuit a Cyntho (sicut a Delo nomen Deliæ), cum in amicitiam amoremque ejus insinuasset. Neque enim de nuptiis et conjugio Propertii cogitandum est cum docto Anglo Crusio, (Lives of the Roman Poets) obnuntiante etiam jure ejus interprete Schmidio, sed prætexit modo Poëta honestatis speciem turpi amori. Tantum vero aberat, ut hæc cautio a Propertio adhibita vim aliquam in Cynthiæ animo ad constantiam amoris haberet, ut potius mox alium præferret amatorem, quocum in Illyriam proficisci meditabatur. Neque per absentiam illius prætoris Illyrici sine rivali esse potuit Poëta, uti colligas e II. 24. 31. qui ille ipse videtur, qui uxorem habebat. Lib. II. 21. 4. Illum prætorem Macedoniæ et Achaiæ censet

NOTÆ

quinto libro inf. dicto] evulgatum suspicor. Libro tertio 16. 1. 'Tu loqueris, cum sis jam noto fabula libro, Et tua sit toto Cynthia lecta foro?' 'Noto libro' dicit, non 'libris,' ut unum modo editum significare videatur. Sed, nisi id Carmen jam ante, quam liber secundus publici juris fieret, compositum est, potuit totum hoc Propertii opus Cynthiæ inscriptum nomine unus liber dici; vid. nos ad III. 5. 26. Librum tertium anno 730. vel 731. editum esse proœmium eo tempore scriptum testatur. Hoc Barthius quoque viderat, cui ne in hoc quidem repugno, quod tertium quartumque simul editos contendit. Nullum enim in neutro Carmen legitur anno 731. posterius; illum ipsum annum certo sibi vindicat unum libri quarti, 17. In utroque Cynthiæ amorem valere jubet: In secundo 1. 8. 'Bella canam, quando scripta puella mea est. Nunc volo subducto gravior procedere vultu, nunc aliam citharam me mea Musa docet.' In tertio 24. 15. 'Ecce coronatæ portum tetigere carinæ, Trajectæ Syrtes, anchora jacta mihi est. Nunc demum vasto fessi resipiscimus æstu, Vulneraque ad sanum nunc coiere mea.' Sed de libro quinto quam concepit sententiam Barthius, eum ab ipso Propertio editum non esse, hanc nos in annotatione nostra novis nec contemnendis argumentis confirmavimus. Carminum, quæ complectitur, nullum post annum 739. scriptum esse videri idem Barthius rationibus allatis ostendit.']

[1] Ex illarum numero est etiam II. 20. coll. vs. 21. sqq. *Kein.*

Scaligerus, quod Macedonia Illyricum continebatur: vid. Castigatt. in Prop. p. m. 219. coll. 198. Circa idem tempus videtur etiam Elegia 21. lib. III. scripta fuisse,[1] cum ex impatientia amoris, cui Cynthia non satis respondebat, iter Athenas suscipiendum simularet. Vix enim adducor ut credam, Poëtam unquam iter fecisse, ne per Elegiam 14. quidem ejusdem libri. Potest enim et hæc ex enthusiasmo poëtico scripta fuisse. Namque Poëta ne cum Tullo quidem in Asiam proficisci voluit. Cf. I. 6.[2] Ex his omnibus facile constabit de moribus et ingenio Cynthiæ, ut Broukhusius adeo haud dubie fallatur, et fallat egregie, cum tam magnifice de illa senserit. Fuit enim ejus ingenium plus quam meretricium, ad lactandos et emungendos amatores maxime compositum. Cf. II. 16. 11. sqq. II. 32. 17—20. &c.

Quodsi igitur Propertius adeo juvenis Cynthiam dilexit, quæ tamen multo plures annos habuisse videtur Poëta nostro, quid mirum, si eam, æstu iræ abreptus, secum comparatam, 'anum' vocat? cum præcipue apud Latinos 'anus' jam vocari possit, quæ propter annorum copiam non amplius parit, et Propertius ad eam quoque dicat: 'Cum tibi nec frater, nec sit tibi filius ullus: Frater ego, et tibi sim filius unus ego:' II. 18. 33. sqq. nisi forte sterilitatem Cynthiæ his verbis innuere voluit Poëta. Vid. et quæ inf. ad A. U. 726. dicentur. Jam igitur confer loca II. 18. 20. et 32. 6. Ad priorem locum etiam Vulpio jam matura ætate Cynthia fuisse videbatur.

Ceterum hoc anno a. d. 4. Non. Sept. facta est pugna ad Actium, cujus passim meminit Propertius variis Elegiis, quæ tamen non nisi post triumphum A. U. 725. habitum, et librum primum jam editum scriptæ videntur. Cf. III. 11. 50. et Heyn. ad Virgil. Æn. VIII. 675. 698. &c.

NOTÆ

[1] Vid. notata ad Argum. El. 17. lib. I. *Kuin.*

[2] Argumenti hujus levitatem, vel me non monente, unusquisque facile perspiciet. *Kuin.*

A. U. C. 724. Propertii 25.
Cæsar Octavianus IV. M. Licinius Crassus.

Ægyptus in formam provinciæ Romanæ redacta. Cornelius Gallus præfectus Ægypti. M. Valerius Messala ab Augusto cum imperio in Asiam mittitur, ad turbas ab Antonii gladiatoribus illic excitatas componendas aliasque simul res constituendas. Cf. Dio LI. non longe a princ. Atque ad hoc ego tempus refero tam scriptionem Elegiæ 6. lib. I. quam editionem totius illius libri, quem Volcatio Tullo, qui A. U. 721. cum Cæsare Octaviano consul fuerat, Elegia prima addita,[1] inscripsit. Ab hoc tamen ipso Tullo diversum statuo illum, ad quem est Elegia 6. lib. I. et 22. lib. III. Scilicet ille Tullus, cui Propertius inscripsit suam Cynthiam, est L. Volcatius Tullus L. F. (Is Lucius fortasse ille ipse est, qui A. U. 688. consul fuit cum M. Æmilio Lepido.) qui cum Cæsare II. consule consulatum gessit. Sed is ipse consul haud dubie fuit patruus illius Tulli junioris, ad quem est Elegia 6. lib. I. significante ipso Propertio vs. 19. Neque enim antiquior ille Tullus, cum Lepido consul, adeo rebus gestis inclaruit, ut Propertius ejus cum laude meminisse videatur. Rectius credas, Poëtam vivo suo patrono Tullo adulatum fuisse versu illo: 'Tu patrui meritas conare anteire secures.' Hic igitur adhuc juvenis erat, et, ni fallor, æqualis fere Propertio, nec dum aliquem magistratum gesserat, sed omnis ejus fortuna et spes adhuc in herba erat, sicuti ex El. 22. lib. III. 39—41. non inepte colligas. Hic junior Tullus, filius fratris consulis, a Propertio vocatur I. 6. 34. 'pars accepti imperii;' quæ phrasis nihil aliud significat, quam juvenem illum Tullum fuisse in cohorte i. e. inter comites et amicos viri cujusdam clari et consularis, cui Octavianus singulare quoddam imperium s. militare s. utrumque (loquitur certe non tantum de jure vs. 20. sed et de armis vs. 29.) dederit: sicuti I. 21. 4. 'pars militiæ' est unus de militibus. Cf. vet. Scholiast. ad Horat. I. Ep. 3. 1. Neque est quod quis

NOTÆ

[1] Vid. Argum. El. 1. Lib. I. et El. 17. *Kuin.*

putet, ita vim vocis ‘imperii accepti’ non satis exhauriri: nam solent optimi scriptores et Græci et Lat. ita loqui. Sic v. c. ut unico saltem in hanc rem utar exemplo, Lucianus in Apolog. pro mercede Conductis T. I. p. 721. c. 12. publici imperii se participem factum, s. publice in maximam partem imperii se venisse, (δημοσίᾳ τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνεῖν) scribit, cum tantum eorum, quæ agebantur in judiciis, Commentarios scribendos curaret, et decreta reponenda traderet. Memorat Elegia 6. inprimis Athenas et Asiam. Cum vero Elegia scripta esse debeat intra annos 5. nempe ab A. 721. quo Tullus ipsius patruus consul fuit, computo instituto, ad A. U. 724. quo librum primum nos statuimus editum, exoritur quæstio, quamnam ob causam, et cui Octavianus ad Actium victor singulare imperium in Asiam dederit, cujus inter comites Tullus juvenis esse potuerit. Jam, quanquam libentius ab aliis doceri ipse velim, tamen, cum res horum annorum circumspicienti non alia huc faciens occurrat, quam turbæ illæ gladiatoriæ, ad quas componendas Cæsar Octavianus Messalam A. U. 724. misit, non dubitamus eas e Dione l. c. breviter commemorare, si forte conjectura nostra peritis et æquis harum rerum arbitris arrideat. Antonius nimirum, victoriæ suæ de Cæsare deportandæ certus, ad ludos triumphales, quos se facturum sperabat, Cyzici magnam gladiatorum manum aluerat, exercendamque curaverat. Posteaquam igitur isti homines cognorant Antonium, apud Actium fugatum, deinde in Ægyptum confugisse, ad ferendum ipsi auxilium iter susceperant, ac variis turbis per varias Asiæ provincias, Galatiam maxime et Ciliciam, excitatis, tandem in Syriam concesserant, ubi Q. Didio Syriæ præfecto ea sese dediderant conditione, ut ne gladiatores posthac essent, utque Daphnen Antiochiæ suburbium eis habitandum concederet, donec Cæsari ea res significaretur. Hi quidem gladiatores, addit Dio, postea a Messala decepti, alii alio dimissi, quasi legionibus ascribendi, ac per occasionem interfecti sunt. Jam, etsi Messala tum temporis non ipse Romæ fuit, potuit tamen ea res ibi nota fieri, et post pugnam Actiacam, cum ipse Augustus in Italia

Brundusii esset, ita ordinari, ut multis occasio præberetur eo proficiscendi. Videtur vero deinde Messala totam Asiam Minorem, cujus potior pars ab Antonio steterat, rerum ordinandarum populorumque in deditionem accipiendorum causa, percurrisse, (quod etiam sexta Elegia Propertii lib. I. 31. sqq. innuit,) ac deinde quoque Cyzicum accessisse, unde gladiatores isti emigraverant; ut adeo manifestum sit, hanc urbem in potestate ac fide Antonii fuisse. Augustus certe sequentibus temporibus simili cursu itinerum usus est, (vid. Heyn. Vitam Virgil.) quo tempore etiam Cyzicenis libertatem ademit: quod cum factum sit demum A. U. 734. M. Apuleio et P. Silio Nerva Coss. eademque libertas restituta iisdem A. U. 739. teste eodem Dione, Coss. M. Druso Libone et L. Calpurnio Pisone, facile quisque videt Broukhusium frustra de ea re cogitasse. Locus igitur I. 6. 20. ‘ Et vetera oblitis jura refer sociis,’ non tantum ad Cyzicenos pertinet, sed ad omnes Asiæ et Græciæ fortasse quoque populos, qui in societate P. R. fuerant, quibusque jus dicendum erat, id quod longo tempore, propter bella civilia, fieri impeditum et omissum fuerat: unde ‘ obliti ’ dicuntur. Tullo vero hoc tribuitur, quia acceptī erat imperii pars. Idem deinde Tullus Cyzici, amœnitate loci captus, per aliquot annos hæsisse videtur; unde Propertius ipsum Elegia 22. lib. III. invitat, ut Romam revertatur, ibique honores consuetos consequi studeat.

Circa hoc tempus Propertius nondum innotuerat Mæcenati, quippe Tullo patrono usus unice; unde nulla Mæcenatis toto lib. I. mentio, neque etiam Augusti.

A. U. C. 725. Propertii 24.
Cæsar V. Sex. Apuleius.

Tres Cæsaris triumphi: Illyricus, Actiacus, Ægyptius. In hunc annum referri debet scriptio Eleg. 3. lib. III. propter vs. 43—46. [et El. II. 15. coll. vs. 44.] Conf. Heyn. Obs. ad Virg. Æn. VIII. 726.

A. U. C. 726. Propertii 25.
Cæsar Octavianus VI. M. Agrippa II.

Hic VI. Cæsaris Octaviani consulatus maxime notabilis est ob summum studium quod impendit vitiis, quibus Romani ob bellorum licentiam assuefacti fuerant, penitus elidendis, et moribus melioribus introducendis. Summus igitur ille Princeps, perfecta hoc anno censura, solennibus sacrificiis Romano more lustrum condit, ludos Actiacos quinquennales exhibet, Apollini in Palatio templum cum bibliotheca perficit ac dedicat, variaque præterea ordinat; maxime vero, primum omnium, legem de maritandis ordinibus ferre conatur; quam deinde repetitam decem annis post, A. U. 737. iterum tulit, ut auctor est Dio, neque tamen etiam tum præ multitudine recusantium perferre potuit; donec tandem post annos rursum 25. eadem lex perferretur, Papio Mutilo et Q. Poppæo Coss. unde ea lex Papia Poppæa, uti et Julia audiit, quoniam jam antea a Jul. Cæs. tentata fuerat; qua de lege, præter ceteros, inprimis Heineccium, docte ac dilucide egit Jo. Aug. Bachius, in Hist. Jurispr. Rom. III. 1. Sect. II. §. 7. sqq.

In hunc igitur annum 726. scriptio Elegiæ 7. lib. II. incidat necesse est, cujus statim initium 'certe sublatam' hanc legem ait. De posteriore demum legis hujus ferendæ conatu A. U. 737. cogitare prohibet finis maxime servitutis quinquennalis Propertii, jam tum factus necessario. Accedit, quod tum fortasse jam thesauro Orcivo tradita fuerat Cynthia. Etenim Elegia 7. lib. IV. in illud tempus incidere videtur. Idque eo minus dubium videtur, cum Propertius ipse quoque haud ita multo post in Libitinæ censum relatus sit. Vid. Lipsii Exc. C. ad Tac. A. III. p. 782. sqq. edit. Gronov. qui tamen Elegiam 7. lib. II. ad A. 736. demum refert, non sat accurate.

In eundem quoque annum incidit scriptio Eleg. 31. ejusdem libri secundi, quæ de templi Apollin. dedicatione agit. Cf. in eam rem Heyn. in Vit. Virgil. chronol. ad hunc ipsum annum.

A. U. C. 727. Propertii 26.
Cæsar Octav. VII. M. Agrippa III.

Augusti nomen Cæsari Octaviano datum a senatu, Munatii Planci inprimis sententia: vid. Heynium l. c. De nomine ipso ejusque potestate consulant juvenes Schwarzii Observatt. ad Nieupoortum p. 195. sqq. Ante hunc igitur annum scriptæ non esse possunt illæ Propertii nostri Elegiæ, in quibus nominis hujus fit mentio: cf. e. c. II. 10. 15. III. 11. 50. III. 12. 2. &c.

A. U. C. 728. Propertii 27.
Cæsar Augustus VIII. T. Statilius Taurus II.

Cornelii Galli mors voluntaria; quæ accidit non, ut Horatiano interpreti placet, A. U. 724. namque præfuerat Gallus Ægypto per quatuor annos, et anno 724. Ægyptus demum provincia Romana facta est, sed anno a nobis posito: cf. Dio LIII. Non igitur ante hunc annum scripta est Eleg. 34. lib. II. propter vs. 91. sq. inprimis cum etiam Æneidos Virgilianæ honorificam mentionem faciat Noster vs. 61. sqq. coll. Vita Virg. chronol. ad A. U. 724. fin. et Heyn. ad Æn. VIII. 675.

A. U. C. 730. Propertii 29.
Cæsar Augustus X. C. Norbanus Flaccus.

Ælius Gallus Arabicam suscipit expeditionem; vix tamen per biennium in terris illis commoratus, maxima militum parte, morbo quodam insolito, nullique notorum simili, amissa, ab Arabibus sua regione expellitur: auctores Strabo [XVI. p. 780. Plin. VI. 28.] et Dio LIII. [p. 723.] qui tamen in ducis errat nomine, dum Ælium Largum appellat. Imposuit Dio Broukhusio quoque ad Prop. II. 10. 2. ita ut Casaubonus quoque humani quid passus est, Strabonem de Cornelio Gallo explicans. Vide Ruæum ad Virg. Æn. VII. 605. et, quem laudat, Valesium ad Ammianum.

Circa hoc tempus scripta videtur Elegia [III. 4. et] 10. II. propter vs. 16. 'Et domus intactæ te [Auguste] tremit Arabiæ.' Neque enim Broukhusius audiendus, qui ad vs. 2.

Elegiæ laudatæ de A. U. 752. cogitat, propter locum Ovidii de A. A. I. 177. sqq. cum tamen ibi de alia longe expeditione in Parthos per Caium sermo sit: vid. Masson. Vit. Ovid. chronol.

A. U. C. 731. Propertii 30.
Cæsar Augustus XI. A. Terentius Varro Muræna.

M. Marcelli mors, in quam præclara extat Elegia Propertii III. 18.

Augustus præterea sub finem anni captivos et signa a Parthis repetit; quod postulatum si negatum fuisset, bellum in Parthos susceptum iri suspicio erat Romæ, quin etiam de Indis subjiciendis varia Romæ agitata fuisse, probabile videtur: cf. III. 4. et vid. Heyn. Vit. Virgil. h. a. et U. C. 734. fin. Videtur nimirum id negotii datum fuisse Ælio Gallo, paulo ante commemorato, ut adeo Elegiæ Propertianæ, Parthici mentionem belli facientes, ad hunc annum et antecedentem Arabicam expeditionem simul referendæ videantur. Frustra enim Heinsius Adv. I. 2. p. 12. de C. Cassio Longino, Crassi in Syria quæstore, adeoque A. U. 712. cogitat lib. IV. 3.

Quin hic ipse annus mihi videtur ille, quo Propertius librum secundum et tertium Elegiarum suarum publici juris fecit; ut adeo hi tres Elegiarum libri intelligendi sint, cum Poëta II. 13. 25. canit: 'Sat mea sat magna est, si tres sint pompa libelli, Quos ego Persephonæ maxima dona feram.' Neque enim plures fortasse libros edere constituerat, et quartus deinde post ejus mortem ab amico quodam reliquis adjectus fuit. Accedit, quod quinque servitutis anni Cynthiæ præstitæ (III. 25. 3.) jam A. U. 728. finem suum consecuti fuerant. Quodsi quis ex me quærat, cur ea ipsa Elegia libro secundo legatur, neque demum tertio, facilis est responsio; quoniam nimirum neque Propertius, neque Horatius Carmina sua ordine chronologico composita ediderunt,[1] sed ille promiscue conjecit in illos duos libros

NOTÆ

[1] Recte. Non enim assentiri possum Lipsio, qui V. L. I. 6. observat, Propertium II. 13. 25. indicare, se revera tres tantum Elegiarum libros,

quicquid Elegiarum ad manum erat, sicuti Horatius Odas libri I. et II. uno tempore conjunctim editi, promiscue ordinavit, uti jam contra Bentleium monuimus in ' Den Vorlesungen über einige Elegien des Properz,' Dresdæ edit. 1775. 8. Denique hoc quoque observandum est, Propertium duobus posterioribus libris, inprimis tertio, quasdam Elegias adjecisse, quas antea supprimere voluerat, uti patet ex iis, quæ ad A. U. 723. dicta sunt. Ut vero hunc inprimis annum publicationi horum librorum constituam, facit maxime Elegia 12. lib. III. ad Posthumum; ad quem si scripta sit quoque Elegia 3. lib. IV. quod plerisque placet interpretibus, et ratio ipsa probare videtur, dubitari non poterit, quin utraque Elegia scripta sit durante illo duorum annorum spatio, quo Ælius Gallus in Arabia commoratus est. Adde, quod liber IV. 6. 78. mentionem facit Æthiopici belli, quod in annum sequentem incidit.

A. U. C. 732. Propertii 31.
M. Claudius Marcellus Æserinus. L. Aruntius.

Æthiopes cæsi et eorum terra præsidiis occupata. Cf. Heynii Vita Virg. ad h. a. et quæ sub finem præcedentis anni notata sunt.

A. U. C. 734. Propertii 33.
M. Apuleius. P. Silius Nerva.

Cyzicenis libertas ab Augusto ademta: confer nos supra ad A. U. 724. Signa Crassi cum spoliis et captivis Augusto redduntur a Phraate. Cf. Heynii Vit. Chronol. ad h. a. Jure igitur Propertius IV. 6. 79. sqq. canere potuit: ' Hic referat sero confessum fœdere Parthum: Reddat signa

NOTÆ

quos amoribus dicavit, scripsisse, quartum vero disparis argumenti, in quem grandiora Carmina conjecit, ab illis separandum, et ' monobiblon ' inscribendum, aliosque male titulum illum ad librum primum retulisse. Nec placet Vulpii sententia, (ad Catull. I. 6. et in Commentario ad l. c.) per tres illos libellos, non Propertii, sed paucos aliorum libellos, Callimachi, Mimnermi, Philetæ, vel aliorum poëtarum, quibus legendis ac terendis assidue tempus insumserat, intelligendos esse. Arbitror tamen partem illam Eleg. 13. Lib. II. a vs. 43. fin. ad calcem Lib. III. esse ponendam. *Kuin.*

Remi; mox dabit ipse sua. Sive aliquid pharetris Augustus parcet Eois, Differat in pueros ista tropæa suos. Gaude, Crasse, nigras si quid sapis inter arenas; Ire per Euphraten ad tua busta licet.' Cf. et A. U. C. 739. ad quem scriptio hujus Elegiæ proprie pertinet propter Sicambros vs. 77. commemoratos.

A. U. C. 737. Propertii 36.
C. Furnius. C. Silanus.

Lex de maritandis ordinibus iterum lata, necdum perlata: confer nos supra ad A. U. 726.

A. U. C. 738. Propertii 37.
L. Domitius. P. Cornelius Scipio.

Hic P. Cornelius Scipio cons. est ille ipse frater Corneliæ illius, cujus mortem Propertius extremo libro quarto tam graviter deflevit, consule quo facto illa mortua est, secundum vs. 66. illius Elegiæ 11. ut adeo tempus scriptionis hujus Carminis lugubris in hunc ipsum annum incidere videatur. Pater ejus Scipio fuit consularis ille, cui Scriboniam, matrem Corneliæ, abduxit Octavianus secundum Suet. Octav. 62. ex eaque Juliam suscepit filiam; mox tamen, cum eadem facto divortio, statim Liviam Drusillam, matrimonio Tib. Neronis, et quidem gravidam, eripuit. Factum hoc est, secundum Dionem, A. U. C. 716. ætatis Augusti 25. Hanc ob causam Cornelia se vocat sororem Juliæ vs. 59. Nupserat vero Paullo Æmilio Lepido, qui A. U. 732. M. Claudio Marcello Æserino et L. Aruntio Coss. cum L. Munacio Planco censor fuit, quod et Cornelia innuit vs. 41. et 67. Tres habuit liberos (cf. vs. 61.), duos filios Lepidum et Paullum (cf. vs. 63.) unamque filiam. Mortua vero est hæc Cornelia haud dubie circa finem anni præcedentis 737. Namque eo manifesto ducunt verba ipsius Corneliæ vs. 65. sq. 'Vidimus et fratrem sellam geminasse curulem; Consule quo facto tempore rapta soror.' 'Geminata sella curulis' nihil aliud significare potest, quam fratrem Corneliæ bis magistratum curulem gessisse, ædilitatem nempe et prætoram; sed, cum jam consul designatus

esset, neque tamen jam consulatum inisset, Cornelia soror rapta est. Nam, si fratrem adhuc consulem vidisset, dicere non posset fratrem modo geminasse sellam curulem, idque se ipsam vidisse. Vox ' tempore' vero, in versu breviore, pertinet ad participium ' rapta :' ego soror illius rapta sum tempore, pro, tempori, i. e. in tempore, justo, opportuno tempore, cum jam sat felix fuissem, neque, fortunæ inconstantiam expertæ, quicquam sinistri et præter optata mihi accidisset. Pertinet huc Donati observatio ad Ter. Andr. IV. 5. 19. '' Veni in tempore,' i. e. opportune : nos sine præpositione dicimus ' tempore,' ' tempori.'"

A. U. C. 739. Propertii 38.
M. Drusus Libo. L. Calpurnius Piso.

Cyziceni libertatem ab Augusto A. U. 734. ademtam recuperant. Sicambri Augustum compositis venerantur armis, sicuti Horatius canit C. IV. 14. fin. coll. 2. 36. dum sc. Augusto, post cladem Lollianam, (quæ sec. Dionem in annum præced. 738. incidit,) Varianæ comparandam, sec. Suet. Octav. 23. exercitum contra illos adducente, in suas regressi terras, obsidibus datis, pacem acceperunt. Vid. quæ in hanc rem disputavit Jo. Massonus tam in Vita Ovid. ad h. a. quam in Vita Horat. p. 319. et 343. sqq. Hujus ipsius rei meminit quoque Propertius celebri illa Eleg. 6. libri IV. quæ adeo novissimam continet temporis notam in Propertii Carminibus, ut probabile sit hanc Elegiam vel hoc ipso anno, vel sub finem præcedentis anni, mense Septemb. scriptam esse, quo tempore nimirum Ludi quinquennales, ab Augusto in memoriam Actiacæ victoriæ instituti, celebrati fuere sec. Dion. LIV. Nam potuit Propertius tanquam vates etiam de re certo sperata et proxime futura canere : ' Ille paludosos memoret servire Sicambros :' IV. 6. 77. Et videtur sane hæc Elegia in illa celebritate in honorem Augusti scripta esse ab Aurelio nostro ; ut adeo vel hæc sexta vel undecima libri quarti pro novissima, quæ ex ingenio Propertii fluxerit, habenda sit. Nam reliquæ omnes, quas ille continet liber, haud dubie ab amico quo-

dam Poëtæ, post mortem illius, editus, possunt multo ante scriptæ esse, inprimis Eleg. tertia, (cf. supra ad A. U. 731.) cum Ovidius quoque Epistolas Heroidd. ad hanc exemplum compositas, paulo post id tempus ediderit. Elegia septima vero, in mortem Cynthiæ, etiam ante scripta sit oportet, quemadmodum Elegia octava in multo prius tempus incidit; quam tamen Poëta, viva adhuc Cynthia, edere fortasse noluit. Cum igitur Elegiæ pleræque contineantur intra spatium annorum U. C. 732.—739. videtur Propertius paulo post mortuus esse, adeoque vaticinium Cynthiæ exitum habuisse IV. 7. 93. ' Nunc te possideant aliæ; *mox* sola tenebo. Mecum eris, et mixtis ossibus ossa teram.' Namque, si Propertius adhuc vixisset anno sequente, victoriam Drusi, de Rhætis reportatam, ab Horatio tam magnifico luculentoque carmine (IV. Od. 4.) celebratam, silentio prætermissurus non fuisset: nisi tamen aliquot fortassis Elegiæ in fine codicis illius detriti atque corrosi, qui in cella vinaria inventus fuit, longinquitate temporis perierunt. Quæ si falsa est suspicio, libenter equidem subscribo sententiæ Jo. Massoni in Vit. Ovid. A. U. 739. in fine scribentis: ' Ceterum, quandoquidem Propertius anno præterito postremum, quod in ejus Operibus occurrit, Carmen exaravit, ut in ejus Vita fusius demonstramus; [Vid. Præf. nostram, in fin.] nec aliud est, quod ad subsequentes annos referre per certas temporis notas liceat; hinc ejus obitum ulterius protrahendum, nequaquam arbitramur; maxime, cum constet hunoce poëtam jam ante editam Artem Amatoriam [Vid. III. 333. 536.] decessisse.' Hinc igitur patet Propertium admodum juvenem, et cum multo etiam brevius forte spatium, quam ipse Tibullus, percurrisset, mortuum esse; cui rei ' indicio quoque fuerint tot ac tanta Poëtæ ipsius testimonia, quibus ut viridissimo flore ephebus passim, ac velut in primis adhuc illis adolescentiæ fretis, a se depingitur;' quæ sunt verba J. Dousæ in Sched. succid. Tibullum ad maturius ac serius ætatis spatium pervenisse vel hoc esse potest argumento, quod Horatius illius judicio se usum scribit S. I. 4. 1. quin in nobili illo Carmine, quo Venusinus Poëta Tibullum con-

solatur ob Glyceram ab alio præreptam, (I. Od. 33.) tanquam seniorem eum describit, cui junior prænituerit. Atqui homo 30. vel etiam 26. annorum, si Diis placet, (vid. Tibulli Vitam ab Ayrmanno datam) nondum in decrepitis, aut is haberi potest, qui juvenculæ uxorculæ officium suum probare non amplius possit, cum præsertim forma sat elegante Tibullus esset, eodem Horatio teste l. c. Epist. 4. 6. Imposuit viris doctis nomen 'juvenis' in Carmine Domitii Marsi sat noto ac decantato: 'Te quoque Virgilio comitem non æqua, Tibulle, Mors juvenem campos misit ad Elysios:' cum non meminissent, juvenum s. juniorum appellatione insignitos jam inde a Servii Tullii temporibus, quorum ætas annum nondum 46. supergressa esset. Simili ratione Sallustius C. Cæsarem Pontificatus maximi candidatum 36. annos natum adolescentulum vocavit: vid. Gell. Noct. Att. v. 28. Quodsi vero pro certo teneri potest, Carmen Tibulli primum sec. Ayrmannum incidere in A. U. 723. quo anno Messala consul fuit; quod heroicum est; et sequentibus demum annis, usque ad A. U. 727. Elegias passim compositas ab eodem fuisse, e nostra annorum computatione simul apparebit, cum Propertii Cynthia jam A. U. 724. edita, et toto foro lecta fuerit, Nostrum non injuria tanquam primum se jactitasse, qui Elegis ad Græcorum exemplum scribendis operam dederit, poëtæ famam cum primis affectans, quod Tibullus non fecisse videtur; (cf. Heyn. Præf. ad Tib. §. 4.) unde fortasse etiam neque Augusti, neque Mæcenatis favorem captavit. Cf. Prop. III. 1. 3. et quæ ibi ad Vit. Vulp. notata indicamus. Sic, ut hoc addam, diu ante Æsopum fabula ab Hesiodo, Stesichoro, et aliis usurpata, propter Æsopi frequentiorem usum Æsopia dici cœpit.

De sepulcro Propertii, recentiore detecto memoria, pauca jam adjicienda videntur. Cum probabile sit, eum in villa, quam haberet ab urbem patriam, sepultum fuisse, plane non dubito, quin illud sepulcrum, quod A. 1722. apud Hispellates repertum fuit, vere sit Propertii sepulcrum. Sed agedum totam relationem de hac detectione appona-

mus, quomodo illa in ' Mém. de Trevoux,' quem librum forte paucissimis juvenum excutere contigerit, a. 1723. p. 840. sqq. Francogallico idiomate consignata reperitur: ' Le 7. de Juin 1722. en démolissant un mur à Spello dans le Palais de la Princesse Pamphile, on trouva une pierre quarrée, longue d'un peu plus d'un pied et demi Romain, et large de 13 ou 14 poucées, surmontée d'une espèce de fronton triangulaire très simple, comme tout le reste de la pierre. On voit au milieu de cette pierre la tête d'un jeune homme, sur laquelle pendent deux festons de fleurs et de fruits. Le fronton est chargé dans le milieu d'une fleur; et aux côtés l'on voit deux figures bizarres, représentant pardevant des lapins, qui se terminent par derrière en queue de Siréne. Au-dessous de la tête du jeune homme, on lit cette Inscription en caractères Romains:

Sex. Aurel. Propert. Sex.
F. Lem.

Au-dessus de la tête, qui est dans une espèce de quadre, on voit cette autre inscription: ' L. Cominus L. F. Lemon.' Celui qui nous instruit de cette découverte, juge, que cette seconde inscription, quoiqu' ancienne, est néanmoins postérieure à la première. Les lettres, dit-il, en sont monstreuses, trop larges, et très-mal formées; au lieu que celles de l'inscription qui est au bas de la pierre, sont beaucoup plus grandes, rondes, d'une bonne main, et d'un bon siècle. D'ailleurs il paroit par la construction de la pierre, par sa situation, et par sa forme, qu'elle n'a été dressée que pour Properce.—Sur tout cela il faut l'en croire sur sa parole, si l'on n'est pas à portée de s'en instruire par soi-même; car il ne représente ni la forme des caractères de ces inscriptions, ni les autres marques aux quelles on auroit pû reconnoître qu'elle est la principale et la plus ancienne. Quoi qu'il en soit, il conclut de ce monument, que Properce étoit de Spello, autrefois ville Episcopale, mais qui n'est plus qu'un bourg d'Ombrie, à une lieue de Folingo. Les ruines d'un Théatre, et d'autres Monumens attestent son ancienne grandeur. L'Abbé Passarini a pris soin de

ramasser les Inscriptions de Spello, qu'on nommoit autrefois ' Colonia Julia Hispelli,' pour les donner au Public. Ce livre est peut-être déja imprimé. C'est là, que du côté de la porte de S. Barnabé se trouve un lieu très-agréable, planté d'oliviers, où l'on voit les restes d'une maison, qu'on appelle encore aujourd'hui ' la maison du Poete,' laquelle, suivant l'ancienne tradition du pais, appartenoit à Properce, et c'est en ce lieu-là que son tombeau vient d'être découvert: car le Palais Monaldi, d'où la pierre a été tirée, étoit autrefois aux Seigneurs Urbani, qui possédoient aussi cette maison de campagne de Properce.——La découverte du tombeau de Properce étoit réservée à l'illustre Dame Therese Grilli, Princesse Pamphile.——Ce mot abrégé ' Lem.' signifie dans ces inscriptions, comme dans plusieurs autres, ' Lemonia,' en sousentendant, Tribu.' [1]

Ceterum, quemadmodum hinc discimus Propertii tribum, ita domum se Romæ habuisse in monte Esquilino significat ipse III. 23. ult. coll. IV. 8. princ. Cynthia in Suburra habitasse videtur.

NOTÆ

[1] De monumento illo insigni tabulæ vetustissimæ, Hispelli in Umbria a. 1722. reperto, unde Propertii patria, nomen patris et tribus fuit eruta, cujus inscriptio est etiam ap. Murator. p. MCDLV. 1. vid. Montfaucon. in Supplemento Antiqq. T. III. L. I. c. 4. p. 17. sqq. *Kuin.*

SELECTA CLARORUM VIRORUM

DE SEX. AURELIO PROPERTIO

TESTIMONIA ET JUDICIA,

MAGNAM PARTEM

A JANO BROUKHUSIO COLLECTA.

P. Ovidius Naso III. A. A. 333.

Et teneri possis carmen legisse Propertî:
Sive aliquid Galli, sive, Tibulle, tuum.

Idem eod. lib. 534.

Nos facimus placitæ late præconia formæ.
Nomen habet Nemesis: Cynthia nomen habet.

Idem Remed. Amor.

Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?

Idem Trist. II.

Invenies eadem blandi præcepta Propertî:
Districtus minima nec tamen ille nota est.

Idem Trist. IV. 10.

Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
Jure sodalitii qui mihi junctus erat.

. . . . .

Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi:
Quartus ab his, serie temporis, ipse fui.

Idem Trist. v. 1.

Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Aptior ingenium comè Tibullus erit.

M. Fabius Quintilianus Instit. Orat. x. 1.

Elegia Græcos quoque provocamus; cujus mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque lascivior: sicut durior Gallus.

M. Valerius Martialis Epigr. VIII. 73.

Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.

Idem Epigr. XIV. 189.

Cynthia, facundi carmen juvenile Properti,
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

P. Papinius Statius Sylv. I. 2.

Date carmina festis
Digna toris. Hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis, divesque foco lucente Tibullus.

C. Plinius Cæcilius Secundus, Epist. VI. 15.

Passienus Paullus, splendidus eques Romanus, et inprimis eruditus, scribit Elegos. Gentilitium hoc illi: est enim municeps Propertii, atque etiam inter majores suos Propertium numerat.

Idem Epist. IX. 22.

Magna me solicitudine affecit Passieni Paulli valetudo, et quidem, plurimis justissimisque de causis. Vir est optimus, honestissimus, nostri amantissimus: præterea in literis veteres æmulatur, exprimit, reddit, Propertium inprimis, a quo genus ducit; vera soboles, eoque simillima illi, in quo ille præcipuus. Si Elegos ejus in manum sumseris, leges opus tersum, molle, jucundum, et plane in Propertii domo scriptum.

L. Apuleius Apolog.

Hic illud etiam reprehendi animadvertisti, quod, cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit: et Ticidam similiter, quod, quæ Metella erat, Perillam scripserit: et Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet: et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in versu.

L. Cæcilius Lactantius Firmianus, Divin. Instit. II. 6.

Romulus, urbem conditurus, pastores, inter quos adoleverat, convocavit. Cumque is numerus condendæ urbi parum idoneus videretur, constituit asylum. Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique, sine ullo conditionis discrimine. Ita conflavit ex his omnibus populum; legitque in senatum eos qui ætate anteibant, et Patres appellavit, quorum consilio gereret omnia. De quo senatu Propertius Elegiarum scriptor hæc loquitur:

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit, rustica corda, patres.
Buccina cogebat priscos ad verba Quirites,
Centum illi in prato sæpe senatus erat.

C. Sollius Apollinaris Sidonius, Arvernor. Episc. Epist. II. 10.

Certe si, præter rem oratoriam, contubernio fœminarum, poëticum ingenium, et oris tui limam frequentium studio-

rum cotibus expolitam, quereris obtundi; reminiscere, quod sæpe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.

Diomedes Grammaticus III. 6.

Quod genus carminis [Elegiam] præcipue scripserunt apud Romanos Propertius, et Tibullus, et Gallus, imitati Græcos Callimachum et Euphorionem.

Angelus Politianus Nutric.

Ut tersi memorat pia Musa Tibulli,
Musa sibi primos quæ jure asciscat honores
Imparibus numeris, ni blanda Propertius ora
Solvat, et ambiguam faciat certamine palmam.

Blondus Flavius, Lib. I. Italiæ illustratæ Regione quarta.

E regione Trivii amœno in colle Falcum est oppidum, haudquaquam vetusti nominis, sed populo frequentatum. Ad collisque illius radices in via olim Flaminia est Mevania, de qua Livius in IX. 'Decius Cos. magnis itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit.' Fuitque id oppidum cive ornatum Propertio Aurelio, qui de se ipso scribit ad Tullum libro Monobiblo, vel, ut Nonio Marcello placet, libro Elegiarum:

Proxima suppositos contingens Umbria campos
Me genuit terris fertilis uberibus.

Idemque in Elegiarum quarto:

Umbria te notis antiqua penatibus edit:
Mentior, an patriæ tangitur ora tuæ,
Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo,
Et lacus æstivis intepet Umber aquis?

Joannes Jovianus Pontanus, Amorum I.

O utinam et nostri fugiant nigra fata libelli,
Et sit perpetuo non sine honore rogus!

O si post cineres et me quoque jactet alumnum
Umbria carminibus non inhonora meis!
Umbria Pieridum cultrix, patria alta Properti,
Quæ me non humili candida monte tulit,
Vigia quem gelidis placidus circumfluit undis,
Et Nar sulphureis fontibus usque calens.

Petrus Crinitus de Poëtis Latinis III. 43.

Sex. Aurelius Propertius ex Mevania oppido oriundus, quod in Umbria est, ut ipse Auctor copiose testatur, quo loco Umbriam Romani Callimachi patriam vocat:

Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.

Callimachum præcipue Cyrenæum, Mimnermum, et Philetam, Græcos poëtas, in carmine secutus est, quorum Manibus comitem se profitetur. Nam, ut illi apud Græcos in elegia consensu omnium longe præstiterunt: ita Propertius apud Latinos eorum imitatione primas videtur quorundam judicio consecutus.

Lilius Gregorius Gyraldus, Dialog. 4. de Histor. Poëtar.

Sex. Aurelius Propertius Umber ex Mevania oppido fuisse dicitur, vel potius ex Assisia vel Essisia, utrumque enim memini me legere in Græcis et Latinis scriptoribus: quam civitatem Axim vel Assim potius ipse Poëta appellat, qua de re nonnihil Fl. Blondus aliique viri docti. Ejus Poëtæ versus vobis ex quarto libro recitabo, ut plane rem percipiatis, quo loco vitam, patriam, fortunamque suam sub Hori mathematici persona recenset:

Umbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior, an patriæ tangitur ora tuæ?
Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo,
Et sacer æstivis intepet hymber aquis.
Scandentisque Assis consurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Videtis ut plane Assem patriam suam faciat, et sacrum hymbrem, amnem sic adhuc ab incolis, paucis immuta-

tis literis, vocitatum nominat; et idem paulo supra Assim scandentes arces appellat, cum canit,

Scandentes si quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros æstimet ille meo.

Nisi si quis audaciuscule eo versu *scandentem Assem* legere maluerit. Callimachum inprimis, poëtam Cyrenæum, et Coum Philetam dicendi forma imitatus est. Quin et se ipse alicubi Romanum Callimachum appellat: ut et Virgilium Mantuanum Homerum dicimus. Quatuor Elegiarum libros, cultos et eruditos, reliquit.

Julius Cæsar Scaliger, Poëtic. VI. 7.

Propertius facilis, candidus, vere elegiacus: tersior tamen, quam existimatus est a Criticis. Nam et amat quædam quæ minime sunt vulgaria, et quibusdam locis paucorum judicium secutus videtur.

Hadrianus Turnebus, Advers. VIII. 2.

Lepidissimus et nitidissimus poëta Propertius.

Idem II. 15.

Tanta versuum Propertii jucunditas et amœnitas est, ut eos dictantibus Gratiis a Poëta exceptos censeas: tantum optarem ad aliam potius, quam amatoriam materiam, beatam illam et candidam ingenii venam contulisset.

Joannes Pierius Valerianus, Sermone de Studiorum Conditione.

Sermones, ait hic, Vates Venusine, securi
Cædi posse tuos, crassos accusat, et odit.
Est cui sit docti libertas dura Catulli:
Virgilio ingenium qui demat, propter Homerum:
Qui tibi mollitiem vitio dent, terse Tibulle: [perti,
Te quoque grandiloquum atque elegum supraire, Pro-
Invideant potius, quam damnent, optime vates.

Franciscus Floridus Sabinus, Apologia in Linguæ Latinæ Calumniatores, post recitatum Quintiliani judicium.

Quam parum tibi convenit cum Fabio, Marulle! Tu unicum Tibullum probas, ceteros excludis: is non modo Propertium non exclusit, sed omnibus etiam aliquorum judicio anteposuit. Qua in re id sibi voluisse videtur, ut, cum eorum uterque in Elegia celeberrimus fuerit, unicuique sit liberum quem malit imitari. Quamvis autem nihil sit ferme odiosius, quam de summis viris et æqualibus præsertim judicare, nec libenter a Fabio dissentiam, cum quo bona eruditorum pars Tibullum Propertio cultiorem asserit; non vererer in eorum album, qui Propertium malunt, nomen dare, quippe qui, quid in hujus poëtæ scriptis desiderare liceat, non videam: ita omnia munda, absoluta, culta, concinna, elegantia sunt, nihilque habent, quod caudam trahat. Atque, ut illum Tibullo parem statuamus, in hoc certe magis est laudandus Propertius, quod Italorum primus Elegiam Latio donavit, ut ipse de se elegantissime testatur:

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros:

et,

Ah valeat, Phœbum quicumque moratur in armis:
Exactus tenui pumice versus eat:
Quo me fama levat terra sublimis, et a me
Nata coronatis Musa triumphat equis.

At id tam eleganter fecit, ut nihil quicquam ejus inventis posteri addere potuerint: quod nescio an Romanorum alicui (si Horatium, quamvis in diverso opere, excipias) adhuc contigerit. Ovidius certe blandi oris Propertium appellat, quem et jure sodalitii sibi junctum fuisse fatetur. Sed quantulus est apud Marullum Ovidius? aut quam nihil ejus Amoribus defert? &c.

Paullus Manutius L. III. Epist. 14. ad M. A. Muretum.

Tu modo, qui Catullum expolieris, da operam, ut in Tibullo et Propertio, qui locum illi proximum in elegantia

verborum atque in sententiarum concinnitate obtinent, quam simillimum tui te præbeas; ita tres pulcherrimi poëtæ, et sine dubio inter Latinos in illo festivo genere principes, veterem suum splendorem, ereptum vetustate atque hominum inscitia, tuo maxime studio recuperabunt. Ego autem ipse mihi gratulabor, et quodam modo gratias habebo, quia te ad hanc industriam excitaverim.

Idem ibidem Epist. 21.

Nec integrum jam est: et, si sit, cur tu poëtam elegantem, maximeque omnium Latinorum fabellarum varietate, hoc est, vere poëtica eruditione florentem abjicias? Etiam illud: oblitusne es, ei te Commentarium publice esse pollicitum?

M. Antonius Muretus, Dedicatione Scholiorum in Propertium.

Non injuria dubitatum est a Veteribus, Tibullone an Propertio deferendus esset inter Latinos poëtas Elegiæ scribendæ principatus. Nam, ut insunt in utroque permulta, quæ eos vulgarium numero exemtos in edito atque eminenti statuant loco: sic propriæ quædam extant et elucent in utroque virtutes, quibus uterque alterius palmam ambiguam facere videatur. Summa in Tibullo elocutionis elegantia et proprietas, summa in Propertio eruditionis poëticæ copia et varietas: in illo Romana prope omnia, in hoc pleraque Transmarina. Illum, nativa quædam et incorrupta Romani sermonis integritas, in media urbe natum et altum esse, perspicue ostendit: hunc, præter cetera, forma et character ipse dicendi in Græcorum poëtarum scriptis assiduissime versatum esse demonstrat. Cumque a sapientissimis viris traditum sit, duo esse præcipua poëticæ dictionis ornamenta, τὸ σαφὲς καὶ τὸ ξενικὸν, illo Tibullus, hoc Propertius excellere videtur. Mollior ille et delicatior: nervosior hic et accuratior: illo magis oblectere, hunc magis, ut opinor, admirere: illum judices simplicius scripsisse, quæ cogitaret: hunc diligentius cogitasse, quid scri-

beret: in illo plus naturæ, in hoc plus curæ atque industriæ fuisse perspicias. Quæ cum ita se habeant, perdifficile est decernere ac constituere uter alteri præstet. Nam, si præcipua laus poëtarum in imitatione consistit: mihi quidem videtur Tibullus varios illos fluctuantis animi motus, quibus amantes agitari solent, melius imitatus esse: sin, ut quidque ad optimum proxime accedit, ita ipsum quoque optimum judicandum est; crediderim sane veterum illorum Græcorum, ac præcipue Callimachi, Propertium haud paulo similiorem fuisse; qua etiam fiducia ipse se Romanum Callimachum vocare ausus est. Sed, hæc ut sunt, neque nostrum est, neque cujusquam hominis pudentis et considerati, qua de re Veteres illi, quorum fuit et doctrina major et judicium acrius, non liquere pronuntiarunt, de ea certi quicquam constituere, et litem secundum alterutrum dare. Satius fuerit utrumque studiose ac diligenter evolvere, utriusque virtutes accurate perpendere, utrumque sibi ad imitandum proponere, si quando forte nos ad tentandum idem poëmatis genus aut voluntas adducet, aut naturæ impetus feret.

Gulielmus Canterus, Præfatione in Propertium.

Quem inter poëtas locum Sex. Propertius et veterum et nostri temporis hominum judicio obtineat, non est, cur pluribus doceam. Atque de hoc ut constat, ita judicii hujus causa æque est aperta. Ut enim in Virgilio carminis heroici, sic huic Elegiæ principatum nemo non aut tribuit, aut tribuere saltem debet. Etenim, sive insignem et perfectam a Poëta doctrinam, sive versus omnis venustatis plenissimos, sive dictionem purissimam ac tersissimam requiras; unus tibi de omnibus abunde satisfaciet Propertius. Itaque non levi de causa, quo numero apud Græcos esset Callimachus, eo hic apud nostros et habitus fuit et haberi ipse voluit. Quocirca, qui Tibullum cum hoc aut Ovidium contendere voluerit, non leviter, arbitror, operam luserit. Nam Catullus quidem in aliis excellere videtur.

Justus Lipsius, Antiq. Lect. II. 10.

Propertium qui non amat, eum profecto Musæ non amant. Tanta ejus versuum suavitas est, ut, quemadmodum comicus ille ait, nil nisi mulsa loqui videantur: tanta eruditio, ut non nisi Phœbo dictante credamus exceptos.

Daniel Heinsius, Dedicat. Monobibli.

Idem in nonnullis noster ille inaffectatæ elegantiæ affectator Catullus præstitit, et in primo libro maxime Umber: quamvis, si unam excipias Elegiam aut alteram, minus in hanc curam incubuit, minusque, sive certo judicio, sive alias naturæ suasu, in proposito persistit. Qui vir curam et operam ubique ad Elegiam, sed et gravitatem admirabilem non nunquam contulit.

Idem Monob. Eleg. 6.

Nec modus, aut blandi carmen recitare Properti,
Quem levis impositis pressit Amor pedibus:
Sive illum molli defixit Cynthia somno,
Horrentem notæ jurgia sævitiæ:
Seu cum non faciles impugnat carmine valvas
Ebrius, et duris oscula dat gradibus:
Herculis aut magni raptos deducit amores,
Opprobrium castis non leve Naïasin.
Felix, qui, dulces versu mercatus amores,
Hæret in extincti nomine Callimachi:
Felix, in roseis semper qui tempora sertis,
Inque Philetæis semper habet foliis.

Joannes Secundus I. 7.

Non, quia Virgilio primos concessit honores
Posteritas, Flacci sprevit iniqua lyram;
Aut male rejecit, quem protulit Umbria, vatem,
Sola cui longum Cynthia carmen erat.

Idem II. 1.

O tantum faveas, Umbri levis umbra poëtæ,
Cynthia si nostro semper in ore sonat.

Tu caput hoc circum pennis allapsa sonoris
Ter strepe, procumbens ter bona verba canam.
Deinde, ubi Panchæo fumaverit ara vapore,
Placatum Lethes et mihi numen erit;
Aspersam lactis niveo te rore remittam,
Cynthia ne caro vate sit orba diu.

Idem III. 4.

Cynthia deinde, potens oculis jaculantibus ignem,
Subsequitur Coa mobilis in tunica.
Hæc domuit fortem, tactumque Cupidine nullo,
Et fastus spolium celsa tuentis habet.
Tu quoque, qui cernes, cave ne lædaris ab illa:
Spirat adhuc flammas, et sua tela gerit.

Caspar Scioppius, Verisimil. III. 10.

Propertio caput hoc a nobis dabitur, neque id immerito. Nullus enim fere est de scriptoribus, in quo exornando æque bene laborari putem. Ita suavis est et elegans, ut quemvis ad sui lectionem alliciat; ita rursus difficilis, ut non unum, nec uno in loco, interpretem requirat. Difficilis, inquam, ut mihi, aliisque paulo humanioribus, videtur: qui alios, quibus ille modo non facillimus perperam existimatur, docere possumus.

Idem lib. de Stylo Historico.

Ceteri, quibus perennare, et ad nostram usque ætatem canescere contigit, ejus sunt notæ, ut ad eorum scripta, tanquam ad obrussam puritatis atque elegantiæ Latinæ, omnium posteriorum orationem exigere debeamus. Ii sunt Cæsar, Livius, Cornelius Nepos, Virgilius, Horatius, Propertius, Tibullus, et Vitruvius.

Jacobus Pontanus, Institut. Poët. II. 25.

Ad antiquitatem merito rediguntur historiæ atque fabulæ, quibus moderate utendum est: manu enim serere oportet, non toto thylaco: secus est, cum inductione uti volumus:

ibi quippe multas glomerari licet, immo vero oportet. Hoc in genere Tibullo præstat longe Propertius, in quo major est, quam in altero, poëticæ eruditionis supellex.

Caspar Barthius, Adversar. IX. 10.

Dulciore eruditione et eruditiore dulcedine nemo scriptor est tota antiquitate ante Propertium, quem scriptorem quo magis rimaberis, eo magis amabis; quæ enim primo intuitu obscuriora videbuntur, ea si penetraveris, omnium videbuntur naturali quadam Venere gratiosissima. Ita autem te velim hunc Poëtam exquirere, ut nulli tam parem credas, quam sibimet ipsi: quæ regula, cum omnibus præcipuis scriptoribus sit generalis, primo tamen loco quadam quasi Genii alicujus singularitate huic convenire magis videtur, quam ceteris.

Idem XXXII. 9.

Quodsi et paucorum quidem sed maxime locupletium testium accessione juvari velimus, non deerunt etiam præstantissimi scriptores, qui nobiscum sentiant. Ingeniosissimus et limatissimus, etiam eruditissimus scriptor est Propertius, Græcarum elegantiarum sine pari guarus et amator. At ille nascentem tum primum Æneidem non parem sed priorem Iliadi ponere non dubitat, velut pæanem post victoriam Latii canens, dum exclamat:

Cedite Romani scriptores, cedite Graii:
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Idem Animadv. ad Papin. Sylv. I. 2. 253.

Summa laus Propertio data in Elego carmine, multorum judicio. Verissime Plinius Cæcilius IX. Ep. 22. præcipuum in Elegia, tersum, mollem, jucundum, dixit. Addendum omnino a doctrina præconium; est enim simul his eruditissimus scriptor: prorsus Tibullo non comparandus, qui mera et inornata simplicitas est, adeo tamen candida, delicata, nitida, et amabilis, ut nec ipse is auctor ulli possit comparari, nedum Propertio, qui aliarum Venerum est.

Idem ad Sylv. v. 1. 211.

Pompam talem, quam sibi tamen non poscit, pulchre describit amœnissimus Poëta, Propertius, II. 13.

Idem ad Theb. III. 559.

Quatuor genera divinationum enumerantur a Propertio IV. 1. Qui liber ostendit quantus poëta Propertius, quantus auctor fuerit.

Hoc neque arenosum Libyci Jovis explicat antrum,
Aut sibi commissos fibra locuta Deos.
Aut si quis motas cornicis senserit alas,
Umbraque nec magicis mortua, prodit aquis.

Quo loco doceri magnopere cupiamus quæ sint magicæ illæ aquæ, quibus cogatur umbra ventura aut occulta prodere. Sed dubitantibus commode subvenit admirabilis memoriæ Exegetes Joannes Passeratius, sine cujus Commentariis non suadeam legendum illum suavissimum poëtam, licet infinitis adhuc locis inemaculatum.

Gerardus Joann. Vossius, Lib. de Temporibus Poët. Latinor.

Propertius, patria Umber, ut ipse scribit, æmulus Philetæ Coi et Callimachi Cyrenæi, unde et se Romanum vocat Callimachum. Conqueritur et se excidisse agris paternis in divisione ea, quæ sub Triumviris facta militibus. Puella, quam Cynthiam vocat, vero nomine Hostia est dicta, ut ex Apuleio constat. Videtur autem fuisse filia Hostii, qui de bello Istrico scripsit, ut superius relatum.

Joannes Isaacius Pontanus, Analect. II. 2.

Sed pauso paulisper a tragico hoc opere, et Propertium amatorem vatem intersero; sed vatem, ita Musæ me ament, doctum, disertum, magnificum. Venustas vero illi talis, ut eruditorum consensu non modo principem semper laudem meruerit, sed ob profundum quoque literaturæ perpetuam admirationem.

Andreas Schottus, Observatt. Human. II. 7.

Cynthia facundi carmen juvenile Properti:
adeo elegans et scitum, ut nihil eo venustius hoc in genere reperiri queat. Callimachum Græcum ut expressit, Euphorionem, aliosque nonnullos; ita illum similiter alii expressere.

Philippus Carolus Animad. ad Agellii II. 23.

Sicut pictores, oculis defessis, ad floridos et vividos colores se avertunt; ita bene natis et literatis ingeniis lenitas gravium longarumque meditationum Plautus est, et Terentius, et Publius, et Horatius, et smaragdus poëtarum Propertius.

Rolandus Maresius II. Ep. 6. post prolata Quintiliani verba.

Durum mihi quidem est, ab acris judicii Critico discedere, qui Tibullum videtur præferre. Sed tamen in iis me esse fateor, qui Propertium malint. Quamvis enim Tibullus mire sit facundus et elegans, Latinæ etiam proprietatis amantior, quam alter, qui sæpe græcissat, et in carmine exactior, et rotundior; tamen Propertius illum eruditione et ingenii suavitate videtur superare, blandus omnino et lenis in affectibus: in quibus etiam exprimendis nonnunquam, tanquam calidus amator, et amore deperditus, vehementior fuit.

Lucas Fruterius, Verisimil. I. 14.

Propertium vere Transmarinam Venerem appellare possumus, cum propter varia in eo a Græcis tralata dicendi genera, tum etiam propter quasdam et audaces et proprias sibi phrases, quas in alio poëta haud temere reperias.

Janus Pannonius Episcopus Quinquecclesiensis, II. El. 2.

Nemo adeo est amens, quin Umbros præferat agros
Omnibus Italiæ fertilitate locis.
Nec quoque gauderet se hac gente Propertius ortum,
Ni studio belli, ni foret apta togæ.

Franciscus Vavassor Lib. de Ludicra Dictione.

Galli, qui duriuscule putatur scripsisse, nihil pervenit ad nos, injuria et iniquitate temporum. Tibullum, ita ut erat, accepimus, excultum atque expolitum. Est Propertius in manibus, et oris blandi poëta, et altioris spiritus, et fabulis creber, et imitatione Græcorum doctus.

Olaus Borrichius, Cogitation. de Variis Linguæ Latinæ Ætatibus in Voce 'Vigilax.'

Quanquam Sidonium inter capite censos non existimemus numerandum, hic tamen non tam Sidonium, quam incorruptissimos Latinæ linguæ auctores Propertium et Columellam veneramur, vocis hujus patronos.

Octavius Ferrarius, Epistola ad Franc. Sparaverium.

Erant quidem oculi mei amœnissimo Vicentinorum collium aspectu recreati, quos tam bacchata Lyæo juga, quam Veterum magnificentiæ decertantia civium prætoria nobilitant. Ibi quindecim dies opimo aucupio, et, ut cum Pindaro loquar, uvæ bullientis rore spumantibus pateris, sed præcipue Propertianorum carminum dulcedine, jucundissime exegi.

Daniel Georgius Morhofius, lib. de Patavinitate Liviana: cap. 12.

Propertius Umber inter principes aureæ ætatis poëtas omnium suffragiis reponitur. Primus enim Italorum Elegiam Latio donavit. Blandi oris Ovidius illum vocat, et jure sodalitii sibi junctum fatetur.

Joannes Albertus Fabricius, in Bibliotheca Latina.

Sextus Aurelius Propertius, Umber, non minorem laudem scriptis elegis consecutus est, quam apud Græcos Callimachus, Cousve Philetas, quos æmulatum esse se ipse prædicat. Floruit paulo ante Ovidium. Extant Propertii libri quatuor Elegiarum, lascivi passim, ceterum Tibullianis non concedentes lepore et elegantia, eruditione vero illos etiam

antevertentes. Editi sunt cum Tibullo et Catullo, ut ad utrumque horum monuimus.—Novam vero eximiam hujus poëtæ editionem moliri in Belgio dicitur, qui omnes ejus Veneres imbibit, elegantissimus Janus Broukhusius.

Burmannus Sec. in Præfat. ad Lotichium.

Neque tamen solum Propertium faciunt aut commendant polysyllaba in fine versus pentametri sæpius adhibita, qua certe ratione nihil Propertiana imitatione facilius esset; sed stupendam et vix uni aut alteri æmulandam divini poëtæ artem exhibet totus ejus, isque incomparabilis, scribendi character, eruditionis poëticæ et mythologicæ apparatus non vulgaris, spiritus vera sublimitate assurgens, majestas augusta, et decora gravitas, et singularis carminum ac præcipue numerorum poëticorum contextus, totus ad Græcorum imitationem formatus ac compositus; de quo judicare magis liberum esset, si vel Callimachi et Philetæ Coi integræ superessent elegiæ, vel aliorum poëtarum Græcorum, hodie deperditorum, ad posteritatem pervenissent opera, quorum fragmenta apud Athenæum, Grammaticos Græcos, et Scholiastas antiquos sparsa vagantur; quæ si quis, sed ex quotidiana lectione Propertium fere in numerato habens, cum cura compararet atque excerperet, ut et multa in Anthologia Græca vetustiorum poëtarum Epigrammata, quæ haud raro imitatus fuit, non tantum plurimis poëtæ eruditissimi locis, nondum satis expeditis, egregiam affunderet lucem, sed et admirandum ejus artificium dilucidius illustraret, et quam presso pede Græcorum vestigia legens orgia Itala puro de fonte per Graios choros ferre primus e Romanis ingressus fuerit, apertius demonstraret. Sed hic quidem non omnium labor est, Jacobo Phil. Dorvillio, in hac palæstra quondam exercitatissimo, si viveret, dignus, aut superstite adhuc viro in his literis summo Tiberio Hemsterhusio, si orbi erudito et Musæ Propertianæ cultoribus largiri vellet ea, quibus privato studio Propertium cum his Græcorum poëtarum ubique apud Veteres dispersis reliquiis aliquando comparasse mihi narrantem memini.

M. Christ. David. Janus in Artis Poët. Lat. IV. Halæ ed. 1774. p. 14.

Sex. Aur. Propertius cedit Tibullo jucunditate et gratia: superior eodem est eruditione. Græcos imitatur frequenter Durus interdum in numeris, sed calidus in affectibus.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN HIS VV. LL. OCCURRUNT.

Ald. 1.	Editio Aldina an. 1502.
Ald. 2.	——— an. 1515.
Aldd.	——— utraque.
Ask.	Codex Askewianus ap. L. Santenium.
Ast.	Astius, libro Observationum in Propert. an. 1799.
Aur.	Johannes Auratus (Jean D'Orat.)
Ayrm.	Ayrmannus.
Avant.	Hieronymus Avantius.
Barth.	Frid. Gottlieb Barthius.
Basil.	Editio Basileensis.
B. B.	Broukhusius et Barthius.
B. B. B.	Iidem cum Burmanno.
B. B. B. L.	B. B. B. cum Lachmanno.
Bentl.	Rich. Bentleius.
Ber.	Editio Beroaldi Bononiæ 1486. et Venet. 1487.
Bodl.	Codex Bodleianus.
Bon.	Codex Bononiensis.
Borr.	Codex Borrichianus.
Brix.	Editio Brixiensis, 1486. cura Parthenii.
Broukh.	Janus Broukhusius. Codices, quos vocat 'nostros,' sunt Franciani.
Broukh. 1.	Editio Broukhusii prior, an. 1702.
——— 2.	——— altera, an. 1727.
Burm. P.	Petrus Burmannus Patruus.
Burm.	——— Secundus.
Burm. 1.	Codex Burmanni prior. Qui idem est atque Heinsianus, et Broukhusianus 1. et Franc. 1. Vid. Lachmanni Præfat.
Burm. 2.	Codex Burmanni alter.
Burmm.	——— uterque.
Cald.	Editio Domitii Calderini, secretarii Apostolici, Romæ 1475.
Calph.	Joh. Calphurnius.
Cann.	Cannegiterus.
Cant.	Editio Cantabrigiensis, an. 1702. (edente Comite de Angiesea.)

Canter.	Canterus.
Casaub.	Isaacus Casaubonus.
C. Com.	Codex Commelinianus.
Colb. 1.	Codex Colbertinus (Parisinus) prior, sæc. 15. exaratus.
Colb. 2.	——— alter, sæc. item 15.
Colbertt.	——— uterque.
Colin.	Editio Colinæi Paris. 1529. ex Ald. 1. plerumque repetita.
Colot.	Codex Angeli Colotii.
Colot. Exc. s. Exc. Colot.	Ejusdem Collationes, sive Excerpta Vaticana.
Commel.	Editio Commeliniana, an. 1600.
Crem.	Exemplar Episcopi Cremonensis.
Cuj.	Codex Jac. Cujacii J. C. quo usus est Scaligerus.
Don.	Donnola.
Dorv. 1.	Codex D'Orvillianus prior, scriptus an. 1478.
Dorv. 2.	——— alter.
Dorvv.	——— uterque.
Dous. P.	Dousa Pater.
Dous. F.	Dousa Filius.
Douss.	Dousarum Editio Lug. Bat. an. 1592. Hæc antiquior erat Editio sc. an. 1588.
Dresd.	Codex Dresdensis a Frid. Gottlieb Barthio collatus.
Ed. pr.	Editio omnium princeps, Venet. 1472. Hæc alio nomine dicitur Venet. 1.
Eichst.	Henr. Carol. Abr. Eichstadius, 1806.
Eld.	Eldikius.
Farnes.	Codex Farnesianus, quo usus est Lipsius.
Ferill.	Ant. Ferillus.
Florent.	Editio Florentina, 1528.
Franc.	Francius.
Franc. 1.	Codex Francii prior. Hic id. est ac Burm. 1. et Heinsianus.
Franc. 2.	——— alter. Hic id. est ac Mentel. et Leid. 1.
Francc.	——— uterque. Quos vocat 'nostros' Broukhusius.
Frut.	Lucas Fruterius.
Gabb.	Gabbema, Editor Variorum pr. an. 1659.
Gebh.	Gebhardus in Ed. 1621.
Gött.	Editio Göttingensis: 1. an. 1742.—2. 1762.
Græv.	Joh. Geo. Grævius, fictus Editor Variorum sec. an. 1680. Vid. Heyn. Præf. in Tibull. p. LXI.
Grass.	Codex Jac. Grasseri, ad quem exactum exemplar prodiit Lugduni anno 1607.
Groning.	Membranæ Groninganæ, quibus usi sunt Palmerius, Modius, Broukhusius, Burmannus, et nuper Lachmannus in Ed. 1816. Hic liber et Posth. nominatur.
Grut.	Janus Gruterus.

Gryph.	Editio Gryphiana. 1. an. 1534.—2. 1542.—3. 1544.—4. 1546.—5. 1551.
Guarner. aut Guarn.	Codex Guarnerianus sæc. 15. elegantissime scriptus.
Guy.	Guyetus.
Harl.	Codex Harleianus.
Heins.	Nic. Heinsius.
Cod. Heins. s. Heinsian.	Codex Heinsianus.
Hemst.	Tiberius Hemsterhusius.
Hoogstr. 1.	Editio David. Hoogstratani prior.
Hoogstr. 2.	——————————— altera.
Junt.	Editio Juntina, an. 1503.
Kopp.	Petr. Henr. Koppiers.
Kuin.	Christ. Theoph. Kuinoël in Ed. sua Lips. 1805. cujus textum exhibendum curavimus.
Lachm.	Carolus Lachmannus in Ed. sua Lips. 1816.
L. Lat.	Latinus Latinius.
Leid. 1.	Cod. Leidensis prior. Hic idem est ac Mentelianus et Franc. 2. et est secundus Broukhusii.
Leid. 2.	——————————— alter.
Leidd.	——————————— uterque. Alios memorat Burm.
Ed. Leid.	Editio Catulli, Tibulli, et Propertii, cum Fragmentis Cornelii Galli, 12mo. Lugd. Bat. 1743. Hanc ed. *Parisiana* vocat Barthius. 'Namque,' ait ille p. XLVIII. 'Lutetiæ Parisiorum utique impressa est, uti Indiculus Tibulli (nam quilibet scriptor gaudet suo titulo: unde Fabric. B. L. T. I. p. 96. §. VI. fin. vol. 3. commemorat) significat, sic conceptus: *Albii Tib. equitis Rom. elegiarum aliorumque carminum libri* IV. *ad optimos codd. emendati. Lutetiæ Parisiorum apud Ant. Urb. Constelier* MDCCXLIII. Propertius deinde Lugd. Bat. præ se fert.'
Lanz.	C. G. Lanzius, 1787.
Lips.	Justus Lipsius.
Livin.	Joh. Livineius.
Cod. Livin.	Codex ejusdem.
Lond.	Editio Londinensis, an. 1715.
Long.	Propertii Elegiæ, versæ in linguam Francogallicam, cum textu Latino, 8vo. 1772.
Lup.	Membranæ Venantii Lupacchini circiter an. 1460.
Maitt.	Editio Maittairii.
Markl.	Jer. Marklandus.
Mem.	Codex Memmianus, scriptus an. 1465. quo usus est Passeratius.
Mentel.	Codex Mentelianus membranaceus, Heinsii judicio omnium optimus. Idem est ac Leid. 1. et Franc. 2.
Mirand.	Codex Joh. Pici Mirandulæ, quo usus est Beroaldus.

Mits.	Mitscherlichii Obss. in Catull. et Prop.
Mod.	Franciscus Modius.
Exc. Mod.	Ejusdem Excerpta.
Morell.	Ed. Morelli, Lutetiæ fol. 1604.
Mur.	Antonius Muretus.
Cod. Mur.	Codex Mureti, scriptus ante an. 1460. et a Lipsio visus.
Ed. Mur.	Editio Mureti. Venet. 8vo. 1558. repetita Lugduni 1559.
Neap. 1.	Codex Neapolitanus membranaceus (nunc Gudianus) prior.
Neap. 2.	——————— alter.
Neapp.	——————— uterque. De aliis vid. Præfationem.
Oud.	Fr. Oudendorpius.
Palat. 1.	Codex Palatinus prior, a Joh. Gebhardo collatus. Chartaceus.
Palat. 2.	——————— alter. Membranaceus.
Palatt.	——————— uterque.
Palm.	Jan. Meller. Palmerius.
Parr.	Janus Parrhasius.
Parth.	Parthenius.
Passer.	Editio Passeratii, an. 1606.
Perr.	Ant. Perreius.
Perr. v. c.	Perreti vetus codex.
Exc. Perr.	Ejusdem Excerpta, scripta an. 1538. ad oram Ald. 2. aliter, 'Excerpta Italica' Burmanno.
Pocc.	M. Ant. Pocchius.
Exc. Pocc.	Ejusdem Excerpta, ascripta margini Ald. 1. an. 1502.
Polit.	Angelus Politianus.
Pont.	Pontanus, Catulli, Tibulli, et Propertii interpolator.
Cod. Pont.	Pontani codex. [Vid. Barthii et Santenii Præfationes.]
Posth.	Codex Posthianus Palmerii. Hic cod. etiam Groning. dicitur.
Pucc.	Fr. Puccius.
Exc. Pucc.	Ejusdem Excerpta.
Reg. 1.	Codex Parisinus Regius prior, sæc. 15. exaratus.
Reg. 2.	——— ——————— alter, item sæc. 15.
Regg.	——————————— uterque, quos contulit Janus Helvetius.
Rheg.	Editio Rhegii Lepidi, an. 1481. Vide Ger. Joan. Voss. in Aristarcho.
Rom.	Editio Dom. Calderini, Romæ an. 1475. (Ed. prima cum Commentario.)
Rouill.	Editio Rouillii: Lugd. 8vo. 1559.
Sant.	Laurentius Santenius in Ed. posthum. Burmanni II. an. 1780.
Scal. 1.	Editio Scaligeri, an. 1577. et 1582.
—— 2.	——————— an. 1600. &c.
Exc. Scal.	Scaligeri Excerpta.—Codex Scaligeri est Cujacianus.

Silv.	Editio Ph. Silvii, Parisiis 4to. 1685.
Stat.	Editio Ach. Statii, Venet. 1483.
Cod. Stat.	Codex ejusdem Statii.
Thuan.	Codex Thuaneus, quo usus est Guyetus.
Tit.	Rob. Titius in Libro Locorum Controvers. ap. Burm. II.
Ursin.	Codex Fulvii Ursini.
Vall.	Codex Bernard. Vallæ, aliter Victorianus.
L. Vall.	Laurentius Valla.
Vat. 1. 2. 3. &c.	Quinque Codices Vaticani ap. Burm. II.
Vatt.	Omnes Vaticani codd.
Venet. 1.	Editio est princeps, Venet. an. 1472. et fere dicitur Ed. pr.
Venet. 2.	Editio Venetiis secunda, an. 1475.
Venet. 3.	——————— tertia, an. 1486.
Vicent.	Editio Vicentina, a Joh. Calphurnio, an. 1481.
Vict.	Codex Victorianus, aliter codex Vallæ.
Volsc. 1.	Editio Ant. Volsci prior, Romæ 1482.
Volsc. 2.	——————— altera, Venet. 1488.
Voss. 1. 2. 3. 4.	Quatuor codices Vossiani, quibus usus est Nic. Heinsius.
Voss. quat. s. Quat. Voss.	Omnes hi codd.
Vulp. 1.	Editio Jo. Ant. Vulpii prior, an. 1710.
Vulp. 2.	——————————— altera, an. 1755.
Vulpii codd.	Bononiensis ac Guarnerianus.
Waard.	Waardenburgius in Obss. an. 1794.
Wakef.	Wakefieldius ad Lucretium.
Wendl.	Christ. Lud. Wendlerus.

SEX. AURELII PROPERTII

ELEGIARUM

LIBER I.

CYNTHIA.

ELEGIA I.

AD TULLUM.

CYNTHIA prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante Cupidinibus.

Cynthia me suis oculis infelicem prima rapuit, nullis unquam *prius tentatum*

Sex. Aurelii Propertii Cynthia] Hanc inscriptionem omittunt Leid. 1. 2. Voss. 1. unusque ex Burmanni Codd. *Sexti* prænomen in Dorv. 2. desideratur. *Incipit Monobiblos Propertii Aurelii Nautæ ad Tullum* Voss. 2. *Propertii liber primus incipit ad Tullum* Voss. 3. *Auli Propertii Umbri elegia ad Tullum* Voss. 4. *Incipit Monobiblos Propertii Aurelii Nautæ* Perr. v. c. *Sex. Propertii Nautæ Monobiblos ad Cynthiam* in Excerptis Scaligeri ex Cod. Vaticano. *Aurelii Propertii Nautæ Umbri incipit liber elegiarum, vel Cynthia* Dorv. 1. in quo ab alia manu *Monobiblos ad Tullum.* In Dorv. 2. etiam præfigitur *Aurelii Propertii Poëtæ Clarissimi Monobyblos incipit:* et ab alia manu *Monobiblos ad Tullum:* et sic in aliis Mss. In Groning. inscriptio huj. lib. est *Propertii Nautæ Meum: Umbri Cynthia.* In Dresd. et Ald. 2. *Sex. Propertii Aurelii Nautæ elegiarum liber primus,* et sic quoque Gryph. cum Ald. 1. habeat *Sex. Aurelii Umbri elegiarum l. pr.* Notum est illud *Nautæ* cognomen, quod in nonnullis

NOTÆ

1 *Cynthia prima*] Suos et suæ Cynthiæ scripturus amores Propertius aperit quantum in ipsum imperium exerceat Cupido, quam ardenter Cynthiam depereat in amore superbientem, a qua tamen mutuis affectibus amari cupit, ob idque magici Carminis implorat auxilium. Quis autem

Tum mihi constantis dejecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit Amor pedibus;
Donec me docuit castas odisse puellas
Improbus, et nullo vivere consilio.

Amoribus. Tum mihi Cupido oculos depressit pertinacis arrogantiæ, et pedibus impositis cervicem meam calcavit, quousque malus me eruditi pudicas odio habere fœminas, et vitam agere rationis expertem. Jamque ab *anno integro ista me tenet*

Codd. additur, poëtæ perperam adhæsisse ex mendoso loco II. 19. 24. 'Quamvis non ita dives eras:' ubi male scripserant librarii 'navita dives eras.' *Sex. Aurelii Propertii Cynthia. Monobiblos* veram olim huic primo lib. inscriptionem fuisse censet Broukhusius, prolato Martialis loco, XIV. 187. (cujus lemma in variis Codd. est *Monobiblos Propertii*) 'Cynthia facundi carmen juvenale Properti:' unde titulum fuisse *Sex. Aurelii Propertii Juvenalis Monobiblos* existimabat Scaliger in Notis ad Catalecta p. 5. Sed illud 'carmen juvenale' versus extendendi tantum gratia a Martiale dici, et inscriptionis simplicitatem exigere *Cynthia, Monobiblos*, Burmannus P. probabat ex Ov. Rem. Am. 764. *Cynthia* huj. lib. titulum esse indicat ipse Propert. II. 18. 32. Ceterum 'hunc librum,' ait Broukh. 'ab antiquis criticis dictum fuisse Monobiblon, eo quod solus et ante tres reliquos editus fuerit, jam pridem docuit Scaliger; rejecta simul hominum ineptorum opinione, qui totum opus, l. e. omnes quatuor Elegiarum libros, Monobibli titulo insigniebant. Id autem iis persuaserant membranæ veteres, in quarum multis hæc coronis conspicitur: *Propertii Aurelii Nautæ Monobibli quartus et ultimus liber explicit.*' Lipsium (V. L. I. 16.) perperam retulisse vocem 'monobiblos' ad Prop. IV. observat Barthius.

1 *Me fecit* Voss. 2.—2 *Contract.* Venet. 1500. *Libidinibus* nonnulli Mss. 'Qui *antecupidinibus* conjuncta per hyphen voce legunt, eos invito Propertio rus horridum ingerere recte censet Broukh.' *Burm.* Contendit Lachm. scribend. *cupidin.* non *Cupidin.*—3 *Constantis* legebat Beroaldus et Dousa F. *Constanti* Leid. 2. a m. sec. et sic C. Com. et Vicent. *Constantes lumine fastus* codex Pal. *Constantes lumina* Pal. 2. ap. Gebh. qui *lumine* refingebat. J. Dousa P. *constanti fastus* legebat in sui exempl. marg. Præfert Burm. *constanti fastu.* Nostram lect. defendit Hemst. *Dejectis* Borr.—5 *Cast. doc. od.* Voss. 1. 3. Heinsianus. 'Recte Ayrm. 'eas. p.' exponit Castalias s. Musas: vel potius scriptum per abbrev. pro *Castalias*, et sic dispositum fuisse versum censet, *D. Castalias doc. me od. p.*' Burm.—6 *Vincere* Mentel. aliique codd.—

NOTÆ

fuerit ille Tullus, cui Elegiam hanc et Librum inscribit, incertum prorsus videtur. Porro L. Volcatius Tullus collega fuit Augusti in secundo suo Consulatu, ut refert Dio XLIX. sub finem. Ille forsitan ipse est, de quo hic Propertius, cujus etiam meminit inf. El. 6. et El. ult. huj. lib. et El. 21. lib. III. unde colligitur Cyzicænis præfuisse, vel Asiam pro Consule obtinuisse. 'Cynthia' autem dicitur a Cyntho, seu Cynthio, ut a Delo 'Delia' Tibulli; simili nimirum nomine cum Phœbi germana sorore, moribus tamen longe dissimilibus.

Prima] Sic etiam El. 12. 'Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.'

Ocellis] Ex oculis et aspectu nascitur amor. Unde id. inf. II. 15. 'Si nescis, oculi sunt in amore duces.' Virgil. III. G. 'Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Fœmina.'

2 *Contactum nullis Cupidinibus*] Qui prorsus integer nullis usquam Amoris telis perstrictus eram. Cupidines plures finxit Antiquitas, sicut et mul-

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno:
Cum tamen adversos cogor habere Deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.
Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
Ibat et hirsutas ille videre feras.

insania, quanquam interea cogor experiri Divos mihi *contrarios. O Tulle, Minalion nullos recusando labores domuit asperitatem immitis Iasidos. Nunc enim ille insanus vagabatur in speluncis Partheniis, villosasque feras invisebat. Ipse quoque,*

7 *Totis annis* duo Vossiani et Heinsianus. *Totos annos* Voss. 3. et pro diversa lect. superscript. *totis annis*. *Totos annos* affert Voss. de Construct. 34. vitio memoriæ, si credend. Barthio. *Sufficit* cod. Regius. Heins. in notis ad Prop. legebat *Et me jam toto f. h. non def. anno*, vel, *Et mihi jam totum f. h. n. deficit annum*, aut *toto non defit in anno*. Si quid mutand. præferret Burmannus primam emendationem.—8 *Cur tantum* Voss. 1. *Cum tantum*, pro, usque adeo, legebat Langermann. *Aversos* emendabat Heins. ad Ov. Ep. VII. 4. Heinsianus et Broukhusii cod. *cogar*.—9 '*Milanion* recte a viris doctis, et jam ante duo sæcula, ut notat Broukh. correctum fuit, innuens procul dubio, sic jam emendasse Bern. Realinum in Annot. ad varios Scriptor. 12. et Gyrald. Dialog. 20. p. 435. Et ipse Anton. Volscus jam monuit legend. *Milanion*.' Burm. *Minalion* quat. Voss. duo Dorv. Heinsianus, Neapolitanus, Mentel. Groninganus, Exc. Perr. Dresd. edd. Scal. Passer. Morell. Sic et Ask. Sed in marg. *Milanion* pro varia lect. *Mimalion* Leid. 1. *Minaleon* 2. et Borr. *Menalion* unus Dorv. et Vat. 1. *Mimalion* Venet. 2. Vicent. Rheg. Aldd. Junt. Gryph. Colin. et sic passim in hoc nomine turbant libri veteres in multis auctorum locis.—10 Dorv. 2. *contulit Hysiados:* sed *Vasidos* in marg. *Contulit* Colbertinus. *Hysiados* Posth.—11 *Jam* Heinsianus. 'Summo jure Broukh. castigat Guyetum, *antris* h. l. pro *antris* Propertio ingerentem.' Burm.—12 *Sæpe* Vat. ap. Livin. *Ferire* ex emendatione Heinsii edidit Broukh. eamque esse probabilem putat Hemst. sed vulgatam servaverit.

NOTÆ

tas Veneres. Ovidius duos Amores seu Cupidines, alterum cœlestem et divinum, alterum vulgarem et plebeium credidit. Unde Fast. I. 'Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum.'

9 *Milanion*] Alii scribunt *Minalion*. Fabula est ap. Ov. II. A. A. Fuit autem Milanion seu Minalion, qui et Meleager aliis dicitur, nobilis adolescens, qui Atalantam virginem Arcadicam efflictim deperiit; quam, initio immitem, tandem aliquando omni obsequiorum genere et quorumcumque laborum tolerantia in sui amorem inflexit. Ovid. II. A. A. 'Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta? Succubuit meritis trux tamen illa viri.'

10 *Sævitiam Iasidos*] Atalanta fuit filia Iasi ex urbe Nonacri in Arcadia; ut referunt Callim. Hymno Dianæ 215. et 216. et Hygin. Fab. 70. et 99. Unde dicitur a Propertio Iasis. Fuit duplex Atalanta: altera Arcadica, cujus fuit filius Parthenopæus ex Milanione, seu Meleagro; altera Argiva, pedum velocitate et cursu nobilis, Schœnei regis filia.

11 *Partheniis in antris*] Arcadicis in antris. Parthenus enim, seu Parthenius, mons est in Arcadia nobilis,

Ille etiam, Hylæi percussus vulnere rami,
  Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
Ergo velocem potuit domuisse puellam:
  Tantum in amore preces et benefacta valent.
In me tardus Amor non ullas cogitat artes;
  Nec meminit notas, ut prius, ire vias.

prostratus ictu rami Hylæi, gemitibus dolorem suum vulneratus Arcadiis saxis testatus est. Potuit igitur vincere celerem virginem: tantam vim habent in amore preces et obsequia. In me hebes Amor nullum artificium, nullos excogitat dolos; nescitque, ut prius, cognitas tenere vias. Sed vos, qui Lunæ cœlo *deripiendæ cal-*

Videre quat. Voss. Leid. bini, totidem Dorv. unus ex codd. Borr. Heinsianus, et Ask. Quam se pluribus probaturum in sua Propertii ed. promisit Markland. ad Stat. Sylv. p. 214. et vindicant Barth. Kuin. Lachm. Vulp. Scaliger quoque in sua ed. *vid.* retinuit. Ayrm. et Oud. conjecerant *illaqueare ferus.* Fuit cum hariolabatur Burm. *ille agitare f.*—13 Pro *Hylæi*, *Psilli* Borr. Neapolitanus, Mentel. Exc. Scal. tres Voss. Bon. Guarner. duo Dorv. Sic primæ edd. Sic Dresd. si credimus Barth. At in eo cod. *Psili*, si credend. Kuinoeli. *Psili* Leid. 2. Voss. 4. Venet. 2. et Brix. *Psilei* Vat. 1. *Psilleus* 2. *Psyli* vel *Psili* Heinsianus, Exc. Mod. Posth. et Rheg. *Psilli* Reg. 1. sed 2. *Iliaci.* *Psyli* Colbert. 1. *psilli* in 2. *Psillus* Perr. v. c. qui in marg. *Hyllei* vel *Hylei* legend. ascripserat. *Psilei* Vicent. et Aldd. *Psillei* Junt. 'Primus, ni fallor, Ant. Volscus an. 1482. *Hilæi* edidit: *Hylei* in quibusd. codd. legi quadriennio post Beroaldus narravit, exemplaria editionis Volsci f. indicans.' *Lachm.* *Perculsus pondere* ex v. c. affert Passeratius. Et sic Dresd. Quod nec Heinsio nec Broukh. spernitur. *Percussus ab arbore teli* cod. Livin. ex interpret. Sed voluisse putat correctorem Lachmannus *rami*, et *teli* esse Burmanni ita afferentis errorem. *Arbore* etiam Voss. 2. *Pondere rami* conjecerat Heins. ut de clava Hylæi intelligatur: et ita Guyetus. Pro *rami* Heins. tentat *nervi.* Probat Broukh.—17. 18 *Falsus Am.* Dorv. 1. et Exc. Scal. Sic mallet Gebh. Nil mutand. putat Burm. *Nonnullas* Regg. Colb. 2. tres Voss. duo Dorv. Burm. 1. Palatt. Bon. Heinsianus, Mentel. Neapolitanus, Ald. 2. Junt. Colin. Gryph. aliæque edd. *Non ullas* in Groning. ceterisque codd. Ve-

NOTÆ

ut referunt Plin. IV. 6. et Strab. VIII. Porro de antro Parthenio, et spelunca Atalantæ, vid. Ælian. III. V. H. sub initium, et Callim. Hymno in Delum 71. et Scholiast. ibid.

13 *Hylæi*] 'Hylæi' pro, Hylæli, ut El. proxime sequentl: ut 'Thesea carina,' pro, Theseia, ut inf. El. 3. et ut 'Orpheæ lyræ,' pro, Orpheiæ [ead. El.]. Fuit autem Hylæus rivalis Milanionis, utpote qui etiam Atalantam adamavit, quique ob id voluit Milanionem interficere.

14 *Arcadiis rupibus*] Arcadia regio in Peloponnesi meditullio sita, undique a mari remota, ab Arcade filio Jovis ex Callisto Lycaonis regis filia sic nuncupata; quam nonnulli volunt Pelasgiam, Lycaoniam, et Parrhasiam olim etiam fuisse vocitatam.

15 *Velocem puellam*] Videtur Poëta Atalantam, velocitate pedum nobilem, Schœnei filiam, cum Atalanta Nonacrina, seu Arcadica, confundere, quamvis alii duas omnino distinctas Atalantas fuisse contendant.

At vos, deductæ quibus est fallacia Lunæ,
Et labor in magicis sacra piare focis;
En agedum dominæ mentem convertite nostræ,
Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis, et sidera et amnes
Posse Cytææis ducere carminibus.

letis artem, et quibus est *industria peragendi sacrificia in aris magicis, ecce nunc agite, heræ meæ animum inflectite, et efficite,* ut *ipsa plus quam facies mea pallescat. Tum ego existimaverim vos et astra et fluvios cantibus Cytæinis posse devocare.*

net. 2. Vicent. et Rheg. Quod prætulit Muretus. *Non illas* Dousa P. ut conjecerant etiam Markland. et Guy. nec damnaverit Broukh. Pro *cogitat* Voss. 4. *agitat.* Dresd. sup. script. *excitat. Concitat* conjecerat Burm. P. Posse legi putat Burm. *In me surdus A. non n. cog. artes, Nec memini. Memini* Voss. 2. Vat. *Metuit* Borr.—19 *Subductæ* Leid. 1. Burm. 1. unus Reg. Colbertinus. Pro *fallacia* Jan. Meller. Palmerius legebat *pellacia,* quod, quia contra omnes codd. est, rejecit Passeratius et Broukh. Ita tamen etiam correxerant Frut. et Markland. addito Virgil. IV. G. 443. ubi et in aliis *fallacia.* Sed *pellacia* tam illo, quam hoc Propertii loco, præfert Heins. Adeo ut hic minime locus sit ei contumeliæ quam Broukh. e Dousa P. extractam in Palmerium tam liberaliter ingerit.—20 *Parare* cod. Dorv. a m. pr.—21 *Eia ag.* Canterus, improbante Broukh. idque ineptum notat Passeratius. Broukh. etiam a Laur. Valla, *Vos ag.* emendante, discedit. *Convellite* olim conjecerat Burm. P. Cogitabat aliquando Burm. noster posse legi *configite.* Sed *convertere mentem* bene se habere tandem censuit.—22 *En* edd. Livin. et Gebh. *Modo pall.* Regg. Leid. 2. Brix. Rheg. Venet. 2. *Placeat* Voss. 2.—23 *Nobis* Mentel. et Leid. 2. Frut. sensui supplendo legebat *vobis, vos sid.* ut Gryph. 5. Burmanno videtur *vobis* abundare, et f. legi posse *cred. vos cælo et sid. Ignes* Exc. Scal. pro *amnes. Nosse* cod. Heins. et unus ex Francc. *Vos sidera et umbras Nosse* tentabat Exr. Clercq. Specim. 2. ad Lucan. p. 2. Probat Burm. sed nihil mutat.—24 *Cytalinis* Colbertt. Borr. Vulpii duo, Voss. 1. et Vicent. *Citalinis* Palatt. Sic et Dorv. 1. et in marg. *Citainis.* 2. *Citheinis,* cum glossa *Citheis venefica fuit a loco nominata. Cythainis* Voss. 2. *Cytallinis* Groning. Et ita Ask. et in marg. *Cythinis. Cytheinis* Regg. Leid. 2. Voss. 3. 4. Burmannianus, Rheg. et Venet. 2. *Citainis* Exc. Scal. *Citallinis* Dresd. et C. Com. *Cithenis* unus ex Francc. In altero erat lacuna. Deest quoque vox in Leid. 1. Edd. olim fere *Cytæinis, Cyteinis, Citeinis.* Scaliger suspicabatur *Cytæi, tuis:* quod damnat Burm. *Cytææis* est ex emend. Guyeti, quem secuti

NOTÆ

19 *Deductæ Lunæ*] Implorat opem Magorum et Sagarum, ut sibi magicis artibus animum Cynthiæ conciliare velint. Antiquis autem persuasum fuit Sagarum et Magorum incantationibus lunam e cœlo deripi seu devocari, et despumari solem, et astra inhiberi, fluvios ad fontes reduci, elementa concuti, et mentes hominum turbari. Virgil. Ecl. VIII. 'Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.'

20 *In magicis sacra piare focis*] In altaribus ad Deos magicos placandos constructis.

24 *Cytææis carminibus*] Susurris, seu cantibus Colchicis, h. e. magicis. In Colchide enim, seu ap. Colchos, fuit urbs nomine Cytæa, unde fuit oriunda Medea, veneficiis et incantationibus magicis insignis, quæ inde etiam

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturæque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?

myrrha Orontea, et te vendere mercibus exoticis, et naturæ formam corrumpere emto ornatu, neque permittere corpus tuum *fulgere in nativis dotibus? Mihi fidem*

tium suspicatur Barthius IX. Adv. 10. sed non ita est: nam *Chos* jam legebatur in Ed. principe A. 1474. [Huic Ed. eund. annum tribuit Burm. at Barth. ei tribuit annum 1472. hic et in sua Editionum Prop. recensione, p. XXXVIII. Ceterum de Barthii suspicione cum Broukh. consentit Barthius noster.] Tamen multi, ut videre est ap. Volscum ac Beroaldum, *Ceæ* legere maluerunt. Locis Plin. IV. 12. XI. 23. adductus Hermolaus Barbarus, vir insignis, statuebat, ubicumque ap. poëtas Coarum vestium mentio est, *Ceas* legi oportere, non *Coas*. Contra stant alli, nec sine ratione.' *Broukh.* qui plura addit. 'De hac scripturæ et utriusque insulæ 'Ceæ' et 'Co' differentia optime ad h. l. egit Broukh. et ad II. 1. 5. cui add. Micylli et aliorum notas ad Ov. VII. M. 368. et ad II. A. A. 298. Vlitium ad Gratii Cyneg. 404. p. 255. et Heins. ad Sabin. Ep. III. 45.' *Burm.* Addit Kuin. Heynium Obss. ad Tibull. II. 4. 29. p. 115. *Cæa* Vicent. Brix. *Fovere sinus* conjecerat Heins. Rejicit Burm.—3 'Aut *Or.* Leid. 1. *Aut Orantea* Mentel.' *Burm.* Hic ergo diversi codd. videntur. Vid. quoque nos ad I. 3. 16.: 15. 33. et alibi. Sed et alius cod. dicitur a Burmanno ad I. 6. 1. exhibere diversas a se lectt. Vid. Lachmanni Præf. A quo adducti Mentelianum cod. esse eund. atque Leid. 1. in his VV. LL. semper reputavimus. Vid. etiam Lachm. in Iisd. ad I. 14. 24. Ubi tamen cumque Viri Docti lectt. alias ex Mentel. alias ex Leid. 1. attulerunt, diversas earum inter se lectt. semper memorandas curavimus. *Orantea* Voss. 4. *Oronthea* Ald. Colin. *Crinem*, ut magis poeticum, scripsisse Nostrum censet Broukh. Censet frustra, ut putat Barth. At probare videtur Burm. *Mytra* Leid. 1.—5 *Pendere* ex Groning. Palmerius: et sic in Exc. Mod. quod natum putat Burm. ex præced. 'vendere.' Hanc lect. damnat Barth. noster. 'Cum,' ait Broukh. 'in Groning. *pend.* invenisset Palm. calide id amplexus, more suo explicavit non sine solenni acumine. Melius Barthius Obss. IX. 10. et ante eum Beroaldus ac Passeratius: nec male Gebhardus.' Notabit Lector hunc Barthium non esse eund. atque illum, quem supra vocamus nostrum Barthium. Qui eximiarum Observationum et Animadversionum auctor est, eum ab altero istarum nostra mentio semper facillime discernet. Nostro nomen est Fridericus Gottlieb. *Vultu* mallet Burm. idque auctoritate codicis Reg. Censet legend. *fucato perdere* vel *prodere vultu*. Legit etiam *mentito prodere vultu*, vel *cultu*; et, 'possis etiam,' ait, '*medicato perdere vultu*.' '*Prodere cultu* supervacanea

NOTÆ

toi filia. Ex hac insula nati sunt Hippocrates et Apelles, alter medicorum, alter pictorum princeps.

3 *Orontea myrrha*] H. e. Syrio malobathro, ut ait Horatius: Orontes enim fl. est Syriæ, qui e monte Libano nascens, et præter Antiochiam fluens, in Mare Mediterraneum Seleuciæ proximum delabitur.

4 *Peregrinis muneribus*] Munera peregrina sunt, merces externæ et exoticæ, quales sunt comæ emtitiæ, vestes Coæ, unguenta, et alia quæ commemorat Propertius; quæ quidem Horat. III. Od. 16. vocat 'munera navium,' quia nempe navibus advehuntur.

Crede mihi, non ulla tuæ est medicina figuræ.
Nudus Amor formam non amat artificem.
Aspice quos summittat humus formosa colores,
Ut veniant hederæ sponte sua melius ;
Surgat et in solis formosior arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias ;

habe, nullum est medicamentum tuæ formæ : sincerus Amor odit pulchritudinis artificem. Circumspice quot flores tellus renidens producit, quomodo facilius crescant hederæ nullo serente, et quomodo *pulchrius arbustum proveniat in desertis speluncis, et noverit aqua currere vias, quas non didicit. Littora distincta conchis nativis*

Burmanni correctio, ipso, ni fallor, invito recepta.' *Lachm.*—7 *Est* exulat ab uno Francc. non sine elegantia, judice Broukhusio: qui nulla, ut videtur, nisi sua auctoritate fretus edidit *tuæ m. f. est.*—8 Heins. Adv. II. 6. legit *formam:* id. tamen mox tuetur *formæ* loco simili II. El. 1. 58. tuetur et Lachm. et præfert Burm. Notaverat Markl. ' Optime legere possis *formam.* Sed obstat Noster II. 1. 58. Nil igitur mutand.'—9 *Quot* pro *quos* Heins. ad Ov. I. Amor. 13. 43. Volsc. 2. id jam expresserat. *Quod* Leid. 2. Rheg. Vicent. Venet. 2. unus Reg. sed alter *quot*. *Quot* mallent Burm. Broukh. ' Codd. Vulpii cum Dresd. et meis libris fere omnibus *quos* habent: sensu id postulante.' *Barth.* Id habent Leid. 1. quatuor Voss. duo Dorv. et Burmannianus, Ald. et Junt.: et id mallent Vulp. Ayrm. Kuin. et Lachm. *Submittit* aut *summittit* Leid. 1. Groning. Dresd. Palat. 1. Rheg. Venet. 2. Vicent. Scal. Morell. Passer. Lond. Græviana. Perperam, ut censet Burm. Præoptavit Beroaldus. Tuetur Lachm. *Submittat* aut *summittat* Francc. Borr. Ask. Neapolitanus, Palat. 2. Bon. Guarn. Ald. Junt. Colin. Probant Burm. et Broukh. Præoptavit Volscus. *Subm. h. nemorosa* conjecerat Heins. in Notis ad Próp. p. 693. ' Offendebat eum,' ait Burm. ' seqnens ' formosius.'' *Calores* Frut. quod damnat Burm.—10 ' *Ut* scriptum esse tam in hoc quam duobus seqq. vv. in vetere libro Achillis Statii pridem monuit Muretus. Nostri nihil habent tale.' *Broukh.* ' Recte Venet. 1500. *Ut*, in seqq. relicta partic. copulativ.' *Lachm.* ' Lectionis *Ut* rationem haberi oportuit, hoc saltem versu. Nam binis seqq. *et* legatur an *ut*, parum interest, quanquam illud malim.' *Hemst.* ' *Ut* Ayrm. et Heyn. ad Tibull. p. 181. *Veniunt* malé in uno Voss. et Heinsii codice.' *Burm.* ' *Et* mei libri omnes, præter Ven. 1500. Vulp. Gött. ubi *Ut* legitur: recte.' *Barth.* *Ut* etiam Dousa P. in marg. libri sui conjecerat. ' *Ederæ* scribi debere sine aspiratione præcipit Jun. Philargyrius in Virg. Ecl. III. quem refellunt majorum gentium magistri. Sane h. l. *hederæ* est in omnibus libr. scr.' *Broukh.*—11 *Ut* hic et in v. superiori Perr. v. c. quod minime repudiandum, ut videbatur Gebhardo. *Pomosior* legebat Heins. II. Adv. 6. vel *frondosior:* quod ultimum etiam arridebat Bentleio ad Horat. I. Od. 12. 45. cui et *animosior* arridebat. Hemst. vulgatæ acquiescit, sed *formosior* tamen quam *formosius*, ut magis poëticum, mallet. Burmanno *pomosior* ceteris vv. dd. conjecturis præferend. videtur. ' Verius f

NOTÆ

8 *Formam* [*formæ*] *non amat artificem*] Artifices formæ sunt, ornatrices, ciniflones, pigmentarii, phrygiones, aurifices, &c.

12 *Indociles currere lympha vias*] ' Indocilis ' potius dicitur is, qui doceri non potest, quam res ipsa, quæ non est doctrinæ capax, seu ἀδίδακτος.

Littora nativos per se dent picta lapillos,
Et volucres nulla dulcius arte canant.
Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Hilaira soror.

sine arte expolitis reluceant, atque aves omni artificioso concentu *jucundius modulentur. Haud ita Phœbe Leucippi filia Castorem inflammavit; neque sua pulchri-*

sit *felicius*. Sed in re natura sua dubia et incerta nihil affirmari præstiterit.' *Lachm.* '*Formosior* certe est,' ait Burm. 'in Neap. sed *formosius* in Vossianis, Leidd. aliisque.' Et, '*Formosior*,' ait Barth. 'ed. Colin. et Grass. et ita etiam esse in Neap. testatur Heins. Adv. II. 6.' At sic Lachm. loquitur: '*Formosior* in nullo cod. lectum videtur: certe de Neapolitano id falsum est, in quo et ipso *formosius* extat; nota literarum *us* paulo hic quam alibi figuræ literæ *o* propiori.' Guyetum *ancris* obtrudentem valere jussit Broukh. et merito, ut censet Burm.—13 Ita ex ingenio Scaligeri emendatum (quæ est ejus lectio in Ed. 2. In 1. erat *nativis persudent p. lapillis*) edidit Broukh. et ab eo haud facile discesserit. Probavit Casaub. ad Spartiani Adrian. 13. fin. p. 131. et Heins. II. Adv. 6. p. 248. et in notis ad Prop. p. 656. Hic olim voluit *perrident*, sed deinde subscripsit emendationi Scalig. et sic quoque Salmas. ad Solin. p. 1130. 1169. Scaligeri emend. nullo modo solicitandam censet Burm. Eam vocat Lachm. 'ingeniosam, sed audacem:' qui contendit Prop. scripsisse *nativis collucent p. lapillis*, ut habent membranæ Groninganæ et Palatinæ. Hoc præfert Schraderus. *Persuadent* tres Voss. Leid. 1. Dorv. 1. Neap. Exc. Scal. (in quibus *perfundent* pro varia lect.) et Burm. 1. Ita quoque unus Colb. Bon. unus Gebhardi, unus Livineii, et ed. Græv. *Collucent* Regg. Colb. 2. Exc. Mod. Leid. 2. Borr. Vossianus in marg. Rheg. Venet. 2. Vicent. et Ber. Quod probabat Markland. ex Ov. F. v. 363. et Barthio Adv. IX. 10. non movend. videbatur. Cui annuebat Hemst. Sed, quia *colluccent* cum ceteris 'summittat,' 'veniat,' 'surgat,' et 'sciat' non congruit, alteram huj. Barthii conj. præferendam putat Burm. sc. *nativi collustrent p. lapilli*. Hanc pro certo venditare nolit auctor Barthius, sed Propertio non indignam arbitratur: sed rejicit Schraderus Emend. p. 102. Superiorem de modorum confusione obs. improbat Lachm. qui ait: 'Sed bono animo: interpungendo ante 'Littora nativis' orationem incrabimur ita structam ut Virgil. Æn. X. 20.' *Nativis lapillis* quat. Voss. duo Leidd. Rheg. Vicent. Venet. 2. Ald. et cett. Ayrm. *nativis placeant ut p. lapillis*. *Persudent* Voss. 4. Dorv. 2. *Persuadent* probum visum Lipsio IV. Ant. Lect. 11. et Palmerio in Spicil. nisi quod malit *persqualent*: verbo, ut censet Broukh. elegante, sed hic valde alieno. *Nativis persudent p. lapillis* Scal. 1. Morell. Passer. *Pellucent* Venet. 1500. Ald. Junt. et aliæ. *Nativi perlucent p. lapilli* Leid.—14 *Quod vol.* Neapolitanus. *Canant* Heinsianus, Dresd. Dorv. 2. Sed *canunt* alii omnes, et Ven. 1500. Ald. Colin. Gryph. Basil. Grasseriana, Muretiana, Græv. Lond. —15 Gebhardum destituit, judice Burmanno, sana mens, cum hic legeret *Leucippi...Phœbe*, ut 'Deiphobe Glauci,' &c. Heinsianus *Lecippi*, in quo v. 16. totus desideratur. *Incendit* Voss. 3. *Succedit* 4.—16 *Curru* Dresd. *Thelaira* Groning. Burm. 2. tres Voss. duo Leidd. et in margine 2. *Ilaria*. '*Ilayra* in primo et quinto Vaticano. *Ilayra* in secundo.' *Burm.* Quod Kuin. sic exhibet: '*Ilayra* in pr. sec. et quinto Vatic.' *Thelaïa* Borr. et in marg. *Ilaira*.

NOTÆ

15 *Leucippis Castora Phœbe*] Leucippus Sicyoniorum rex duas habuit filias, Phœben nimirum et Elairam; quas formositate præstantes Castor et Pollux fratres rapuerunt.

16 *Non Hil.* [*Elaira*] *soror*] Elaira

Non, Idæ et cupido quondam discordia Phœbo,
Eveni patriis filia littoribus.
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Avecta externis Hippodamia rotis: 20

tudine sorer ejus Elaira Pollucem; neque filia Eveni in *paternis littoribus Idæ Phœboque* perdite *amanti contentionis olim et rixæ causa* suos amatores ita accendit; *neque Hippodamia, curru peregrino abducta, conjugem Phrygium amantia*

Hylaira unus Reg. et in marg. *Ilaira*, (sic Barth. et Broukh. sed Burm. dicit: ' In marg. cod. Reg. *Hylaira*.') quomodo et C. Com. Borr. (sic Barth. et Broukh. affirmant, sed contra dicunt ac Burm. qui dicit Borr. habere ut supra) et Ber. ' *Ilaira* legebant Turneb. II. Adv. 15. ' Passeratius, et Heins. ad Ov. v. F. 708. Longius abit Pontanus, cui *Ichaira* dicitur, de Aspiratione II.' *Broukh.* At Burm. ' *Ilayra* legend. ex Pindari Scholiaste notaverat Heinsius.' *Hilaira* legend. censuit et edidit Broukh. Sic ' luculenter ' legend. censuit, ut Barth. et Broukh. opinantur, Menrsius II. Misc. Lac. 15. *Elaira* Douss. et ed. Mur. et ed. Leid. *Thelayra* Ald. Junt. ut affertur etiam a Brodæo ad Theocr. XXII. 138. Ceterum ait Barthius: ' *Thelayra*, *Telaira*, *thalayra*, *thelaira*, passim codd. et edd. vet. ac nov.'—17 Legi posset, ait Burm. *Non Idan, cupido qu.* Vossianus non habet *et*. *Ida* bini Leidd. et Vossiani, Neap. 1. Burmm. Brix. Quod et Dresd. in marg. ascript. habet: ' Alias *Ida*.' *Ide* Voss. 1. 3. Dorv.—18 *Ebeni* Borr. *Evenit* Neap. 1. tres Voss. Leidd. Dorv. 1. Burmm. Rheg. Venet. 2.—19 *Non* Voss. 3. Colbertt. Groning. Dorv. 1. Burm. 2. ut in præcedd. *Phrig.* Guarn.—20 *Advecta* Burm. 2. Heinsianus, Ask. Guarn. Pal. 2. Dresd. *Æternis* Borr. perpetuo

NOTÆ

fuit Phœbes germana. Vett. codd. habent *Thelaira*, sed mendose et corrupte. Elaira autem, quæ et Ilaira dicitur, fuit Dianæ sacerdos; Phœbe vero Minervæ, ut testantur Apollodorus et Hyginus.

17 *Non, Idæ et cupido Phœbo*] Idas seu Idæus, omnium sui sæculi virorum formosissimus, uxorem habuit Eveni filiam, nomine Marpessam, insigni pulchritudine præditam; quam cum Apollo, qui eam deperibat, rapuisset, arcu et sagittis ansus est Idas Deum ob uxorem recuperandam invadere. Tunc Jupiter Mercurium misit, qui contentione composita potestatem faceret Marpessæ deligendi, quem mallet; quæ Idam Phœbo prætulit.

18 *Eveni filia*] Marpessa, cujus pater Evenus, se in fluvium Lycormam præcipitans, nomen illi imposuit. Vid. Homer. Il. IX.

19 *Phrygium traxit candore maritum*] Pelopem intelligit, qui Phrygius dicitur, quod filius esset Tantali Phrygiæ regis.

20 *Externis Hippodamia rotis*] Hippodame, seu Hippodamia, filia fuit Œnomai regis Elidis, quam nulli viro pater despondere volebat, veritus oraculum, quod cecinerat, tunc ipsum moriturum, cum filia nupsisset. Cum autem multi quotidie proci connubium puellæ postularent, illis Œnomaus curule certamen proposuit, hac lege posita, ut victus necaretur, victor filiam duceret uxorem. Hac ratione cum plures equorum velocitate victi fuissent, et interemti, tandem Pelops puellæ amore exardescens venit ad certamen, cum prius Myrtilum Œnomai aurigam pecunia corrupisset, ut fragiles axes currui subjungeret. Quo facto victor existens Pelops Hippodamiam duxit ux-

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis;
  Qualis Apelleis est color in tabulis.
Non illis studium vulgo conquirere amantes.
  Illis ampla satis forma, pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne sis mihi vilior istis.
  Uni siqua placet, culta puella sat est.
Cum tibi præsertim Phœbus sua carmina donet,
  Aoniamque libens Calliopea lyram;

pulchritudine in amorem sui *pellexit*. *At inerat vultus nullis lapillis decoratus, cujusmodi color est* in *Apelleis tabulis*. *Non illis* erat *cura amatores* undequaque *passim comparandi: his pudicitia sat magna* erat *pulchritudo et ornatus. Haud ego jam timeo, ne* tu *mihi videaris illis minus formosa. Si fœmina aliqua placet* uni viro suo, *satis est ornata. Quandoquidem*, o Cynthia, *tibi maxime cantus suos Phœbus annuit, et ex animo Calliope Aoniam* tibi *citharam* concedit, *neque eximia*

fere in Mss. errore. Recte dicitur *ext. rotis*, judice Broukh.—23 Conjecit Theod. van Kooten *cultu* pro *vulgo*. Non probat Burm. ob v. vicinum nimis, 26. Præferret potius Eldikii conjecturam, *fuco*.—24 *Pudicities* vult Heins. IV. ad Prop. Rejicit Barth.—25 *Non ver.* Neap. 1. *Verear* Heins. Vulg. defendit Burm. '*Ne sis mihi vilior* optime restituit Scaliger: et ex Mem. Passeratius. Reliqui omnes, quasi in Velabro olearii, *ne sim tibi*: prave ac perperam.' *Broukh.* Repetit Barth. 'Id. quod Scaligero, paulo plus sæculo ante doctis Italis in mentem venit: nam *sis mihi* e Mem. et Vat. 1. primo enotatur.' *Lachm. Sim tibi* Regg. Colbertt. Groning. Ask. Leidd. bini Voss. Dorvv. Burmm. Rheg. Venet. 2. Aldd. Colin. Gryph. aliæque edd. Quod probatum fuit Mureto, et probatur Lachmanno: sed *sis mihi* Burmanno.—26 *Una pu.* Voss. 2. et margine Burm. 2. 'Ald. 1. et Colin. distinctionis notam post 'puella' demum ponunt: contra sensum. Ald. 2. nullam plane habet interpunctionem.' *Barth.*—27 *Quom* Dresd.—29 Pro *Unica* Guyeto placebat

NOTÆ

orem; cum qua, loco Œnomai Elidis et Pisarum regno potitus, Peloponnesum a nomine suo nuncupavit. Dicitur autem Hippodamia avecta 'externis rotis,' h. e. curru peregrino; quia Pelops erat Barbarus et Phryx, Hippodamia vero Græca.

22 *Apelleis*] Apelles pictorum omnium princeps; cujus pictura simplicitate commendatur, quæ tamen naturam ipsam provocavit forma expressa tanquam spirante. In primis ejus Veneris tabula, quam nudam pinxit, impense laudatur: unde noster Propert. III. 9. 'In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles.' Significat autem Propertius ista comparatione talem fuisse formam illarum priscarum fœminarum, quæ nullo fuco indigeret, utpote quæ nativo colore placeret; sicut pictura simplex, non fucata, in tabulis ab Apelle depictis relucebat.

24 *Ampla satis forma, pudicitia*] Eleganter admodum Sen. 16. ad Helv. 'Non faciem lenociniis ac coloribus polluisti; nunquam tibi placuit vestis quæ ad nihil aliud, quam ut nudaret, componeretur. Unicum tibi ornamentum, pulcherrima et nulli obnoxia arti forma, maximum decus visa est pudicitia.'

28 *Aoniam Calliopea lyram*] Aonia dicta est Bœotia, quæ tota consecra-

Unica nec desit jucundis gratia verbis,
Omnia quæque Venus, quæque Minerva probat.
His tu semper eris nostræ gratissima vitæ,
Tædia dum miseræ sint tibi luxuriæ.

dictis tuis *suavibus deest gratia*, neque desunt cetera *omnia quæcumque Venus et Minerva commendant*. *His* equidem dotibus *eris mihi jucundissima, dum vivam; modo tibi sit odium infelicis luxus.*

Vivida: improbante Heins. in N. ad Prop. p. 657. idque merito, ut Burm. censet. ' Patruus meus conjecit *facundis*, quod huic l. aptius, putabatque hoc imitatum esse Ovidium XIII. M. 127. et sic ad libri sui marginem Markl.' *Burm. Dictis* Voss. 1. 3. Groning. Guarner. ac Burm. 2. sed in marg. *verbis:* pro varia lect. *Dictis* præfert Heins. *Rebus* Voss. 4. et Palat. 1. ad marg. tamen *verbis*.—30 *Probet* Livin. emendabat. Burm. malit *probent*.—31 *Menti* legebat Heins. ad Ov. v. M. 261. et II. Adv. 6. vel *curæ* N. ad Prop. p. 657. ' sed *nostræ vitæ* simpl. pro, nobis, exponit Schioppius.' *Burm.*—32 Id. tentat *seræ lux*. Multo elegantius putat esse *miseræ* Barth.

NOTÆ

ta est Musis, quæ inde dictæ sunt Aonides et Aoniæ. Calliopea et Calliope dicitur, ut Cassiope et Cassiopea, Penelope et Penelopea. Est autem Calliope illa ex Musis, quæ Heroico Carmini præesse fingitur.

30 *Venus, quæque Minerva probat*] A Venere probantur forma, gratia, cantus, amores, saltationes, lepores, &c. Minerva vero laudantur artes, doctrina, versus, pudicitia, lanificium, &c. Vid. Horat. III. Od. 12.

ELEGIA III.

AD CYNTHIAM.

QUALIS Thesea jacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia littoribus;

Qualis Gnosia languens in *littoribus desertis jacuit nave Thesea recedente, et*

2 ' *Gnosia* recte Groning. Regg. Colbertt. et edd. priscæ. Vulg. et male *Gnoss.*' Broukh. Barth. ' *Gnoss.* Mentel. et 1. ex meis codd. Quam recte improbat Broukh. In Nummis enim antiquis, quales plurimi ediderunt, meisque haud paucis semper ΚΝΩΣΙΩΝ: ut in illo antiquissimo cum Labyrinthi ambagibus, quem etiam edidit Beger. Tom. I. Thes. Brandenb. p. 401. ubi male ΓΝΩΣΙΩΝ; nam in meo ejusd. typi clare ΚΝ. extat. Qui etiam habetur ap. Haym. Vol. II. Thes. Britan. p. 117. N. 2. Wildium in Select.

NOTÆ

1 *Qualis Thesea*] Quomodo Cynthiam noctu deprehenderit dormitantem, summque ipsius adventum præstolantem Propertius describit. De-

Qualis et accubuit primo Cepheia somno,
Libera jam duris cautibus, Andromede;
Nec minus assiduis Edonis fessa choreis
Qualis in herboso concidit Apidano;

qualis acquievit primo sopori Cepheia duris saxis jam soluta, et pariter qualis Edonis fatigata continuis tripudiis et saltationibus jacuit in Apidano herbido; talis

Numism. Tab. VI. N. 38. et in Museo Pembrok. P. II. Tab. 14. N. 9. Vid. et Drakenb. ad Liv. XXXVII. 60. In Horat. I. Od. 15. 17. 'calami spicula Cnossii' edidit Bentl.' *Burm.* 'Vid. VV. DD. ad Virgil. Æn. III. 115.' *Kuin.*—3 *Accubitu* Gryph. 5. Basil. item edd. Livin. et Gebh. in contextu ipso: sed in notis observatur *accubuit* habere Vat. et Posth. codd.—4 *Cautibus* Gebhardus ex C. Com. De qua vid. Helenium Acronem in Horat. II. S. 4. et Heins. ad Ov. XII. M. 430. *Cotibus* quatuor Voss. Leidd. Ask. Dorvv. Burmm. edd. primæ. *Andromade* Burm. 2. Borr.—5 'Præclara certe est Heinsii conj. (Adv. II. 6. p. 249.) *Mænas et ass.* Quam firmat Propertius inf. 'Seu sequitur medias Mænas ut icta vias.' Neque causam video quare de ea hæsitaverit in N. ad h. l. post Adv. p. 657.' *Burm.* Sed ea nihil opus censent Barth. et Kuin. *Ædonis* Groning. Burm. 2.—6 *'Appidano.* Ald. Colin.

NOTÆ

inde puellæ suæ somnum cum somno Ariadnes, Andromedes, et fœminæ bacchantis comparat. 'Thesea' posuit Poëta metri causa pro, Theseia. Theseus porro, Ægæi Atheniensium regis filius, ad Minotaurum devorandus in Cretam cum missus esset, Ariadne, Minois regis Cretæ filia, ejus amore correpta, eum docuit, quo pacto, interfecto Minotauro, e Labyrinthæis sese flexibus expediret, nimirum 'Errabunda regens tenui vestigia filo.' Cum vero Ariadnes ope et arte a Minotauro Theseus victor rediisset, e Creta discedens ipsam abduxit, quam tamen dormientem in insula Naxo seu Dia reliquit. Fabulam hanc pluribus edisseruimus ap. Catull. in Epithalam. seu Nuptiis Pelei et Thetidis.

2 *Deserta Gnosia littoribus*] Gnosia dicitur Ariadne a Gnoso urbe Cretæ, Minois regis regia. 'Deserta littora' sunt insulæ Naxi seu Diæ in mari Ægæo, quæ erat deserta et penitus inculta. Tibull. III. ult. 'Gnosia, Theseæ quondam perjuria linguæ Flevisti ignoto sola relicta mari.'

3 *Cepheia*] Andromede Cephei regis Æthiopum filia, quæ fuit exposita monstro cuidam marino, propter maternæ linguæ superbiam, quæ se forma Nereidas superare jactabat. Hanc Perseus superveniens liberavit, interfecto monstro, eamque duxit uxorem.

4 *Andromede*] Quæ Cepheia superiori versu dicitur, a patre suo Cepheo Æthiopum rege.

5 *Edonis fessa choreis*] H. e. Baccha, seu Mænas. Edonides dicuntur fœminæ bacchantes, ab Edone monte Thraciæ, in quo furore agitatæ discurrentes mysteria Bacchi celebrabant. Edoni sunt etiam populi Thraciæ ad Hebrum fl. siti. 'Choreæ' tripudia sunt, quibus operam dabant Mænades seu Bacchæ.

6 *Apidano*] In ripis Apidani. Fluvius est Thessaliæ Apidanus, quem in Peneum dicunt influere. Alii volunt esse etiam hujusce nomine Troadis fluvium.

Talis visa mihi mollem spirare quietem
Cynthia, non certis nixa caput manibus;
Ebria cum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnes,
Molliter impresso conor adire toro;
Et, quamvis duplici correptum ardore juberent
Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus,
Subjecto leviter positam tentare lacerto,
Osculaque admota sumere ad ora manu;

mihi conspecta est Cynthia, sustentans caput manibus incertis, tenerum ducere somnum; cum male ferrem titubantes multo Baccho pedes, et ministri faces multa nocte concuterent. Ad *ipsam ego, non adhuc omnibus privatus sensibus, nitor accedere incumbens leto; et, quanquam gemino calore incensum,* me *hinc Amor, inde Liber, uterque Deus imperiosus et sævus, jubebant attrectare supposito molliter brachio jacentem, et basia* carpere, *et arma sumere, manu* leviter *injecta. Atta-*

Gryph. cett. etiam Gött. Sed Dresd. quoque præfert *Apid.*' Barth. '*Apid.* in nonnullis codd.' *Burm.*—7 *Sperare* quatuor Voss. Leid. 1. Dorv. 1. Burm. 2. *Spir.* Leid. 2. Dorv. 2. Burm. 1. Sæpius ita peccarunt librarii.—8 *Consertis....man.* Guy. Damnant Barth. Burm.—9 '*Suspiria* in solo Groning. quod ex Palatino etiam affert Livin. sed ut ineptissimum bene rejecit.' *Burm.* Ineptum judicat *susp.* Barth.—10 *Sæva* Exc. Scal. Dorv. 2.—12 'Eleganter dixit *conor.*' Broukh. '*Cogor* Voss. 3. 4. Dorv. 2. Sed recte notionem verbi *conor* hic illustravit Broukh.' *Burm. Cogor* C. Com.—14 *H. Venus, h. L.* Voss. 4. Ask. quod a glossatore profectum opinatur Burm.—15 *Supposito* Voss. 4. *Supposito leniter* Ask. *Breviter* Voss. 3. *Subjecto posit. lev.* Colbertt. '*Subjecto* minime mutandum propter 'positam.'' *Burm.*—16 '*Arma* virilia exponunt fere. Ita Beroaldus, Volscus, Passeratius, Livin. uterque Dousa, Palm. et Vossius ad Catullum. Qui de muliebris corporis flore caperet, unus inventus est, Barth. Animadv. ad II. Th. Statii, 330. Is tamen ipse, parum sibi constans, h. modo versiculum torserat, IX. Adv. 10. *O. amota s. amara m.* Nihilo felicius *inerma* tentabat Palm. Scaliger pudentius *tarda* malebat, vel *certa.* Sed nunquam elusisset sibi Propertius hanc notam, ni medicam manum admovisset J. F. Gronovius IV. Obs. 6. doculsetque legi debere *O. adm. s. ad ora m.* Eximie bene. Favet magni Viri restitutioni Groning. in quo *et* non comparet, nulla tamen relicta lacuna.' *Broukh.* '*Et arma* habent omnes libri præter Broukh. Vulp. Gött. *Ad ora* restituit Gronov. Non placet *rapta* vel *carpta* Heinsii Not. Propert. et Adv. II. 6. neque *tarda* ve *certa* Scaligeri, neque *inerma* Barthii.' *Barth.* '*Sumine et arma* Leid. 1. *Sumere et arma* Leid. 2. Heinsianus, Mentel. tres Voss. Dorvv. et mei: et

NOTÆ

9 *Baccho*] H. e. vino.

14 *Durus uterque Deus*] Nimium imperiosi sunt et sævi ambo illi Dii, Bacchus et Cupido. De Cupidine seu Amore Virgil. VI. Æn. 'Hic quos durus Amor crudeli tabe peredit.' Durus etiam Bacchus seu Liber, qui ad cædes, ad arma, et ad libidinem cogit. Ov. I. Amor. 6. 'Nox, et Amor, vinumque nihil moderabile suadent; Illa pudore vacat, Liber Amorque metu.'

Non tamen ausus eram dominæ turbare quietem,
  Expertæ metuens verba sævitiæ:
Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
  Argus ut ignotis cornibus Inachidos.
Et modo solvebam nostra de fronte corollas,
  Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus;
Et modo gaudebam lapsos formare capillos:
  Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.

men minime ausus sum heræ somnum interpellare, timens aspera verba ejus *indignationis* mihi *exploratæ. At* vero *ita defixis oculis adhærescebam velut Argus cornibus* sibi *incognitis Inachidos. Nunc autem,* o *Cynthia, serta sumebam e meo capite, tuoque imponebam; nunc vero lætabar crines* tuos nimium *effusos componere; modo tradebam furtiva mala* tuis *manibus cavis; cuncta denique tribuebam*

sic Rheg. Venet. 2. Vicent. Ald. aliæque. *Amota s. et arma* Ask. *Adm. manu* vera lect. est. *Inerma* pro, inermia, non tantum Palm. sed et Frut. tentaverat, et J. Dousa in libri sui marg. *Sumere ademta* Ayrm. Scaligeri *tarda* vel *certa* irrisit Gebhardus. *Carpta* Heins. Ep. ad Græv. Tom. IV. Syllog. p. 303. et II. Adv. 6. *rapta* in N. ad Ov. II. Amor. 5. 53. Quæ certe magis blandiuntur quam quod excogitaverat ingenium Barthianum *am. s. amara*, quod recte repudiavit Broukh. et præ ceteris amplexus est Gronovii restitutionem.' *Burm.* Tuetur Lachm. *adm. s. et arma.*—18 ' *Jurgia* mei omnes: etiam Venet. Brix. Græv. Lond. ac Leid. *Verbera* est e Cod. Scal. quod et in suis Passeratius invenerat.' *Barth. Jurgia* Francc. Groning. Regg. Colbertt. Leidd. quatuor Voss. Dorvv. Ask. Burmm. ' *Ex parte m. j. s.* Venet. 2. Rheg. *Experte m. j. s.* Vicent. ut in Ald. aliisque edd. idque verum esse notaverat Markl. et sua imitatione comprobasse videtur Heins. in Monobiblo El. 6. *Verbera* tamen ex suis codd. Scaliger et Passer. eosque secutus Broukh. recte prætulerunt.' *Burm. Jurgia* tuetur Lachm.—19 ' *Impositis* male Voss. 4. *Intectis* Canter. probante Livineio: perperam.' *Burm.*—20 Nescit Broukh. cur Scaliger legi voluerit *uti notis:* et damnat Barthius. ' *Immotus* conjecerat Heins. vel *Argus ut Argoæ* [*Argeæ* dicit Barth. Heinsium conjecisse] in N. ad Prop. p. 657. sed *ign. corn.* recte Broukh. exponit. Vel *ignotæ* legi potest, ut video etiam conjecisse Francium et Markl.' *Burm.* ' Egregie corrigunt homines ingenioši, *ignotæ:* verum ita non scripsit Prop.' Lachm. qui legit *ignotis.* Quidam ap. Gebhardum legebat *ut ille nothis;* absurde, ut putat Barth. Jacobsius in Specim. Emendatt. in Auct. Vett. conj. *ut insomnis.*—21 *Tollebam* Heins. Rejicit Burm. *Coronas* Dorv. 2. Gryph. 5.—23 ' *Laxos* Voss. 4. et Vat. 5. ut conjecerat Livin. sed quod recte improbavit Broukh.' *Burm.*—24 *Tunc* Burm. 1. *Canis....maribus* Leid. 2. Nescit Burm. ex quo cod. vel ed. Marklandus, hunc vs. afferens ad Stat. Sylv. p. 141. produxerit *Et*

NOTÆ

20 *Argus cornibus Inachidos*] Inachidos seu potius Ius, Inachi filiæ, fabula legitur ap. Ov. I. M. ap. Apollod. II. et Hygin. Fab. 145. Io porro fuit Inachi filia, quæ a Jove adamata, et in vaccam transmutata, a Junone, cui eam Jupiter tradiderat, Argo centum oculis instructo custodienda commissa fuit, ne ad eam Jupiter accederet. Argus igitur fuit custos Io a Junone appositus, quique jussu Jovis a Mercurio fuit interemtus. Vid. Ov. I. M.

21 *Fronte corollas*] Corollas poti

Omniaque ingrato largibar munera somno,
  Munera de prono sæpe voluta sinu.
Et, quoties raro duxti suspiria motu,
  Obstupui vano credulus auspicio,
Nequa tibi insolitos portarent visa timores,
  Neve quis invitam cogeret esse suam;
Donec diversas percurrens Luna fenestras,
  Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos levibus radiis patefecit ocellos.
  Sic ait, in molli fixa toro cubitum:
Tandem te nostro referens injuria lecto
  Alterius clausis expulit e foribus.

dona sopori ingrato, dona, inquam, *frequenter e prono gremio delapsa.* Ego *etiam inani credens augurio vehementer timui, quotiescumque* e pectore *raro motu suspiria traxisti, ne aliqua tibi somnia inanetos metus inferrent, aut ne aliquis repugnantem* te *vi impelleret esse suam. Quoadusque Luna varias fenestras decurrens, Luna*, inquam, *officiosa radiis diutius mansuris, clausos oculos* suo *fulgore tenui aperuit* Cynthiæ, quæ *nixa* caput *cubito in molli lecto ita locuta est: Te demum ad nostrum thorum alterius injuria revocans occlusis januis expulit. Ubinam enim transmodo furtivis p. d. m.*—25 *Omnia quæ*, J. Dousæ lectionem, Livineio probatam, in contextum admisit a se laudatam Broukhusius. Vulg. non movendam putat Burm.—27 F. scripsisse putat Burm. *vario duxti*, vel *rapido* cum Ruhnken. Non solicitandum esse hunc l. putat Ast. *Duxi* Venet. 1500. *Duxti* Groning. Leid. 2. primæque edd. *Duxit* plerique codd. *Duxti* defendit Burm. et ita ediderunt Broukh. Barth. Lachm.—28 *Vario* Guarner.—29 *Sibi* Voss. 3. Burm. 2. Guarner. *Insolidos* Dorv. 2.—30 *Inventam* Leid. 2. Regg. Exc. Mod. Rheg. Venet. 2. Brix. male, judice Burm. *Cogerit* Burm. 2.—31 *Divisas* Scaliger: cui astipulantur unus Colb. unus Franc. *Adversas* Borr. quod Barthio videtur glossa *τοῦ* 'diu.' *Diversas* defendit Broukh. et defendentem laudat Burm. Guy. tentat *diffisas l. penetrante f. L. immaturis*, vel *divisas l. subeunte.* Irridet Broukhusius. Vulg. defendit Gronov. ad Sen. de Ira II. 23.—33 *Compositis* Voss. 1. 2. Burm. 2. in cujus marg. *Compositos.* Addit L. Lat. post h. v. duos h. versus: *Et subito adventu palluit illa meo. Mox ut erat neglecta comis et pectore nudo.* Magnopere damnat Broukh. quem idee laudant Barth. et Burm.—34 Muretus in suo libro invenerat *Hic*, ut sit pro, Tunc: quod ipsum *Tunc* in Mem. legi testatur Passeratius, habet Vat. 1. et pro conj. posuit J. Dousa. *Sic* Broukhusio videtur omnino retinend. et *Sic* recte exponere Passeratius et Broukh. per, negligenter, languide, putat Barthius. *Hinc* vel *Vix ait* Heins. qui probabat Guyeti conjecturam *sic ais:* quod Oudendorpio placebat. 'An *Hæc ait?* Sed vulgatam plerique codd. et edd. pr. agnoscunt.' *Burm. Hic ais* volebat Wassenburgius: ut in ead. persona, quam vocant, oratio continuetur. Broukhusii sententiæ favet Kuin. *Nixa* pro *fixa* Passeratio legend. videbatur; mavult et Heins. ad Ov. VII. M. 344. et N. Prop. et Græv. Ep. ad Heins. p. 195. Tom. IV. Sylloges. Nil mutand.

NOTÆ

gestabant. Ov. lib. I. F. 'Vina dabat Liber; tulerat sibi quisque coronam.'

35 *Tandem te referens injuria*] Verba sunt Cynthiæ conquerentis de longa Propertii sui cunctatione. In-

Jamque ubi longa meæ consumsti tempora noctis,
  Languidus exactis, hei mihi! sideribus?
O utinam tales producas, improbe, noctes,
  Me miseram quales semper habere jubes!
Nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
  Rursus et Orpheæ carmine fessa lyræ:
Interdum mecum graviter deserta querebar
  Externo longas sæpe in amore moras;

egisti longa noctis mihi debitæ spatia fatigatus et languens, heu me! fugatis jam per auroram *astris? O perfide, utinam transigas tam amaras noctes, cujusmodi me jugiter infelicem cogis transigere. Modo enim soporem effugiebam* nendo *flum purpureum, atque etiam fatigata cantu citharæ Orpheiæ. Sæpe* etiam *apud me derelicta vehementer conquerebar* tuas *longas moras apud alteram amicam,*

putant Broukh. et Barth. *Fulta* in h. l. effert Pricæus ad Apul. p. 116.—36 ‘*Exp. e f.* habent omnes membranæ: quod non debuit mutari; antiqui mirum in modum gaudebant his præpp. geminatis.’ *Broukh.* ‘*Repulit* ex vet. cod. Scaliger, ut in ed. Dousarum, probante Heins. qui legebat *retulit a f.* [Sic ait Barth. ‘*Retulit* liber Scalig. qui *repulit* refingit, prob. Heins.’] *A f.* Voss. 4. Ask. quod requirere videtur ‘classis.’ *Expulit* Regg. Colb. 2. ceterique.’ *Burm.* ‘*Repulit* Lond. Legit Lachm. *aspulit a f.*—37 *Namq. ubi longa meæ sumpsti* Dorv. 1. et *sumpsisti* a m. pr. *Namq. ibi l. m. consumpsi* 2. ‘*Consumpsi* etiam Regg. Colb. 2. Leidd. Voss. 4. Venet. 2. Rheg. *Consumpsit* Reg. 2. *Jamque ubi l. m. consumsi* Borr. [Brix. quoque *consumsi*] *Jamq.* conjecerat etiam Heins. F. legend. *Nempe ibi l. m. consumpsti.* Male in nonnullis codd. *consumsi* vel *sumsisti.*’ Burm. *Jamque* præfert Kuin. Ita ediderunt Lachm. Broukh. Barth.—38 Hunc v. sine ulla distinctione scribend. jubet Burm. vel *hic mihi* legend. At distinctionem tuetur Lachm.—39 *Perducas* Leidd. quatuor Voss. Burmm. Borr. Groning. Ask. pleræque vett. edd. et Douss. Id præferunt Livin. et Passeratius. *Perdures* Exc. Scal. habere testatur Barth. sed ea habere *per duras* testatur Burm. *Per duras* Heinsianus. Unde *perdures* conjecerat Burm. P. *Producas* rectum esse censet noster Burm. ut Heinsium (N. ad Claudian. III. Cons. Hon. 48.) secutus edidit Broukh. Sic edd. Gryphii 1534. 1551. Plantiniana 1560. Leid. Vulpii, Gött. et ita ediderunt Lachm. et Broukh. idque elegantius verbum putat Kuin.—41 *Jam* Burm. 1. *Purpureum* Groning.—42 ‘Burmannus: ‘Male Guy. *Rursus eram Orph.* quod a nullo cod. probatur, et per se subintelligitur.’ Non potest: sed distinctione opus: *Rursus et Orpheæ carmine, fessa, lyræ.*’ Lachm. *Eram* inconcinnum putat Barth. *Carmina* Dresd.—43 *Int. gr. mec.* quat. Voss. Leidd. Dorvv. Burmm. Exc. Scal. quod edidit Burm. *Interdum* minime mutand. censet Hemst. quia optime procedunt ‘Nam modo, ‘Rursus,’ et ‘Interdum:’ et, quia Broukh. fluctuabat, quem sensum haberet *Interdum*, mox sequente ‘sæpe,’ notaverat Hemst. ‘moras sæpe longas’ jungenda. Respondent Broukhusio et Burmannus et Barthius. ‘*Interdum leviter mec.* Borr. Regg. Colbertt. Groning. cum Veneta: quod et in suis invenerat Muretus.’ *Broukh.* Sic et Neap. Ask. *Interd. mec. grav.*

NOTÆ

juria nostro thalamo a te illata, et quam altera amica tibi fecit, cum te exclusit. Inf. IV. 8. ‘Cum nostro fieret toties injuria lecto.’

38 *Exactis sideribus*] Peracta jam nocte, et illucescente Aurora.

42 *Orpheæ lyræ*] Pro Orpheiæ. Nemo nescit Orpheum Thracem mu-

Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis,
Illa fuit lacrymis ultima cura meis.

quousque me lassam somnus pennis gratis dormire *coëgit; ista fuit extrema meis fletibus solicitudo.*

Volsci Ed. *Interea leviter* Franc. 2. *Leviter* etiam Bonon. Dresd. Perr. v. c. Exc. Mod. Rheg. Brix. Ayrm. ut ediderat Muretus. *Graviter mec.* habent edd. vett. ap. Barth. omnes, etiam Lond. et Leid. *Loquebar* Voss. 1. Dorv. 2. Burm. 2. Guarn.—44 Livineii *hesterno* improbant Broukh. Burm. Barth. *Extremo* in vulgatis ante Burm. Sic Bon. ' Pro *sæpe*, Voss. 3. *semper*. *Esse in amore* Voss. 4. Ask. *Sæve* Heins. N. ad Prop. p. 658. Pro *moras* Exc. Mod. et Groning. *vias*.' Burm. ' Groning. *vias:* quod neutiquam placet. Si quis tamen hic sensum aliquem teneriorem subesse putat, videat ille utrum sibi cum Modio convenire possit Novant. Lect. Ep. 18. Sed melius Noster III. (XX. 16. 19.)' *Broukh.*—45 *Tum* Burm. 1. *Cum* Guy. *Jocundis* Franc. 1. Groning. ' *Lassam* placuit Lipsio [ex Vaticano] IV. Ant. Lect. 11. L. Latinio in Variant. ad Prop. P. II. Operum p. 58. et aliis. Sed *lapsam* recte probavit Broukh. et Heyn. N. ad Tibull. p. 311.' *Burm. Lassam* C. Com. Bon. Dresd. omnes Broukhusii. *Lapsam* edidit Barth. *Labsam* Lachm. *Sop. i. horis* marg. Exc. Scal. *Intulit alis* Mentel. Voss. 1. *Impulit* Burmanno nonnihil suspectum: et elegantius visum *induit*.—46 ' *Ult. meta* edidit Broukh. [qui non aliter putat scripsisse Prop.] Heinsii conjecturam contextui inserens, qui non tantum in N. ad Ov. ita emendavit, sed etiam II. Adv. 6. p. 249. et ad Prop. p. 658. idque probatum fuit Dorvillio ad Chariton. p. 188. et firmatur a solo Voss. 4. saltem id longe melius Scaligerano *ult. creta*. Sed quia omnes fere codd. nempe Vossiani, Dorvv. duo mei, Leid. 2. (cui astipulantur Leid. 1. in quibus *crura*) Borr. Groning. et pr. edd. lectionem antea vulg. unanimi consensu comprobant, hoc revocandum censui, idque Hemsterhusio etiam præferebatur et Ayrmanno. Lennepius N. ad Coluth. II. 11. tentabat *Ille* (sopor) *fuit l. u. vota meis:* durissima sine exemplo appositio. Saltem conjecisset *Ille tulit l. u. vota m.* sed minime opus est.' *Burm.* Lectionis *meta* non obscurum est Broukhusio vestigium in Colb. 2. ubi *nota*. *Cura* libri Barthii cum Vulp. ad unum omnes. Gotting. *meta* recepit. Guy. mallet *creta* æque atque Scaliger.

NOTÆ

sica et melodia omnes superasse; quem fingunt olim sylvas, saxa, ferasque carminibus et cantu ad se traxisse. Ovid. ' Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus.' Orphei mater fuit Calliope, quæ lyram Aoniam tradidit Cynthiæ, ut vidimus Eleg. proxime superiori, 28. ' Aoniamque dedit Calliopea lyram.'

ELEGIA IV.

AD BASSUM.

Quid, mihi tam multas laudando, Basse, puellas,
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris, vitæ quodcumque sequetur,
Hoc magis assueto ducere servitio?
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, et tu 5
Spartanam referas laudibus Hermionen,

O *Basse, cur mihi prædicando tam numerosas fœminas compellis* me, *translato amore, meam heram deserere? Quare me non sinis, quicquid vitæ reliquum erit, potius transigere ista* sub *solita servitute? Quamvis* mihi *præconiis* ad cœlum *extollas Antiopæ Nycteidos ac Spartanæ Hermionæ formositatem, omnesque* alias,

1 '*Bassum* vocat eruditiss. Voss. de Poët. Lat. secutus Gyraldum Dial. 4. quem errorem, uti et ceteros omnes editionis Basil. fidelissime servavit nupera ista Leidana, tanto cum fastu recentata.' *Broukh.* Id. putat de Vossio Burmannus. Ceterum *Quid me* nonnulli codd. ut cum *cogis Mutatum* jungatur: et pro *laud.* Ask. *numerando.*—4 'Nescio cur Broukh. *vivere* ediderit, et veterem repudiaverit lect. *ducere*, quæ a quat. Voss. Mentel. Heinsiano, Vat. 2. 5. Dorvv. meisque agnoscitur. Licet 'vitam vivere,' 'servire servitutem,' et similia, recte dicantur, an autem 'vitæ quod restat vivere' dubito: certe *ducere* hic præfert etiam Heins. N. post Adv. p. 658.' *Burm.* *Vivere* Groning. unus Colb. Regg. *Ducere* Dresd. Venet. Colin. Mur. Morell. Passer. Græv. Lond. Leid. Vulpio *ducere* minus hic elegans videtur. '*Ducere* multi codd. in his Neapolitanus. At membranæ Groning. et Palatinæ cum tribus aliis libris *vivere*. Burmannus, 'vitam vivere' recte dici concedens, 'vitæ quod superest vivere' negat [dubitat modo], ipsum Propertium ita loqui oblitus III. 17. 19. 'Quod superest vitæ, per te et tua cornua vivam.' Utra igitur præferatur lectio, nihil refert, nisi quod tantum de lectoribus Propertii codex Groning. meruit ut *vivere* ejus auctoritate jure asciscatur.' *Lachm.*—5 'In pluribus libris manu exaratis et vetustis edd. antea legebatur *et tu Spartanæ r. l. Hermionæ*. Sed merito offendebat Broukhusii aures sonus durior *Antiopæ* et *Spartanæ Hermionæ*. *Antiope* in meo cod. 2. i. e. *Antiopes*, ut Dorv. 2. *Hermionæs* in Heinsiano pro *Hermiones:* ut in aliis: et sic L.

NOTÆ

1 *Quid, mihi tam multas*] Bassum, qui fortasse consulnerat, ut a Cynthia discederet, et, alias amando puellas, clavo clavum truderet, et amorem amore pelleret, objurgat Propertius, seque nullius fœminæ pulchritudine aut forma significat adduci posse, ut amorem Cynthiæ deponat. Quis autem fuerit ille Bassus, quem alloquitur noster Poëta, non liquet. Ille fortasse fuit Bassus Iambicus Poëta, cujus meminit Ov. T. IV. ult. 'Bassus quoque clarus iambis.'

5 *Antiopæ formam Nycteidos*] Antiopa, Nyctei filia, Lyci Thebarum regis uxor, et mulier longe formosissima, quæ a Jove in Satyrum converso compressa est.

6 *Spartanam Hermionen*] Hermione filia fuit Helenæ et Menelai Spartæ

Et quascumque tulit formosi temporis ætas,
  Cynthia non illas nomen habere sinet;
Nedum, si levibus fuerit collata figuris,
  Inferior duro judice turpis eat.
Hæc sed forma mei pars est extrema furoris:
  Sunt majora, quibus, Basse, perire juvat:
Ingenuus color, et multis decus artibus, et quæ
  Gaudia sub tacita ducere veste libet.

quas felicis ævi tempus habuit; Cynthia non patiatur istas ob famam pulchritudinis *nominari. Tantum abest, ut, si fuerit comparata* cum *vulgaribus formis, victa, iniquo et agresti etiam judice, discedat. At ista* ejus *formositas est minima portio mei insani* amoris. O mi *Basse, sunt* alia longe *meliora,* pro *quibus mori juvat. Color* est *nativus, et pluribus artibus* partum *nomen, et voluptas quam sub*

Lat. Alterutrum admitti, et servato eorund. casuum tenore legi posset *Antiopes....Spartanæ....Hermiones.*' Burm. '*Spartanam Hermionem* in quatnor Mss. Lipsius invenerat IV. Ant. Lectt. 11. sed accusativos nominum Græcorum magis litera *n* terminari quam *m* bene observavit Heins. ad II. Vell. 33.' *Broukh.* '*Antiopa....Spartanam....Hermionen* a Broukh. sunt, Beroaldo (qui tamen *Hermionam* dederat) præeunte, concinnata. Sed genitivos *Spartanæ Hermionæ* scripti omnes agnoscunt: ii quoque, ne Broukhusio credas, quos Lipsius vidisse se testatur. Tu cum Burm. *Antiopes* scribe et *Spartanæ Hermiones,* formis Græcis, quas aliquot ap. eum libri sistunt et Dresdensis Barthii, tum Romanum Ant. Volsci exemplum an. 1482. scriptum. In nostro cod. [i. e. Neapolitano] *Antiope* est et *Hermione,* quomodo genitivi in *es* finiti in eo exarari solent.' *Lachm.*—8 *Sinat* quat. Voss. Leid. 1. Dorvv. Burm. 1. '*Sinat* Dresd. et edd. mea fere omnes vett. ac recc. defend. Dousa F.' *Barth. Sinit* Regg. Venet. 2. Quod et in Leid. 1. esse dicit Burm. qui jam dixit Leid. 1. habere *sinat. Sinet* Heinsianus, Groning. Exc. Mod. ed. Broukh. Vulp. Leid. Quod verum dicit Broukh.—9 '*Nedum* communi errore Voss. 4. et Dorv. 2. ut passim male scribitur in codd. vetustis.' *Burm.*—11 Omittit *sed* Mentel. *Par* est in Voss. Omittit *est* Leid. 2. Pro *extrema* Heins. malebat *postrema:* sed vulgatam defendit Schiopp. 1. Verisim. 18.—12 Heins. malebat *juvet.*—13 *Ing. pudor* Ayrmanno legend. videbatur. Rejicit Burm. *Color est* Dresd. '*Multis decus art.* omnes libri, et sane recte. Schoppio I. Verisim. 18. visum fuit medicinam facere loco neutiquam affecto, ac reponere *nullis.* Theodorus autem Marcilius in Quotidianis ap. Horat. suo (ita loquitur) et bono periculo corrigit, *mutis d. artubus.* Id tale est, ut, si pravis mutationibus ac fatuis expositionibus præmium aliquod constitutum fuerit, uni profecto debeatur Marcilio. Haud multo rec-

NOTÆ

regis, unde dicitur '*Spartana.*' Puella fuit longe etiam formosissima, quam Orestes duxit uxorem, et postea rapuit Pyrrhus Achillis filius; qua de causa est interfectus ab Oreste. Virgil. '*Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.*'

Cynthia forma sua longe superet omnes fœminas quæ formosissimæ fuerunt, multo magis collata vilioribus minusque formosis enitescet; cujus nempe pulchritudo tanta est, ut etiam ab iniquo judice præ ceteris palmam mereatur.

9 *Nedum, si levibus*] Cum nimirum

13 *Ingenuus color*] Vultus nulli fuco

Quo magis et nostros contendis solvere amores, 15
Hoc magis accepta fallit uterque fide.

conscio vestimento prædicare lubet. Sed, *quo plus conaris nostros amores dirimere, eo magis ambo reciproca fide frustrentur* tuos conatus. Hoc *non sine parva assen-*

tius Barthius *mutis artibus* malebat XXV. Adv. 4. cujus viri ceteris in bonas literas meritis deliquium hoc judicii condonemus.' *Broukh.* ' *Mutis artibus* conjecerat Heins. quod displicet, et magis adhuc Barthii acumen, qui per *mutas artes* intelligebat, occulta amoris gaudia quæ non nisi sub tacita veste dicere liceat. Mihi non omnino rejiciend. videtur *artubus;* non vero *mutis,* ut Marcilius, sed f. *cultis* vel *nitidis* reponend. vel, quia in Vat. 2. *mollis,* inde legi posset *mollis decor artubus:* nam *decor* est in Dorv. 2. vel *nullis decor artibus,* vel *multis decor artibus* cum Bentleio ad Horat. IV. Od. 13. 17. et Patruo meo ad Ov. III. A. A. 258. Si quis tamen his omnibus posthabitis præferat Gebhardi explicationem, qui in N. p. 126. *multas* Cynthiæ *artes* referebat ad pingendi, texendi, saltandi, et canendi artes, quas variis in locis poëta celebrat, non multum refragabor.' *Burm.* ' *Ing. color et multis decus artibus.* Locus a multis vexatus, sed frustra, me quidem judice. Nihil mirum in Propertii verbis præter ablativorum absolute positorum usum, cujus rationem mutat, non tollit ceterum perbona Bentleii correctio. Quantum sibi in eo genere permissum esse Propertius voluerit, innumeris exemplis cognoscas licet: I. 2. 2. II. 13. 23. II. 24. 13.' *Lachm.* ' Bene se habet vulg. lect. et veriss. est Gebhardi interpretatio. Varias conj. sup. allatas, ut et Jo. Sterkii in Act. Litt. Societ. Rheno-Traj. vol. I. *multus decor artubus* rejecit quoque Waard. Obss. in Tibull. et Prop. (Lingæ 1797. 4.) p. 11. Neque *Ing. color* mihi arridet, nec arrisit Waardenburgio, cui scribend. videbatur *Ing. lepor.* Equidem astipulor Ayrmanno. *Ing. color* defendit nuper, haud scio an satis feliciter, V. D. in Comment. Soc. Phil. Lips. Vol. I. p. 86.' *Kuin.*—14 ' Cum Dousa repone *ducere,* quod in Commelino libro Gebhardus invenit, et in sua ed. expressit Grasserus. Neque aliter lectum Fruterio.' *Broukh.* Reliqui Barth. libri *dicere.* Qui defendit *ducere.* ' *Ducere* bene restituerunt vv. dd. licet *dicere* quat. Voss. Leidd. unus Dorv. bini mei, Groning. Borr. ed. pr. Rheg. Ald. Junt. [solenni librariorum errore. *Kuin.*] *Discere* conj. Heins. *Ducere* firmant duo Vat. collationes Colotii, Dorv. 2. et ita Francius ad oram ed. Scalig. in qua *dicere. Dicere teste* conj. Dorv. *Sub tacita mente* Markl. sed desidero exemplum locutionis *sub t. m.* Hic vero recte *sub tac. veste.* Si quem hic offendat *tacita veste,* et mox ' tacitis vocibus,' h. in v. legi posset *sub tecta ducere veste. Veste sub injecta* vel *superjecta,* ut præfert Heins. dixit Ovid. I. Am. 4. 48.' *Burm.* ' Jacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Vol. I. P. II. p. 39. recte monuit nulla correctione h. versum indigere.' *Kuin. Ducere* rectum dicit Lachm. Livia. legebat *licet,* monente Schradero. —15 Q. *m. heu* vel *o* Markl. ascripto Virgil. X. Æn. 631. Nostri El. X. 27. censet Burmannus firmare Barthii sententiam hic legentis (Adv. XXV. 4.) Q. *m. at.* Posse etiam reponi putat id. Burm. Q. *m. at....Tum m. Contendes* et in v. 16. *fallet* Heins. sed tam præsenti affirmante quam aliis temporibus, in hac locutione ' quo magis,' et ' hoc magis,' uti Veteres monet Burmannus.—16 Eld. conj. *Hoc m. asserta stabit u. f.* Heins. II. Adv. 6. 250. et N. ad Prop. p. 659. *asserta* vel *ah certa:* cum tamen, ait Barth. ' dare' et ' accipere fidem' satis nota sint. *Adducta* Markl. Stare posse vulg. putat

NOTÆ

obnoxius, et forma liberalis.

Multis decus artibus] Laus et gloria multarum artium, canendi nimirum, loquendi, pingendi, scribendi carminis, saltandi, texendi, &c. commendatione comparata. Vid. El. 2. hnj. lib.

Non impune feres: sciet hoc insana puella;
Et tibi non tacitis vocibus hostis erit.
Nec tibi me post hæc committet Cynthia, nec te
Quæret: erit tanti criminis illa memor.
Et te circum omnes alias irata puellas
Differet: heu! nullo limine carus eris.
Nullas illa suis contemnet fletibus aras,
Et quicumque sacer, qualis ubique, lapis.
Non ullo gravius tentatur Cynthia damno,
Quam sibi cum rapto cessat amore Deus,

res. Audiet hæc furens amore *puella, neque tibi secretis verbis inimica erit. Non tibi deinceps me credet Cynthia, neque de te* quicquam *inquiret. Ipsa reminiscetur tam magni sceleris; teque apud omnes alias fœminas* in circulis *indignata diffamabit. Eheu! nulla* in *domo amaberis. Ipsa lacrymis suis nulla altaria negliget,* quæ non veneretur; *et, qualiscumque ubicumque* est *lapis sacratus,* non relinquetur ipsi inhonoratus. *Nulla* enim *majore afficitur injuria Cynthia, quam*

Burm. *Fallis utrumque* Guarn. Voss. 1. 3. Leid. 1. Borr. Burm. 2.—17 '*Sciet hoc insana p.* prætuli ex Voss. 3. 4. Dorv. 2. Ask. idque malebat Heins. Miror Broukh. edidisse *sciet hæc.* Quæ lect. dubium facit lectorem an *hæc ins. p.* jungenda sint, an *sciet hæc.* [Hoc frustra Burmannum vereri censet Lachm.] Et mox sequitur 'post hæc.' In Gryph. 5. legitur *sciet hæc, insane, p.* quod minime rejiciend. videtur. *Sciat* Voss. 1. Groning.' *Burm.* 'Codex Neap. notam habet, qua *hæc* non minus quam *hoc* significatur: non enim ad diplomaticorum indices talia, sed ad cujusque librarii morem exigenda sunt.' *Lachm.*—18 *At* Borr.—19 *Posthæc* id. *Post hac* Vat. 1. 2. 4. Colotii et Perreii cod.—21 *At* Borr. *Illata* vitiose, judice Burm. Leid. 2. Exc. Mod. Groning. Venet. 2. Rheg.—22 '*Deferet* Palat. 1. Guarn. edd. Venet. Brix. Ald. Colin. cett. Reliqui *Differet:* quæ unice vera lect. est. *Lumine* Bon.' *Barth.* '*Differet* legend. cum Beroaldo, Lipsio, Passeratio, Gebhardo, Heinsio [Broukh. Lachm.]: idque firmat Neap. 1. 2. 5. [Vid. Præf. Lachmanni, et eund. in his VV. LL. ad 11. 28.] Groning. Dorv. 2. *Deferet* in Voss. 1. 3. 4. Leidd. meis codd. et primis aliisque edd. *Differt* Voss. 2. Male Ernstius ad Val. Probi Notas p. 137. ex cod. Ms. *Differt, heu nullo lumine:* ubi *lumine* firmatur a Voss. 4. Dorv. 1. in quo *die* superscriptum erat. *Limine* in meo pr. cod. et pro varia lect. *crimine,* quod ex præced. 'tanti criminis illa memor' derivatum erat. Sed *limine* omnino probum.' *Burm.* Mallet etiam cum Heins. *et nullo limine.*—23 *Contendet* Voss. 4. *Aures* Dorv. 2. vitiose, judice Burm. Heinsio N. in Prop. emendand. videtur *non tinget* vel *non sparget f. a.*—25 *Certatur* Volsc. 2. Sed *tentatur* ipse Volscus legisse videtur Burmanno, quia exposuit, movetur aut indignatur.—26 *Quam si* Exc. Scal. Pro *Deus* f. melius reponi *Venus* censet Burm. et sic conjecerat etiam Eld. (ascripto loco Catulli, 'Estne novis nuptis odio Ve-

NOTÆ

20 *Quæret*] Non rogabit ubinam Basens, neque quid agat.

23 *Nullas contemnet fletibus aras*] *Nullas aras* præteribit quin ad eas lacrymetur, et supplicet, et te devoveat.

24 *Et quicumque sacer lapis*] Nullus etiam stipes, nullusque lapis, qui su-

Præcipue nostri. Maneat sic semper, adoro:
Nec quicquam ex illa, quod querar, inveniam.

cum Divus Cupido *ipsi otiosus est, erepiis* sibi *deliciis, maxime nobis. Utinam perpetuo ista in mente perseveret; neque aliquid reperiam, unde de ipsa conqueri possim.*

nus?' LXIII. 15.) citra necessitatem, ut putat Kuin.—27 'C. Com. *nostro*: utrumque ferri potest.' *Broukh.* 'Nostro C. Com. quod non est de nihilo: ita enim loqui amat Prop.' *Barth.* *Nostro* præfert Burm. cum Heins. 'Nostri totam sententiam pervertit. Repone *nostro*. Ita Heins. ita C. Com. quod indicio est fuisse jam sæculo XV. lectores Propertii attentos et Latinitatis gnaros.' *Lachm.* 'Id oro Perr. v. c. duo Vat. Exc. Colot. sed recte vv. dd. *adoro* hic pro, oro, exponunt: quod sine exemplo esse licet Hadr. Valesius existimaret, et ideo ap. Virgil. X. Æn. 677. corrigeret, *volens vos Turnus id oro*, optime tamen a Broukh. vindicatum est.' *Burm.*—28 'Ne Dousa F. et Borr. *Nec* nostri, Groning. Regg. Colbertt.' *Broukh.* 'Ex edd. meis Ald. 1. Colin. Scal. Grasseriana, Leid. *Ne.*' *Barth.* *Nequicquam* Junt.

NOTÆ

eratus sit, ab ipsa relinquetur: venerabiturque omnia vilissima quæque, ut tu odiosus et invisus omnibus fias. Solebant autem Veteres, si in itinere conspicerent truncum aliquem dolamine effigiatum, aut lapidem unguento delibutum, pro Numinibus habere et colere. Tibull. I. 1. 'Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florea serta lapis.'

27 *Adoro*] Idem quod, oro, et precor. Ov. Ep. Ariadn. ad Thes. 'Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro.'

ELEGIA V.

AD ÆMULUM SUUM GALLUM.

Invide, tu tandem voces compesce molestas,
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.

O *æmule*, aliquando *demum comprime verba* auribus meis *gravia, nosque patere cursu, quo cœpimus, pergere concordes. Quid quæris*, o *demens, meas experiri*

Ad Gallum inscribunt codd. vetusti, Borr. Burmm. Perr. v. c. aliique. *Ad æmulum suum Gallum* edd. priores. Cf. El. 13. huj. lib. ad eund. Gallum scriptam. *In invidum* Dresd.—1 *Invide, io*, vel *at o!* vel *age o!* conj. Heins. N. Prop.—2 Eld. *Te sine nos cursu....parum est.* Heins. *Cui sumus.*—3 'Aldd.

NOTÆ

1 *Invide, tu tandem*] Gallum rivalem suum ab amore Cynthiæ, cujus pulchritudine inflammatus ardere cœperat, dehortatur Propertius; docetque quot et quanta incommoda ærumnasque passurus sit, si Cynthiam adamare perseveraverit.

Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?
Infelix! properas ultima nosse mala,
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes,
Et bibere e tota toxica Thessalia.
Non est illa vagis similis collata puellis:
Molliter irasci non sciet illa tibi.
Quod si forte tuis non est contraria votis,
At tibi curarum millia quanta dabit!

insanias? O miser, extremas miserias experiri festinas, infelixque per incognitas flammas incedere, et haurire venena ex omni Thessalia. Cynthia *ista, comparata vulgaribus fœminis, per non est; ipsa leviter succensere non consuevit. Si vero forum tuis desideriis non adoreatur, quot tamen solicitudinum millia tibi afferet?*

Colin. Gryph. et quædam aliæ edd. non agnoscunt signum interrogandi post ‘insane.’ Sensus tamen quodammodo attollitur per hoc signum. *Suos* vult Guy. perperam.’ *Barth.* Recte *meæ* velle Hemst. censent Burmannus et Lachm. *Dolores* exemplar Ant. Pocchi.—4 ‘ *Nesce* Mentel. h. e. *nosce*, ut in meo sec. F. enim voluit librarius *meos s. furores Infelix properas; ultima nosce mala:* et ita Vicent. Venet. 2. Rheg. [Brix.] sed recepta minime solicitanda est.’ *Burm.*—5 ‘ Gebhardus ex Palat. 1. *ignotas* affert: quod legitur etiam in Dorv. 1. ut ‘horrida pulvis,’ ‘ arida cinis;’ neque tamen recipiend. [Damnat quoque Barth. licet, inquit, frequens sit ejusmodi generum mutatio ap. Prop.] Sed quia *ultima nosse mala* et *miser ignotos* parum concinna sunt, mallem *insolitos, intactos, occultos*, vel simile quid scripsisset Prop.’ *Id.*—6 *Et bibere tota* Commel. Basil. *Ebib. e t.* Voss. 2. Leid. 1. *Possica* Dresd.—8 ‘ *Non sciet* est a Scaligero, qui ita habere veterem scripturam affirmat, et persuasit Broukh. Vulpio, aliis. *Non solet* Bon. Guarn. Palatt. C. Com. Dresd. edd. antiq. Venet. Brix. Ald. Colin. cett. etiam Douss. Quodsi amicus ille Propertii nunquam expertus erat Cynthiam, at saltem Propertius mores ejus probe cognitos habebat: ut adeo Scaligeri argutiæ concidant: inprimis, si notes τὸ *tibi* παράλλαξιν, ut sæpe. *Non sciet* Passeratius quoque respuit.’ *Barth.* ‘ *Non solet* omnes fere codd. quat. Voss. Leidd. Dorvv. mei, Mentel. Groning. Borr. Sed marg. Dorv. 2. *sinet.* Sed, quia Cynthiam nondum expertus erat Gallus, *non solet illa tibi* incongruum est, et præstaret *non solet illa mihi.* Sed recte Scaliger *non sciet* substituit, quem licet nugari dicat Passeratius, ipse potius fallitur, cum *tibi* abundare notat. Pro *Moll.* Frut. conjecerat *Fortiter:* quod si quis admittend. censeat, legi posset *Fort. ir. nam sciet illa tibi.*’ Burm. ‘ *Non sciet* pulchrum correctoris commentum in Cuj. reperit Scaliger.’ *Lachm.* qui mallet *non solet illa: time.*—9 ‘ Vulgg. habent *Quod si f. t. n. e. c. v.* quam lect. retinuit Passeratius, et sanissimam Gebhardus pronuntiavit: neque aliter scribunt Regg. Reliqui fere *contr. nostris:* unde Lipsio placebat *Q. si f. animis n. e. c. nostr.* In nostro 1. clare legitur *Q. s. f. ausis n. e. c. nostris:* itaque nihil muto, nisi *Aut* in *Quod* converso.’ *Broukh.* ‘ *Q. si f. ausis n. e. c. nostris* est e lib. scripto Scaligeri: quam recep. Broukh. Vulpius, Gött. Gabb. *Tuis....votis* Regg. Venet. Brix. Ald. Colin. cett. quæ lect. ideo non erat loco

NOTÆ

6 *E tota toxica Thessalia*] Thessalia regio fuit venenorum et herbarum magicarum feracissima. Tibull. II. 4. ‘ Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, Quicquid et herbarum Thessala terra gerit.’ Horat. I. Od. 27. ‘ Thessalis Magus venenis.’

Non tibi jam somnos, non illa relinquet ocellos.
Illa feros animis alligat una viros.
Ah! mea contemtus quoties ad limina curres,
Cum tibi singultu fortia verba cadent,
Et tremulus mœstis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam,

Tunc tibi neque quietem, neque oculos ipsa tibi relinquet. Hæc enim *sola truces ac feroces* etiam *homines* domare et *constringere potest. Ah quoties spretus ad meas fores accurres? quando tibi* gravibus *suspiriis superbæ voces excutientur, et tremebundus horror tristibus lacrymis oborietur, ac luridum in vultu colorem efficiet*

movend. licet sensus id. sit: namque versus intelligend. est de intercessione Propertii pro rivale. *Tuis....nostris* reliqui codd. Gebhardo et Broukh. inspecti: it. Bon. Guarn. *Animis...nostris* Morell. Passer. Græviana, Lond. ex emend. Lipsii.' *Barth.* ' *Tuis...votis* Mentel. Groning. Leid. 2. 4. Dorv. 1. a m. sec. et ex cod. Reg. probat Guy. *Animis....nostris* Perr. v. c. Vat. 1. 2. Neapolitanus, et sic Ayrm. *Ruis....votis* pro *tuis*, vel *ruis....nostr.* ut Borr. Ask. Voss. 1. 2. 4. meusque 2. sed *tuis....votis* marg. *Auris....nostris* context. Voss. 2. et in meo 1. legitur, ut edidit Scaliger. *Ausis...vestris* Heins. idque probabat Hemst. Sed prætuli *tuis....votis.*' Burm.—10 ' *Milia* et *mile* constanter Groning. et Venet. 2. neque unquam aliter membranæ Horatii Græviance: docte, atque ex antiquissimo veterum usu. Milia lapis vetustus, quem Romæ vidit J. J. Boissard. neque aliter scribi in optimis quibusque membranis testis est locuples Pierius Valerianus Castig. in Virgil. IV. G. et in IX. Æn. 132. ac N. Heins. in Ovidianis. Rationes grammaticas tradit Claudius Dausquius in Orthograph. P. II. Tamen aliter obtinuit usus. *Millia multa* est in nostro 1. et in principe ed. minus significanter. Taubmannus ad Trinum. Plauti II. 4. ita citat: *Cur. peperit millia q. tibi?* memoria lapsus videl. et fuere postea, qui Taubmanno, quam Propertio ipsi, credere maluerunt.' *Broukh.* ' *Ah tibi* non male Voss. 4. Vatic. 1. 2. Exc. Colot. *Et tibi* Heinsianus, in quo *millia multa*, sed perperam.' *Burm.*—11 ' *Illa* abest ab Heinsiano, qui refingit *somnus noctu inclinabit oc.* frustra. *Relinquet* Posth.' *Barth.* ' *Ocellis* Exc. Scal. *Illa* deest Heinsiano: unde quis hariolari posset *somn. irata rel.* Heinsii conj. a vestigiis receptæ lect. nimium recedit: vulg. potius explicand. quam solicitand. videtur. Certe *illa* hoc v. et seq. ' Illa feros animis,' et bis paulo ante ' Non est illa vagis,' ' irasci non sciet illa,' parum concinna sunt.' *Burm.*—12 *Ferox* Dresd. *Animos* Dorv. *Colligat* Voss. 4. Ask. ' Dubium an *feros animis* jungenda sint, an *animis alligat.* Priori modo et f. rectius intelligit Passeratius. F. legi posset *subjugat.* Quicquid enim ex Donato ad locum Terentii et Horatio affert Broukh. ad elegantiam vocis *alligat* illustrand. et ex aliis Barth. ad Claudian. p. 691. sensui huj. l. minus convenire videtur... Parum referet an *feros animis viros*, an vero *animis subjugat* jungamus, et ad Cynthiam referamus. Inepte *armis* hic conjecit Ayrm.' *Burm. Feros animis* conjungenda esse opinatur Kuin. —14 *Quam tibi singultim* Heins. II. Adv. 6. Singultu tamen loco non est movend. judice Burm.—15 ' *Et tr. m.* duo nostri cum Borr. *Et tremulis mastus* Groning. Regg. Colb. 1. *Et mæstus tremulis* Colb. 2. Sed nihil mutand.' *Broukh.* ' *Tremulus horror* elegantius dicitur. *Humor* Heins. Nihil

NOTÆ

14 *Fortia verba cadent*] Verba cadunt, quæ proferri et attolli non possunt, sed irrita sunt et inania. Tibull. II. 6. ' Magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausæ fortia verba fores.'

Et, quæcumque voles, fugient tibi verba querenti,
Nec poteris, qui sis, aut ubi, nosse miser?
Tum grave servitium nostræ cogere puellæ
Discere, et exclusum quid sit abire domum.
Nec jam pallorem toties mirabere nostrum;
Aut cur sim toto corpore nullus ego.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
Nescit Amor priscis cedere imaginibus.

metus, et omnia quæ cupies loqui *verba tibi conqueri* conanti *effluent, neque valebis, infelix, cognoscere qualis sis, vel ubi* sis. *Tunc tibi necesse erit durum sentire jugum heræ meæ, et* experiri *quantum sit* malum *repulsam passum repetere domum* suam. *Tum neque tam sæpe admiraberis meum pallorem, vel quare ego* tam *extenuatus sim totis artubus. Neque generis claritas ferre opem tibi amore* ardenti *valebit. Amor* enim *non novit cedere antiquis stemmatibus. Si vero exigua tui de-*

mutand.' *Barth. Tremulis* Dorv. 1. *Et tremulis mœstus* Vicent. Venet. 2. Rheg. Volsci, Ald. et ed. Mur. et Frut. tam in marg. libri sui quam in Epp. a Gabbema editis p. 637. *Tremulus mœstis* Voss. Heinsianus, Borr. Mentel. qui habet *horor*. Heins. II. Adv. 6. et N. ad Prop. p. 659. legebat *Et tremulis mœstus or. fl. humor. Tremuli* vel *mœsti fletus* Burmanno parum satisfaciunt. Malit *Et tremulus mixtis or. fl. horror:* et censet *mœstis* ingestum fuisse huic l. quia *mistis* a librariis fuerat exaratum pro *mixtis*, pro more sequioris ætatis. Burmanni conj. probavit V. D. in Bilbioth. Amst. Crit. Vol. II. P. II. p. 7. cui *mœsti fletus* frigent, cum fletus non nisi mœsti esse possint. Putabat aliquando Kuin. leg. esse *multis;* sed lect. vulg. bene se habere tandem censuit.—16 *Tremor* Groning. quod irrepsisse putant Broukh. Burm. et Barth. ex versu præc. *In ora* id. lib. quod retinend. videbatur Broukhusio ut figuratius. *Et tumor i. d. in ora n.* reponit Heyn. Obs. in Tibull. I. 8. 68. *Et tremor i. d. in ora n.* Exc. Mod. *Tumor* legebat Ayrm. ' Male Broukh. recepit *in ora*, cum reliqui omnes ap. me codd. quat. Voss. Leidd. Dorvv. ac mei constanter in *ore* conspirent: neque aliter Borr. Ask. Venet. 2. Vicent. Rheg. Volsci, Aldi, Junt.' *Burm.*—17 *Nec quæ dicta voles* Heins. N. in Prop. Pro *querenti* Voss. 4. *loquenti:* et sic Ask. sed *querenti* marg. Optime, judice Burmanno, Sant. malit *Et quæc. volet.*—18 *Quis sim* Ask. *Aut tibi* Mentel.—20 ' *Discre* Posth. Italica pronuntiat. *Excelsam domo* Bon.' *Barth. Miscere* Heinsianus. *Exclusam* Ask. Heins. N. in Prop. conj. *et e clusa quid sit abire domo.* Sed non opus, auctore Burm. *Domo* certa conj. sibi videtur corrigere Lachm. ' Nam in codd. lect.' ait, ' non otiosum tantum et quavis beta languidius *abire domum* est, sed et falsum; quis enim τὸν δυσέρωτα domum abire cogeret? Hoc, ut opinor, perspiciens Heins. sed vitiosum secutus exemplum El. S. 36. conjectavit hic legend. *e clusa domo:* cum tamen abitus e clausa domo nisi per fenestram nullus sit. Aliud autem vitium an perspexerit nescio, in re positum a nemine hactenus, quod sciam, explicata. Nempe hanc consonantiam *exclusum domum* metri leges ferre pernego, solerti observatione edoctus, ὁμοιοτέλευτον in hemistichiis versus pentametri locum non habere, nisi quinque modis iisque ab hoc nostro diversis.' Sed nimis longus est ut eum jam ulterius sequamur. Et sane quod hic dixit in Notis, mutat in Addendis.—21 *Miserabere* Heinsianus, Voss. 1.—22 *Sum* Posth.—24 *Credere* Leid. 1. Exc. Scal. Mentel. Male,

NOTÆ

22 *Cur sim corpore nullus*] Cur omnibus membris ita contabuerim, et macies sic corpus meum extenuarit, ut vix aliquid ex me supersit.

Quod si parva tuæ dederis vestigia culpæ,
  Quam cito de tanto nomine rumor eris!
Non ego tum potero solatia ferre roganti,
  Cum mihi nulla mei sit medicina mali.
Sed pariter miseri socio cogemur amore
  Alter in alterius mutua flere sinu.
Quare, quid possit mea Cynthia, desine, Galle,
  Quærere: non impune illa rogata venit.

licti signa dederis, quam repente de tam magno nomine fabula vulgi *fies! Ego tunc nequeam auxilium* tibi *imploranti dare, quandoquidem mihi nullum est mei mali remedium. At una simul infelices compellemur alter in alterius gremio communia* nobis mala *lamentari. Itaque,* o mi *Galle, omitte scire velle, quid possit* amica *mea Cynthia; non* enim *sine pœna rogatur.*

judice Burm.—25 *Quid si* Voss. 1. 3. Burm. 2. Recte omnino, eod. judice. Pro *culpæ* Heins. legebat *curæ*. Sed *culpæ* defendit Burm. Ingeniosam putat Kuin. esse Heinsii conj. tamen *culpæ* ei præplacet.—28 'Tum conjecerat Heins. in marg. ed. Gryph. et Broukh. ad oram Colin. quod et in Heinsiano et meo 2. legitur. *Cum* 1. Sed recte in pr. edd. *Quam mihi*. Possis etiam *Quum non ulla mei*.' Burm.—30 *Ferre* Voss. 3. a m. pr. et 4. quod ex v. 27. repetitum, ut censet Burm. *Munera ferre* ex C. Com. affert Gebh. sed absurde, censente Burm.—31 Male, judice Burm. hæc in Burm. 1. invertuntur hunc in modum: *Quærere, quid p. m. C. d. G. Quare? non.* Id petitum putat ex II. 22. 13. 14.—32 Markl. *vocata*. Sed non opus putat Burm.

NOTÆ

23 *Nec tibi nobilitas*] Gallus iste fuit vel e gente Cornelia, vel Ælia; in utraque enim fuerunt Galli. Gens autem Cornelia plures familias continebat; Galloram, Lentulorum, Sylarum, Scipionum, Dolabellarum, Balborum, Frontonum, Celsorum, &c.

24 *Nescit Amor cedere imaginibus*] Ovid. etiam dixit: 'Nobilitas sub Amore jacet.' Sic etiam Propert. El. 14. huj. lib. 'Nescit Amor magnis cedere divitiis.' Imagines autem majorum cereas apud veteres Romanos in atriis fuisse singulis armariis dispositas, quæ funera comitari solebant, docet Plin. XXXV. 2. Cic. in Pisonem: 'Irrepsiati ad honores commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes præter colorem.'

25 *Culpæ*] Amoris. Virgil. IV. Æn. 19. 'Huic uni forsan potui succumbere culpæ.'

26 *Rumor eris*] Quo quis enim major est aut nobilior, eo peccatum ejus conspectius est, citiusque famæ pennis undequaque differtur.

30 *Mutua flere sinu*] Symmach. VIII. Ep. 28. 'Adversa, quæ cum pluribus pertulisti, more humani ingenii habent aliquod de societate solatium.' Plin. VIII. Ep. 16. 'Est enim etiam quædam dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas, apud quem lacrymis tuis vel laus sit parata vel venia.'

32 *Non impune rogata venit*] Dolorem et cruciatum affert amanti, nec sine fellis amaritie est amor Cynthiæ, præsertim cum rogatur. Rogare porro verbum est rei amatoriæ propriam. Ov. I. Amor. 8. 'Casta est quam nemo rogavit.' Et: 'At, si rusticitas non vetat, ipsa rogat.'

ELEGIA VI.

AD TULLUM.

Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum,
Tulle, neque Ægæo ducere vela salo;
Cum quo Rhipæos possim conscendere montes,
Ulteriusque domos vadere Memnonias.

O *Tulle, jam non timeo* una *tecum Adriæ pelagus tentare, neque* metuo *per Fretum Ægæum navigare; quocum valeam Montes Rhipæos transcendere, et ultra*

Ad Tullum Borr. Burmm. aliique, et pr.edd.—1 ' *Tunc* Voss. 1. 2. Burm. 2. *Tum* Voss. 1. [sic]' *Burm.* ' *Adr.* duo nostri, et Borr. Reliqui *Hadriæ*, quod rectum esse jam olim docuit Jov. Pontanus de Aspiratione I. neque aliter lapides literati ap. Ald. Manut. in Orthogr.' *Broukh. Hadr.* edd. Barthii, *Adr.* Ask. *Ma. cernere* marg. Ask. Non opus est mutare, auctore Burm.—2 *Nec* Dresd. *Ægeo* Basil. Muretiana, Græviana, cett. *Pandere* Guy. *Credere* Heins. N. in Prop.—3 *Tecum Riphæos* in aliis legi testatur L. Lat. in Variant. ad Prop. P. II. Operum p. 58. et sic Dorv. 2. ' Mendose in meo 2. *Cum Corripeos*: i. e. *Cum eo* (pro *quo*) *rhipeos:* nisi in illa scriptura lateat aliorum Mss. lect. *Quum Corcyræos*, ut in tribus Voss. Heinsiano, Dorv. 1. *Corypheos* marg. mei 1. quod et in Mentel. *Quo* certe desideratur in Leid. 1. tribus Voss. et Dorv. Hinc f. quis elicere posset *Et Corcyræos;* subintellecto, tecum, ex v. 1. Sed *Riphæi* vel *Rhipei montes* non solicitandi. Posset etiam repeti *Tecum Rhipæos*, vel *Tec. ego Rhiphæos.* De diversa ratione qua *Ripheos, Rhipeos*, et *Rhiphæos*, [Hoc edidit Burm.] scribebant, vid. Column. ad Ennium p. 138.' *Burm. Riphæos* edidit Kuin. at dicit hanc esse vulgarem quidem scribendi rationem, sed veriorem haud dubie esse *Rhipæos*, ut nos edidimus cum Lachm.: et subjungit Gr. τὰ Πίσσα ὄρη. Ceterum *ausim* conjecerant Heins. ad marg. Ald. et Dous. F. et Burm. ad Lotich. II. 9. p. 141. Sed *possim* eand. hic vim habere putat Barth. Burm. ad h. l. sic tandem dixit: ' *Posse* tamen pro, audere, XV. 37. ubi vid. Broukh. et plura dedi in N. ad Lotich. II. 9. 73. et in Addendis p. 681. Et huic lect. nonnihil favet Martial. X. 20. et Tibull. IV. 13. 9. ' Tecum ego secretis possim bene vivere sylvis,' ut legit Markl. ad Stat. Sylv. p. 313. Sed illic *possim* recte: hic vero *ausim* melius est de re periculosa.'—4 *Alteriusque* Heinsianus. ' *Mem.* Colbertt.

NOTÆ

1 *Non ego nunc Adriæ*] In Asiam profecturus, cui proconsul fuerat destinatus Tullus, Propertium invitaverat ad peregrinationem Asiaticam; quam libenter se suscepturum fuisse dicit Poëta, nisi Cynthiæ, quam ut deserat adduci non potest, amor obsisteret, qui longe plus potest, quam cuncta mortalium vota. Adria porro oppidum in finibus Piceni, unde Mare dictum est Adriacum et Adriaticum; nunc *Golfo di Venetia;* quod etiam Latinis dictum est Mare Superum et Mare Ionium.

2 *Ægæo salo*] Ægæum Mare nonnulli volunt dictum a quodam scopulo, quem Αἶγα vocant, quod capræ exsilientis referat similitudinem. Alii ab Ægeo rege Atheniensium, Thesei patre, qui se in illud præcipitem egit.

3 *Rhipæos montes*] Rhipæi sunt

Sed me complexæ remorantur verba puellæ,
  Mutatoque graves sæpe colore preces.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
  Et queritur nullos esse relicta Deos.
Illa meam mihi se jam denegat: illa minatur,
  Quæ solet ingrato tristis amica viro.
His ego non horam possum durare querelis.
  Ah! pereat, siquis lentus amare potest.

Memnonias regiones penetrare. At me voces amplectentis amicæ, et preces variato frequenter colore ardentes retinent ac *remorantur. Ipsa mihi integris noctibus amorem* in me suum *objectat, desertaque conqueritur nullos esse Divos. Ipsa jam mihi negat se* esse *meam; ipsa* mihi *minitatur, quicquid consuevit irata puella amatori querulo. His ego querimoniis per* unam tantum *horam nequeo resistere. Ah! si quis tepidus et indifferens potest esse in amore, male sit illi. Sitne mihi*

Groning. Borr. *In emonias* noster 1. sup. scripto *Memno. In Emonias* unus Reg. noster 2. *Mæmonias* alter Reg. *In Æmonias* videtur probare Lips. IV. Ant. Lect. 11. sed *Memnonias* legi debere jam alii evicerunt.' *Broukh. Æmonias* Brix. ' *Memonias* Voss. 2. 3. et cod. Livin. *Semnonias* Leid. 1. *In Æmonias* Voss. 1. Leid. 2. Heinsian. uterque meus, Venet. 2. Rheg. quæ lect. non omnino repudiari debet. Sed *Memnonias domus* de Æthiopia intelligunt. Vid. Oud. ad Lucan. III. 284. [et *Æmonias* haud dubie scribarum incuriæ debetur: Kuin.] Quid si *Hyperboreas* legamus ex loco Virgilii: ' Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem, Arvaque Rhiphæis nunquam viduata pruinis?' *Burm.*—5 *Memorantur* Voss. 2. *Vincla* Heins. in ora ed. Ald. quod probat Burm.—6 *Calore* Heins. quod h. l. sensum minus elegantem habere putat Barth. *Dolore* tres Voss. et Burm. 2.—7 ' *Acuit sub noct.* vet. c. ap. Heins. Adv. II. 6. p. 251. qui tamen nihil mutat: licet in N. Prop. *objectat* tentet.' *Barth.* ' *Ac. sub n.* Perr. v. c. Vat. 2. Pro *ignes* Guy. *instans.* Sed vid. Heins. vulg. *argutat* vindicantem II. Adv. 6.' *Burm.*—8 ' *Dies* Exc. Scal. Heinsianus, Dorv. quomodo f. scripserunt librarii, ad oppositionem ' noctibus ' in v. præc. vel cogitantes illud Penelopes ap. Ov. Ep. I. 8. Sed *Deos* hic minime tentand.' *Id.*—9 ' *I. m. m. j. se:* insuavis numerus: sed quem levi transpositione reddas suaviorem: *I. m. m. se j.* Nec dubito quin ita fuerit a manu Poëtæ.' *Broukh.* ' Broukh. secutæ edd. Leid. Gött. Vulp. *Se negat* Dresd. contr. metrum. *Esse min.* Posth.' *Barth. Mihi jam se* Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et prisc. edd. *Se denegat esse* male, judicante Burm. in Groning. et cod. Livin. *Mihi sese denegat* v. c. in libro Pocchii. Broukhusianam tacite anticipavit Heins. Adv. II. 6. p. 251. Quam tuetur Lachm.—10 ' Noli dubitare quin scriptum fuerit *ingrato.*' Broukh. Sequuntur Barth. Burm. Lachm. At præcessit Heinsius Adv. II. 6. Sic quoque legit in N. ad Prop. *Ingrato* habent unus Vat. et Exc. Colot. Alii omnes *irato.*—11 *His sine* Guy. sine sensu, judice Barth. *Possim* C. Com. Frut. ed.

NOTÆ

Scythiæ Montes perpetuo gelu et ventorum septemtrionalium flatu rigentes.

4 *Domos vadere Memnonias*] Nonnulli Thebas Ægyptias significari putant, ubi Memnonis statua quondam dicebatur quotidie Solem exorientem sonitu lyræ et strepitu salutare. Alii volunt Æthiopiam intelligi, ubi Memnon dicitur sepultus, quem etiam Æthiopem vocat Catullus.

An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas,
  Atque Asiæ veteres cernere divitias,
Ut mihi deducta faciat convicia puppi
  Cynthia, et insanis ora notet manibus?
Osculaque opposito dicat sibi debita vento,
  Et nihil infido durius esse viro?
Tu patrui meritas conare anteire secures,
  Et vetera oblitis jura refer sociis.

tam magni momenti *eruditas adire Athenas, et antiquas Asiæ opes videre, ut ob consecutum navigium Cynthia me maledictis incessat, et furiosis unguibus vultum suum laceret, et dicat basia sibi fuisse vento opposito tradita, nihilque esse crudelius infideli amatore? Tu* vero, o Tulle, *omittere nobiles patrui* tui *fasces anteverte*re, rursusque *reddere jura antiqua* populi Romani *fœderatis qui* ea *oblíti sunt.*

Mur. Rouill.—12 Inepte, censente Barth. *lætus* Voss. 4.—13 *At mihi* Id.—14 ' *Nescere* Exc. Scal. et Mod. Sic Groning. Voss. 4. Dorv. 2. Ask. quod ex præced. ' cognoscere ' promanavit. *Delicias* conj. Francius, quod non placet.' *Burm.*—15 *Deducta* Voss. 3. Conj. Passeratius *jaciat*. Vulg. tuetur Burm.—17 ' *Didita* Palm. quod insuper ridicule exponit. Male quoque Frut. II. Veris. 18. *ded.* cum in libris suis extare fateatur *Ceb.* quod in suis et Gebh. invenit, et agnoscit Groning. cum duobus nostris et Colbertt.' *Broukh.* ' Difficilem hunc l. variis conj. et explicationibus obscuriorem potius reddiderunt VV. DD. quam lucem ei affuderunt. *Opposito dicat contraria vento* Voss. 3. et in marg. *sibi debita*, ut Ask. Dorv. 2. Mens 1. *Oscula quæ opp. dicat sibi debita* v. et in marg. *dicat contraria* v. *Dedita* [quod et *debita* sæpius commutari dicit Kuin.] Neap. 1. Leid. 2. Voss. 1. et meus 2. ac Venet. Rheg. aliæque: unde *didita* conj. Heins. ad oram ed. Ald. *Apposito* Exc. Mod. Dousa P. margini ed. Rouill. ascripserat: ' Argute interpretatus est hunc l. Scaliger. Ego tamen Fruterio meo assentior potius, emendanti *dedita* pro, data.' Sed illius et Scaligeri sententiam, Passeratio et Livineio probatam, rejecit Broukh. Mihi legend. videtur *Osculaque opp. dicat mihi deb. vento*, ut *dicat mihi* jungantur vel *sibi debita*.' Burm. ' Fontenius, ut notavit [et probavit] Huschk. in Ep. Crit. ad Santen. conj. *ponto*. Mihi Burmanni lect. et expositio præplacet.' *Kuin.* Lachm. legit *Osculaque ut posito dicat sibi debita vento*.—18 Husck. ecod. Vallieriano affert *thoro* pro *viro*. sed nihil mutand. judice Kuin.—19 *Patri emer.* Perr. v. c. Vat. 2. *Patriæ* Dorv. 2.—20 ' *Sociis* retinend. videri possit: sed haud difficulter amplector Heinsii [Adv. II. 6. et N. Prop.] correctionem, ex corrupta membranarum scriptura *referre sonis* feliciter restituentis veram ac legitimam *referre foris*.' Broukh. Quam jure improbare videtur Barthio Vulpius. ' *Referre foris* confirmatum inveni a Perr. v. c. Vat. 2. duobus meis: quanquam quat. Voss.

NOTÆ

13 *Doctas cognoscere Athenas*] Athenæ civitas est Græciæ longe celeberrima, in qua bonarum literarum mercatus amplissimus; unde doctrinæ et eruditionis nomine celebratur. Sic III. 21. ' Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.'

14 *Asiæ veteres divitias*] De divitiis Asiæ et luxu pluribus egit Cic. pro L. Manil. et pro Murena, et I. ad Q. Fr. Horat. I. Sat. 7. ' Bruto prætore tenente Ditem Asiam.'

19 *Patrui anteire secures*] Honores, fasces, magistratus. De securibus,

Nam tua non ætas unquam cessavit Amori;
Semper at armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi non unquam nostros puer iste labores
Afferat, et lacrymis omnia nota meis.

Nunquam toto *vitæ tuæ* spatio *indulsisti amori; sed semper* tibi *studium fuit armatæ patriæ. Tibi vero puer ille* Deus *nunquam inferat* pares *nostris erumnas,*

Leid. 2. et Dorvv. alteri lect. *refer sociis* astipulentur, quam etiam servant edd. pr. easque secutæ vetustiores. Neque contemnenda sunt, quæ pro ea notavit Passeratius, tam ad h. v. quam ad p. 532. Neque tamen Heinsiano ingenio eique assurgenti Broukhusio mordicus adeo adhærendum contendo, ut non aliorum judicium simul admittendum censeam. Consulenda sunt quæ ab utroque in alia discedens annotavit Hemst. qui *refer sociis* propugnat, et difficultatem alteri lect. a persona Tulli movet, quam sensisse etiam videtur Vulp. qui Heinsii correctionem se ideo repudiare subjungit, 'quia efficax magis et concinnum *jura refer* quam *conare referre*, tanquam si res esset dubii eventus:' quæ tamen an tanti sit ut Heinsianam emendationem penitus subvertat, liceat mihi nonnihil subdubitare. Miror magis viros illos doctos Heinsio etiam non opposuisse, *oblitos socios* rectius dici quam *oblita fora*. Quæ si displicerent, f. *obtritis foris* substitui posset.' *Burm.* 'Referre foris Heinsian. et Burm. 2. nescio an e Vallæ libro: de conjectura enim non videtur positum. Potest tamen et recentius erratum esse. Certe unice verum est *refer sociis*. Ceterum mirari subit lect. *referre sonis*, quam Heins. in quibusd. codd. invenisse vult, ap. Burm. copiis Heinsianis usum non apparere.' *Lachm.*—21 *Jam* Heinsian. *Nunquam* Leidd. Voss. 2. 4. Dorv. 2. Dresd. et pr. edd. 'Cessavit, quod bene restituit Scal. agnoscunt omnes libri. *Servivit* a Beroaldo est: cum tamen Volsci quoque editio *cessavit* præferat, necnon Venet. 2.' *Broukh.* 'Nunquam servivit Venet. et Basil. 1539. sed recentior 1569. *unquam s. Serv.* est quoque in Ald. Colin. cett. et f. defendatur e II. El. 13. 36.' *Barth.* 'Cessavit Perr. v. c. Mentel. Heinsian. Exc. Scal. et Mod. Borr. Vat. 2. Groning. aliique. *Cesserit* Neap. *Cessante* Voss. 2. *Servivit* marg. Voss. 1. et secundi mei. Sic Vicent. Aldd. Junt. Colin. Gryphii, Rouill. Douss. Cant. Grasseriana. *Cessavit* prætulit Lips. IV. Ant. Lect. 11. probante Heinsio in N. ad Prop. p. 661. Recte omnino.' *Burm.*—22 *S. et* Guy. sic Voss. 3. 4. Borr. Neap. 5. (V. Lachm. Præf.) et alii. *Et amatæ* Ask. 'Et armatæ libri Livin. cum Borr. et uno Colb. [et Dresd. et edd. plerisque Barthii.] Parum refert quid malis. Odiose nugatur Palm. cum suo *inarmatæ*, quod vult oppositum esse τοῦ 'exarmatæ.'' *Broukh.* Damnat Palmerium et Barthius. *Armata patria* offendebat Hemst. ideoque præferebat *S. at armato cura fuit patriæ*: quam probare videtur Burm. Scribend. jubet Lachm. *S. et*, et defendit *armatam patriam* ex Lucan. II. 574.—23 *At* Frut. Turnebus, et Guy. *Ut* Heinsian. *Nonnunquam* Guarn.—24 *Afferet* Voss. 4. 'Locus af-

NOTÆ

et cur vinctæ cum fascibus magistratibus præferrentur, vid. Plut. in Problem. Quæst. 82. Quis fuerit ille Tulli patruus incertum est, nisi forte fuerit ille Lucius Volcatius Tullus, qui cum M. Lepido biennio ante Ciceronis consulatum consul fuit, de quo Horat. III. Od. 8. 'Amphoræ fumum bibere institutæ Consule Tullo.' Fuit et L. Volcatius Tullus collega Augusti in secundo consulatu, ut refert Dio XLIX.

20 *Vetera oblitis jura sociis*] Refer, inquit, o Tulle, jura antiqua sociis provincialibus Asiaticis, qui jam ipsorum obliti sunt propter longa temporis intervalla.

23 *Puer iste*] Cupido aliquando

Me sine, quem semper voluit fortuna jacere,
  Hanc animam extremæ reddere nequitiæ.
Multi longinquo periere in amore libenter,
  In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis:
  Hanc me militiam fata subire volunt.
At tu, seu mollis qua tendit Ionia, seu qua
  Lydia Pactoli tingit arata liquor;

neque cuncta mala *meis fletibus cognita. Patere me, quem semper fortuna voluit obscurum remanere, reddere hunc spiritum extremæ nequitiæ. Plures sua sponte in amore diuturno mortui sunt, in quorum numero* utinam *me etiam humus contegat. Non ego sum natus ad gloriam, neque ad arma aptus; istud,* quod gero, *bellum* amoris *me sequi decernunt fata. Sed tu,* o Tulle, *sive qua sese mollis Ionia extendit, sive qua Pactoli* fluvii *aqua vomeres Lydios inficit, sive pedibus per*

fectus, quem medicando pejus corruperunt. Turnebus refingebat *omina nota* XXI. Adv. 6. Passeratius *somnia nota*. Sed quantivis pretii est lect. cod. nostri 2. sæpe boni, in quo claris literis legitur *ultima vota meis*. Mortem intelligit, quæ est linea postrema omnium votorum.' *Broukh.* ' *Omnia nota* est lect. vulg. sic etiam Dresd. more Propertiano, qui adjectiva neutra sic frequentat.' *Barth.* *Omnia nota* pr. edd. Ask. et Burmm. sed *vota* marg. secundi. Illud Markl. probabat. Veram lect. esse *omnia nota* putat Kuin. qui voces sit *nota* ac *vota* centies a librariis esse permutatas. Quamplurima hic dicit Lachm. in quibus, ' cum neque,' ait, ' *ult. vota* in h. l. stare posse intelligatur, nec *omnia nota*, quid superest quam ut videamus si f. e duabus minime probis codicum lectt. tertia eaque vera erui queat? Id fiet si formabimus: *ult. nota meis.*' quam multis defendit.—25 *Vol. sem.* Voss. 1. 3. Heinsian. Burm. 2. Pro *jacere* Gebhardus ex C. Com. profert *latere:* quod glossam esse recte censere Burmanno videtur. Ceterum *v. s.* tuetur Lachm. ' *Sem.* potius quam *vol.* primarium accentum expostulat. Quantum hoc intersit, ex Eleg. seq. 15. intelliges. ' Puer hic ' contemtim dicit: at longe aliud, si scribas *Te quoque si puer hic certo concusserit arcu.*'—26 *Nequitiæ* vocem corruptam esse ascripserat Markl. sed Burmannus nescit quare: esse enim dicit de ludo amoris ap. Prop. frequentissimam. *Militiæ* liber Pocchii.—28 Mallet Burm. *me mea t. t.*—29 Offendit Burm. *natus idon. arm.* cum alterutrum sufficiat ei, sonumque ingratiorem reddat. Ergo conjicit *laudi natus nec id. ar.* vel *laudi, non Martis id. a.*—30 *Facta* nonnulli Mss. male, judice Burm. *Velint* id. rectius putat quam *volunt:* idque propt. præc. ' me quoque terra tegat.'—31 *Tendis* exemplar Pocchii. *Quæ tend. Ion. s. quæ* Bon.—32 *Lidi*

NOTÆ

dicitur tantum puer, ut hoc in loco, et El. proxime seqnenti: 'Te quoque si certo puer hic concusserit arcu.' Aliquando etiam Deus, aliquando ales vocitatur. Inf. El. 19. ' Non adeo leviter nostris puer hæsit ocellis.'

26 *Reddere nequitiæ*] Nequitia, ut nonnulli volunt, est, luxus vitæ prodigus et effusus; sæpius vero pro lascivia, petulantique libidine, vel inertia accipitur. Nequitia est, libidinosa inertia, ut ait Donatus.

31 *Mollis Ionia*] Ionia regio est Minoris Asiæ, ab Ionio Xuthi filio sic dicta; quo duce Athenienses plures in Asiam deduxerunt colonias, ut ait Vitruv. ' Mollis' autem Poëtæ dici-

Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis
Ibis, et accepti pars eris imperii:
Tum, tibi siqua mei veniet non immemor hora,
Vivere me duro sidere certus eris.

terram, sive navigio per mare iter facere voles, *etiam accepti imperii pars eris: tunc, si aliquod tibi temporis momentum aderit, quo mei memineris, certo scies me gravi fato vitam ducere.*

pactoli Guarn. *Pactolus* Exc. Scal. non ineleganter, judicante Burm. '*Tinguit* Borr. Recte: nam istud Regiorum *cingit*, quod et in uno Mureti erat, profluxit ex vulgari scriptura *tingit*. *Tinguere* autem debere scribi, ostendit compositum *distinguere:* idque plus semel monuit doctiss. Pierius in Castigatt. Virgil. *Aratra* nostri libri, quasi ex condicto: sed *arata* ex suis jam olim restituerunt viri magni, Turnebus, Lipsius, Passeratius: optime.' *Broukh.* '*Tinguit* Grasseriana. *Cingit* Brix. quod f. ex *tingit* ortum. *Aratra* Brix. Aldd. Colin. Gryph. Græviana, Lond. Leid. quod Livin. *συνεκδοχικῶς* positum contendit: frustra. Unice vera est lectio Turnebi, præsertim cum Mem. *arata* exhibeat. Vid. præter Broukh. et Vulp. etiam Heins. Adv. II. 6. p. 252. et N. Prop.' *Barth. L. P. tinguit arata l.* Voss. 2. *Tingit* Heinsian. Mentel. Dorv. et ed. Volsci. *Tangit* Dorv. 2. *Cingit* Perr. v. c. Leid. 2. Voss. 1. 3. Vat. 2. et Burm. 2. sed in marg. *tingit* pro varia lect. In Rheg. et Venet. 2. *cingit* quoque excusum: in Vicent. *tinguit*. *Tignit* Ask. *Stringit arata* correxit Heins. II. Adv. 6. et N. Prop. p. 661. *Aratra* Beroaldinus, Groning. Borr. Leid. 2. Dorvv. Ask. Junt. Rouill. cui ascripserat Dousa *aratra* pro arvis poni. *Arata* Venet. Quod perperam improbat Livin. judice Burm. Id legit Pierius Ind. Virgil. in 'Sata.'—24 *Acceptis par eris imperiis* Passeratius, licet alterum multis exemplis illustraverit. *Asserti imperii* Heins. II. Adv. 6. p. 250. in Notis p. 661. et in Ep. ad Græv. t. IV. Syll. p. 376. quod probat Grævius p. 378. Nihil mutand. censet Barth. Vult Lachm. *accepti sors erit imperii.*

NOTÆ

tur, quia non solum totus ille terrarum tractus mollis et delicatus est, ubi cælum clementissimum, solum uberrimum, mitissima incolarum ingenia; sed etiam vita ibi ducitur mollior et nimium delicata.

32 *Lydia Pactoli tingit arata*] Lydiæ ejusdem Asiæ Minoris provinciæ olim ditissimæ Pactolus est fluvius e Tmolo monte scaturiens, qui multa quondam auri ramenta deferre dicebatur, unde aurifer dictus est. Strab. XIII. ex aureis arenis Pactoli confiatas olim fuisse Crœsi divitias ait. *Arata* arva, culta, sata. Alii legunt *aratra*, et tunc dicendum est udas liquore Pactoli terras altius impressas vomeres aureo colore inficere.

36 *Vivere me duro sidere*] Adversa et iniqua constellatione, seu fato; quia fati conscia sunt sidera. Inf. IV. 1. 'Et grave Saturni sidus in omne caput.'

ELEGIA VII.

AD PONTICUM POETAM.

Dum tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ,
Armaque fraternæ tristia militiæ;
Atque (ita sim felix) primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus;

O *Pontice, dum tibi canuntur Thebæ Cadmeæ, et prælia luctuosa fraterni belli, et (ita sim felix) cum Homero* poëtarum *principe* de palma *certas, dummodo fata*

Ad Ponticum Burmm. Dresd.—1 Cum edd. vett. et rec. plur. '*Dum* durationem nimirum includit.' *Barth.* '*Dicuntur* Regg. Colbertt. et omnes nostri cum edd. vulg. non male, cum *dicere* sit, canere. Sed multo majoris est elegantiæ, quod Scaliger in suis invenit [et probavit], *ducuntur*.' Broukh. *Dicuntur* revocavit Vulpius, et præferunt Barth. et Kuin. Sic quat. Voss. Leidd. Dorvv. Burmm. quibus reliqui astipulantur et primæ easque secutæ edd. vetustiores. Idque tuetur contra Broukh. Bentleius ad Horat. I. Od. 7. 9. 'In nota Scaligeri, (quæ in ejus ed. 2. legitur, nam in 1. non occurrit) postquam prius *ducuntur* in suis Mss. recte legi dixisset, subjunguntur hæc verba: 'Virgilius dicit Æneam, rectum est: dicit Æneida, barbarum. Hic quoque Latinum esset *dicere Thebas*, non *Thebeida*:' quæ dissona sunt; nam sic in fine notæ probasse videtur *dicuntur*, cum initio *duc.* prætulisset. Francius ascripserat *dic.* simplicius, sed alterum elegantius esse. Propter constantem omnium codd. et antiquiss. edd. consensum, et clarorum in his literis duumvirum, Bentleii atque Hemsterhusii, suffragia, *dic.* in context. revocavi: ita tamen ut unicuique liberum sit suo frui judicio.' *Burm.*—3 '*Prisco* habet unus noster: sed vulg. non videtur mutand. cum *primus* extet in omnibus aliis libr.' *Broukh.* '*Primum* Homerum, poëtarum principem, exponit Vulp. cui sic præiverant Volscus et Passer. *Prisco* tamen, quod in Heinsiano et meo cod. [Heinsianus, Burmanni cod. et Broukhusii cod. hic f. est unus et id.] habetur, non rejiciend. videtur.' *Burm. Prisco* glossema redolere videtur Kuinoeli. *Cetera* jubet Burmannus videnda. an h. l. melius conveniat *At. (ita sis felix) primo*.—4 *Levia* Voss. 4. *Levia* Ask.

NOTÆ

1 *Dum tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ*] Ad Ponticum poëtam amicum suum scribit Propertius, se in versibus amatoriis scribendis esse occupatum; quod idem facturum ipsum Ponticum deposito carmine heroico prædicit, si semel Cupidinis arcu confixus fuerit. Fuit autem Ponticus ille clarus heroico carmine poëta, utpote qui bellum Thebanum Polynicem inter et Eteoclem scripserit; cujus meminit Ov. IV. Tr. 9. et ult. 47. 'Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis, Dulcia convictus membra fuere mei.' Thebas autem vocat 'Cadmeas' a Cadmo conditore. Thebæ porro civitas est Bœotiæ, quam Cadmus e Phœnicia in Græciam adveniens condidit. Vid. Ov. III. M. et Stat. I. Th. Ex hac autem urbe originem duxerunt Hercules, Bacchus, et Pindarus vates; sicut et Pelopidas et Epaminondas, ambo suæ ætatis præstantissimi duces. Ad illam urbem fuit fons celebris Dirce dictus, unde et passim a poëtis ager Thebanus 'Dircæus' dicitur.

2 *Armaque fraternæ militiæ*] Poly-

Nos, ut consuemus, nostros agitamus amores,
  Atque aliquid duram quærimus in dominam.
Nec tantum ingenio, quantum servire dolori
  Cogor, et ætatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitæ modus; hæc mea fama est:
  Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctæ solum placuisse puellæ,
  Pontice, et injustas sæpe tulisse minas.

sint propitia tuis versibus; nos, ut solemus, amores nostros tractamus, semperque contra herum sævum aliquid excogitamus; neque tantum cogor ingenio, quantum dolori indulgere, difficileque hujus *sæculi mores lamentari. Sic mihi vitæ* tempus et *ratio consumitur; ista est mea gloria; inde volo versuum meorum famam provenire.* O *Pontice, me prædicent* ideo homines, *quod tantum fœminæ eruditæ placuerim, ejusque iniquas frequenter passus sim iras. Deinde me jugiter legat amans*

sed in marg. *mollia*, quod verum censet Burm. H. v. molliorem fore putabat Dousa P. si legeretur *S. m. carm. mollia f. tu.* neque aliter scripturum fuisse Ovidium, codici suo annotaverat. Quod rejicit Burm.—6 *Divam* Brix. *Dura q. in domina* Dorv. 1. Venet. 3. Rheg. Miratur Burm. ad h. v. non hæsisse Heinsium et Broukhusium. Franc. tentaverat *duram ludimus in dominam.* Legend. jubet Burm. *Atque aditum duram quærimus ad dominam.* Certum est, ait Lachm. recte habere, quod in scriptis legitur omnibus.—7 *Nec tamen* Mentel. Voss. 2. 3. Burm. 1. *Non tantum* Borr. *Sævire* Leid. 2. Venet. 2. Rheg. Brix.—8 '*Dira* Leid. 1. Voss. 2. pro *dura*, quod admitti posset propter præc. 'duram.'' *Burm.* Sæpius *dirus* et *durus* a librariis confusa esse docet Kuin.—9 *Sic* Heinsianus. Rejicit Burm. *H. m. vita est* Heinsian. et Voss. 4. a m. pr. sed in marg. *fama*. *Est* nesciunt Dorv. 2. Groning.—10 'Gebh. eo quod in uno Palat. invenisset *capio*, citra ullam necessitatem refingit *capior*. In omnibus nostris clare legitur *cupio*, quod et Regg. et Colbertt. agnoscunt.' *Broukh.* 'Merito monuit Broukh. talem medicinam Propertium non desiderasse. Certe Gebhardo non magna fit injuria, si in eum retorqueatur censura, qua perstringit Cælium Rhodiginum, 'mirificum' nempe fuisse 'emendationum et explicationum coquum, omnia jura confundentem.'' *Burm.*—11 *Laudant* Voss. 2. *Ludent* Dresd. *Solitum* conj. Markl. quod Burmanno adeo improbabatur, ut, si *solitum* fuisset editum, *solum* rescribend. esse affirmaret. *Docuisse* Neap.—12 *Injustæ* Borr. *Manus* exem-

NOTÆ

nicis nimirum et Eteoclis, quos inter se pugnare compulit ambitio tanto odio, ut sese mutuis vulneribus confoderint. Vid. Diod. IV. et Paus. in Bœot.

3 *Ita sim felix*] Asseverandi formula. Augustus ap. Suet. 21. Tib. 'Jucundissime, et, ita sim felix, vir fortissime,' &c.

Primo contendis Homero] Poëtarum principi Homero Ponticum non veretur conferre Propertius; nondum enim ediderat Æneidem Virgilius, de qua inf. dicturus est II. ult. 'Nescio quid majus nascitur Iliade.'

11 *Doctæ placuisse puellæ*] Cynthiam doctam vocat, de qua jam sup. El. 2. et inf. II. 13. 'Me juvet in gremio doctæ legisse puellæ, Auribus et puris scripta probasse mea.'

12 *Sæpe tulisse minas*] Iram, sævitiam, et fastidia; puellæ enim iratæ

Me legat assidue post hæc neglectus amator;
Et prosint illi cognita nostra mala.
Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
(Quod nolim nostros evoluisse Deos,)
Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in æterno surda jacere situ:

contemtus, meaque mala nota ipsi prosint. Teque etiam, si puer iste Deus *ineluctabili telo confixerit (quod non optarim* tamen in te *Divos meos attentasse) procul* erunt *a te bella, procul infelix lugebis septem exercitus surdos in perpetua carie*

plar Pocchii.—13 *Posthac* Voss. 4. Neap. et Colot.—14 *Ut* non male, judicante Burm. in Heinsiano.—15 *Percuss.* Guy. et sic Valcken. ad Eur. Hipp. 1303. Vulg. vindicare videntur Burmanno quædam loca ab illo prolata. *Conc.* tuetur Lachm.—16 ' *Eviolasse* Groning. Regg. Colbert. *Te viol.* Vaticanus, Lipsio ac Livin. testibus. *Evoluisse* cum in vetustis membranis reperisset Beroaldus, minus tamen commode id ipsum exposuit. Canter. quoque in suis *evoluisse* invenerat, sed prætulit *evaluisse.* Primus Scaliger vidit *evoluisse* positum pro, evolvisse: quod verum est. Scaligerum sequitur Oebh.' *Broukh.* ' *Eviolasse* Vulpii duo, edd. vett. plur. Venet. Brix. Aldd. cett. etiam Græviana et Lond. *Te viol.* Colin. Grasseriana, Morell. ac Passer. Id. in antiquis libb. Beroaldum deprehendisse auctor est Muretus in Schol. Sed unice vera est lect. *evoluisse,* recepta Vulp. ed. Leid. Gött. quam etiam Muretus probat. *Heu evoluisse* [Q.?] conj. Lips. ac Guy. eod. sensu. *Quam nolis nostros heu violasse D.* Heins. N. Prop. constructione ad v. seq. incommoda.' *Barth. Eviolasse* quat. Voss. Leidd. Dorv. 2. Burmm. cui lect. favet Dorv. 1. in quo *evilasse,* i. e. *eviolasse:* et sic Mentel. Ask. Venet. 2. Rheg. Aldd. Junt. aliæque: et libro suo ascripserant Frut. et Dousa P. ' *Hei violasse* vel *neu voluisse* Lips. II. V. L. 4. et IV. Ant. Lect. 1. quod libenter ei redonamus, licet ita etiam conjecerit Markl. *Evoluisse* Vat. 1. 2. 5. Colot. Perr. v. c. quod etiam inveni in Vicent. et sic h. in l. emendand. monnit Valens Guellius ad Virg. I. Æn. 16. Dousa in marg. libri sui, et in Schediasmate Succid. p. 63. existimabat subtilius fore, si de amica sua Cynthia loqui Propertium statuamus: quod non puto rejiciend. Et sic Passeratius. Huic explicationi favere posset, si de eod. hoc Pontico, sub persona Lyncei, intelligenda sit El. 24. lib. II. ubi in eum tanquam rivalem, et qui Cynthiam suam corrumpere tentaverat, invehitur, v. 9-12, 25. 26. Hoc admisso, probandam puto Heinsii emend. quam ed. Aldinæ alleverat, et quæ in N. ejus ad Prop. p. 661. legitur, *Quam nolis nostros heu violasse D.* cui astipulatur Colin. Ita ap. Ov. IV. M. 612. Sic carere possumus violenta et contorta Passeratii interpunctione et expositione.' *Burm.* Vult Lachm. *Quod nolis nostros evoluisse D.* Passeratius observat alios libr. habere quoque *hæc voluisse* et *se voluisse.*—18 ' Gebh. ex Pal. codice, ex quo *nuda* profert, legend.

NOTÆ

proprium est minari, sævire, et fastidire.

14 *Prosint cognita nostra mala*] Malis alienis et periculo alterius sapiat. Tibull. noster III. 7. 'Vos ego nunc moneo: felix, quicumque dolore Alterius discet posse carere suo.'

15 *Puer hic*] Cupido Deus Amoris, cui arcus tribuitur, et sagittæ, quibus animos hominum configens amoris ignibus inflammat.

17 *Longe castra tibi, longe agmina*] Carmina de bello Thebano a te cœpta, intermissa et inculta jacebunt, et carie putrescent; neque versus heroici amplius a te scribentur; ubi

Et frustra cupiès mollem componere versum;
Nec tibi subjiciet carmina serus Amor. 20
Tunc me non humilem mirabere sæpe poëtam;
Tunc ego Romanis præferar ingeniis:
Nec poterunt juvenes nostro reticere sepulcro,
" Ardoris nostri magne poëta, jaces."

putrescere, atque incassum voles tenerum carmen scribere; tardus enim Amor tibi versus non suggeret. Tum me frequenter admiraberis non ignobilem poëtam; ego enim *tum Romanis poëtis anteponar, neque poterunt juvenes meo monumento* illud *silere:* Hic *situs es,* o *magne doctor amoris nostri. Tu vide* ne *tua superbia meos*

divinabat *rupta.* Gebhardus sane insulsis sæpe conjecturis merebatur illam Mureti de interpretationibus Volsci censuram; præsertim cum, eo homine doctior, illa ætate vixerit, qua major literis jam affulgebat lux. Sed in conjecturis ad corrupta Veterum loca integritati restituenda excogitandis raro suus favet successus, nisi eruditioni mutuas vices præstet felicitas acuminis et sagacitas judicii, quæ in Gebhardo passim desideres. Præstaret f. *muta. Surda* tamen præferend. videtur Ruhnkenio, et Drakenb. ad Sil. VIII. 248. quorum suffragio repugnare nolim.' *Burm.*—20 ' *Sævus* omnes edd. vett. pro quo Scaliger *serus* reposuit, quomodo legitur in Borr. neque aliter legunt nostri duo. *Servus* erat in Vaticanc et Groning. proxime verum. Palm. cum non ignoraret Scaligeri correctionem, maluit tamen præferre τὸ *servus,* cum ridicula expositione.' *Broukh.* ' *Sævus* Brix. Venet. Ald. 1. Colin. Muretiana, Gryph. Glasseriana. *Serus* in Ald. 2. ac reliquis meis. *Servus* Groning. *Verus* C. Com. quod utrumque ad veram alludit lect.' *Barth. Verus* Voss. 2. 3. sed in marg. *servus* vel *serus. Verus* Burm. 2. sed in marg. ' Al. *servus;*' et a m. sec. ' Al. *sævus.*' *Sevus* Leid. 1. Voss. 4. primæque edd. Ask. etiam *sevus,* sed in marg. *serus. Sævus* Junt. Rouill. aliæque. Veram lect. statuit Burm. esse *serus,* quod probavit Lips. IV. Ant. Lect. 11. et sic habent Vat. 2. 5. Neap. Exc. Scal. et Mod. et Dorvv. Ceterum *subiciet* Leidd. tres Voss. primæ edd. et Aldd. de qua vidend. jubet Burmannus Barthium ad Stat. IV. Th. 518. Conjecerat aliquando Burm. *sufficiet:* sed tandem judicavit *subjic.* retinend. et cum Scaligero explicand. pro, dictabit: nisi malis, ait, *subjicere* hic id. notare quod Græcis *ὑπαγορεύειν, ὑπογράφειν,* et *ὑποτιθέναι.*—21 *Tum* Guarn. Dresd. Tuetur Lachm. et ita edidit. *Miraberis ipse* Markl. malebat.—22 ' Hæc ita, ut vulgo leguntur, requirere videntur, ut de ipso intelligamus Pontico. Alioquin, si ipsius Propertii verba censeamus, mallem *conferar,* ut Francium etiam conjecisse video: vel *Tunc ego, Roma tuis, conf.*' *Burm.*—23 ' *Mœsto* vel *sero* mavult Heins. Adv. p. 248. Et

NOTÆ

semel sagittis Cupidinis percussus fueris. ' Septem agmina,' seu exercitus dicit, propter septem duces qui ad expugnandas Thebas profecti sunt. Hi autem fuerunt Adrastus, Polynices, Tydeus, Amphiaraus, Hippomedon, Capaneus, Parthenopæus. Septem porro Thebarum portæ erant, quarum quisque ducum unam susceperat oppugnandam: unde septem erant ad septem portas urbis exercitus, juxta illud Ovidii Tr. II. 1. ' Cur tacui Thebas, et mutua vulnera fratrum, Et septem portas sub duce quamque suo?'

18 *Surda jacere*] Surda sunt castra et agmina, quæ vocata respondere non possunt, nec ullo pacto juvare.

20 *Serus Amor*] Qui serius advenit. Facit autem Amor poëtas, ut II. 1. ' Ingenium nobis ipsa puella facit.'

22 *Romanis ingeniis*] Pro viris seu

Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu : 25
Sæpe venit magno fœnere tardus Amor.

versus amatorios *asperneris ; frequenter* enim *serus amor advenit larga* cum *usura.*

N. in Prop. ad vitand. ingratam repetitionem ejusd. vocis. Quid si *nostro, nostri, nostra,* polyptoton esse dicas ?' *Barth. Nostro juv.* Ask. *Nostro hoc retinere* Gryph. 5. Multis Ovidii et Nostri locis fatetur Burmannus occurrere repetitionem earund. vocum : tandem sic loquitur : ' Alia sciens prætereo. Hoc certe in l. illud concoquere non potuisse videtur Heinsius : ideoque *sero* vel *mæsto* legebat. *Mæsto* præferrem, quia modo præcessit ' serus Amor,' et *mæsto* propius accedit ad *nostro.* F. tamen scripserit Prop. *noto.*' —24 ' *Jaces* scripti omnes : sed testatur Scaliger in suo *vale* exaratum fuisse : ideo hoc ei potius visum : quanquam ego nec illud damnem. *Taces* Groning. quod factum est ex ult. syll. *τοῦ* ' poëta.' Palm. *vale* legebat, nescio si ex libro. Mihi durum est discedere a tot scriptis consentientibus, simul et ab antiquitus cusis.' *Broukh. Vale* probat Heins. N. in Prop. Neque tamen ' vale,' ait Barth. tantum dicebatur de mortuis, sed et ' jaces.' *Taces* Exc. Mod. ' *Jaces* a Passeratio bene astruitur, et sic legisse etiam Janum Lernutium inde patet, quia totum hunc v. adoptavit in Epigramm. suis p. 395. ad tumulum F. Petrarchæ.' *Burm.* ' *Vale* Grammatici additamentum fuisse videtur, quod in textum male irrepsit.' *Kuin.*—25 ' Hæc est constans lect. omn. membran. (nisi quod *contendas* alt. Colb.) quam facilem et planam bene exposuit ac defendit contra Palmerii *contemnas carmine sacra* Passeratius l. In quo cod. vet. id invenerit Passeratius, non indicavit : cum vero omnium suarum mutationum momenta fere imputet uni Posthiano, testari cogor nihil istic diversum a vulgatis extare ; idque oculis meis plus semel credidi : quocirca et nos contenti erimus hoc Catone.' *Broukh.* Vult Burm. *Tu cave et ista tuo.*—26 *Lentus* Dresd.

NOTÆ

poëtis ingeniosis. Unde etiam Sen. ad Polyb. 8. ' Intentatum Romanis ingeniis opus.'

24 *Ardoris nostri*] Amoris et magister et doctor, ut ignes et amores celebrasti ; ut III. 17. ' Virtutisque tuæ, Bacche, poëta ferar.'

Magne poëta jaces] Ut I. 13. ' Qui nunc jacet arida pulvis.' Ov. de morte Tibulli : ' Carminibus confide bonis, jacet ecce Tibullus.' Nonnulli legunt *magne poëta, vale,* quod mortuis inclamari solebat, et inscribi tumulis. Catull. in Fratris Inferiis, CI. 10. ' Atque in perpetuum ave atque vale.' Virgil. XI. Æn. ' Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.' Ad hæc Servius : ' Vale dicimus mortuis, non quod valere possint, sed quia id dicitur recedentibus a nobis.'

25 *Tuo fastu*] Epicorum seu heroicorum poëtarum superbia et tumore. Inflati enim dicuntur et grandiloqui, qui bella et duces carmine heroico celebrant poëtæ.

26 *Venit magno fœnore tardus Amor*] Dicitur a doctis Amor acrius urere, quo tardius et serius venit ; et ita sui adventus tarditatem acerbitate pœnæ compensat, ut ait Phædra ap. Ov. Ep. 4. ' Venit Amor gravius, quo serius : urimur intus,' &c.

ELEGIA VIII.

AD CYNTHIAM.

Tunc igitur demens? nec te mea cura moratur?
An tibi sum gelida vilior Illyria?
Et tibi jam tanti, quicumque est iste, videtur,
Ut sine me vento quolibet ire velis?
Tune audire potes vesani murmura ponti?
Fortis et in dura nave jacere potes?
Tu pedibus teneris positas fulcire pruinas?
Tu potes insolitas, Cynthia, ferre nives?

An ergo tu insana es? neque te meus amor retinet? An tibi sum abjectior frigida Illyria? Ac nunc tibi tam carus, quisquis ille est, habetur, ut absque me quocumque vento ferri cupias? An tu sustinere vales fragores maris procellosi? Valesne etiam in dura rate requiescere secura? Tune, potes, o Cynthia, jacentes pedibus pruinas

1 *Tene igitur, demens, te nil mea* legit Heins. N. in Prop. citra necessitatem, judice Barthio; sed eam defendit Burm. modo vs. 2. etiam corrigatur *Jam tibi sum:* ubi C. Com. *sim*, quod majore cum emphasi dictum pronuntiat Gebhardus: sed Broukhusio secus videtur: nec emphasin in *sim* majorem videt Burm. Dorv. a m. sec. *At tibi sum.*—3 Interpungit Lachm. *Et t. jam tanti, quicumque est, iste videtur*, et defendit ad I. 2. 25.—4 Ita legend. censente Burm. Hæsitat enim Passeratius an interpungend. sit *vento, quo libet, ire*, et 'ire vento' conjungit: sed 'quolibet vento' melius connecti judicat Burm.—5 *Tunc* Scal. ed. Posth. sublato signo interrog. post 'Fortis' comma ponit, et sic Vulp. cett. *Insani* Voss. 4. Ask.—7 '*Fulcire ruinas* e suis membr. edidit Scaliger: cum in Ber. legeretur *sulcare pruinas*, nec sensu probo nec sermone. *Fulcire pr.* habet Volscus: quam lect. probat et operose defendit Gronov. ad Stat. Sylv. cap. 55. *Fulc. ru.* Groning. Regg. duo nostri, Borr. unus Colb. (nam in altero totum distichon desideratur) Palatt. Mem. Sed negat Gronov. 'ruinas' simpl. pro cœli ruinis dicitur: idque verum est. Itaque hic reponend. erit *pruin. Fulcire* non debebat Passeratius posthabere vel Beroaldino *sulcare* vel suo *calcare*. Ita Politian. videtur legisse, Rustic. 52. Marollio magis placuit *calcare*, quod tamen pessime intel-

NOTÆ

1 *Tune igitur*] Cynthiam, iter in Illyricum meditantem, divitiis et muneribus prætoriis allectam, revocat a proposito Propertius, precaturque ut sibi rivalem præferre nolit: qua re impetrata lætatur, seque beatum, quod Cynthiæ sit carus, prædicat.

2 *Vilior Illyria*] Illyricum, sive Illyrium, Illyria, et Illyris, regio Epiro contermina, ad oram Maris Adriatici Italiæ opposita. De hac vid. Plin. III. 21. Strab. VII. et Appian. in Illyrico. Illyrici quædam plagæ, maxime vero quæ spectant ad Boream, montuosæ sunt, frigidæ, nivales, et prorsus asperæ; unde recte noster poëta Illyriam dicit 'gelidam.' Illuc autem Cynthia profectura cum prætore nescio quo dicebatur.

7 *Pedibus fulcire pruinas*] Cynthiam

O ! utinam hybernæ duplicentur tempora brumæ,
Et sit iners tardis navita Vergiliis ;
Nec tibi Tyrrhena solvatur funis in ora,
Neve inimica meas elevet aura preces :

sustinere, et *insuetas pati nives?* O *utinam geminentur hyemalis brumæ tempestates, cessetque nauta Vergiliis serius* exorientibus : *ut tibi rudens non rumpatur* a *littore Tyrrheno, utque infensus* mihi *ventus mea vota non irritet. Et* utinam *non*

lexit.' *Broukh.* *Sulcare* Venet. 1500. Colin. Leid. cett. *Calcare* Heins. N. in Prop. *Fulcire* criticæ regg. ob difficultatem videntur Barthio commendare. 'Vix a me impetro ut *ruinas,* lect. tot codd. firmatam, proscribam : verum, quoniam hac in re tantopere pertendunt, vincant per me licet, et *pruinas* obtineant eruditiss. Viri. In eand. concessit sententiam Jer. Hoetzlin. ad Apollon. Arg. III. 1159. Tam non dubitand. est quin et olitor non nunquam commode loquatur : sed hoc in eo præcipuum, quod ipsam locutionem *positas fulc. pr.* rectissime interpretetur, in jacente pruina niti pedibus : comparetque verbum illud cum Græco ἐρείδειν. Scaligerum illa verbi vis non præteriit : quare non assentior J. F. Gronovio, cum Virum illustriss. falli contendit. Non cepit Gronovius nativam virtutem τοῦ 'positas,' quæ recte a Broukh. declarata est, unde liquet non esse jungend. *pedibus teneris positas,* sed *fulcire pedibus* ac premere *ruinas.* [Sic Burm. Addend. p. 927. Sed, dum hæc verba citat Kuin. pro *ruin.* exscribit *pruin.*]' Hemst. '*Fulc. ru.* olim edebatur, ut in Venet. 2. Rheg. vetere Passeratii cod. Neap. Leid. 2. Voss. 2. Dorv. 2. Ask. *Sulc. pr.* Vicent. Aldd. Junt. Gryph. aliæque. Totum distichon in Voss. 4. desideratur. *Fulc. pr.* Harl. Locus h. expressus est e Virg. x. 47. et c. ubi Valens Guellius hæc Propertiana conferens etiam affert *sulc. pr.* idque probat Colvius ad Sidon. Apoll. p. 59. et ita Ayrm. Sed Perreius editioni Ald. quam eum v. c. contulit, annotavit : 'Quidam *sulc. pr.* nimis duriter. Leg. *fulcire.*' *Pr.* recte vindicavit Broukh. Rectius autem 'positas nives' dixeris, quæ, cœlo delapsæ, jacent in terra. *Positæ pruinæ* h. in l. requirere videntur *calcare,* non *sulcare* per hypall. ut Passeratius. *Fulcire ru.* pro, calcare, ut Scaliger, vel *fulc. pr.* pro, incedere per pr. ut Broukh. sine exemplo est. F. omnis difficultas amoveri posset, si ex *fulc.* exsculpere liceret *super ire :* vel, ex *sulc.* si quis malit *superare pr.* me obultentem non habebit.' *Burm.* qui monet se dudum conjecisse *super ire,* antequam vidisset ita legend. conjecisse Ant. de Rooy, Spicil. Crit. 15. *Fulc. pr.* voluerat Markl. Explicationem Hemsterhusii probat Ast. *Fulc. pr.* edidit Lachm.—8 'Ex Volsci annotatione colligi potest in aliis [pro *nives*] *minas* lectum fuisse : quod tamen in nullius cod. Exc. reperi. *Naves* mendose Leid. 1.' *Burm.*—9 '*Lunæ* male Heinsian. et Voss. 1.' *Id.*—11 *Nec* præferend. putat Broukh. quod habent Regg. Colbertt. Franc. 2. Borr. Groning. *Neu* vulg. *Ne* Scal. Morell. Passer. Lond. quod legend. suadent Burmanno sequentia. Perr. v. c. Colot. Vat. 2. *puppis :* sed *funis* præfert Burm. et sic ediderunt Broukh. Barth. Lachm. 'In omn. edd. antecedd. huc usque lectum fuit *Nec t. T. s. f. arena.* Plurimos offendit sonus leonini versus, auribus non minus insuavis quam El. 17. 5. 'Quin etiam absenti prosunt tibi, Cynthia, venti.' 'Alia curatione

NOTÆ

a proposita peregrinatione dehortatur viarum pericula locorumque asperitatem referendo.

10 *Tardis Vergiliis*] Solito tardius orientibus. Vergiliæ porro sunt stellæ numero septem, in Tauro collocatæ, quæ et alio nomine Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλέειν, a navigando ; quia nempe his exorientibus, quod post vernum tempus accidit, liberrima est na-

Atque ego non videam tales subsidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates;

aspiciam hujusmodi ventos, cujusmodi tibi imprecor, *flaccescere, quando tibi jam in altum progressam navem fluctus abripient, meque attonitum deserto in littore*

hic indiget Propertii locus, qua constet vocem *arena*, non tantum hinc removendam, quia sonum illum ingratum efficit, sed non sua sede positam fuisse. Huic igitur ulceri medicinam adhibere tentavit Patruus meus, qui ad marg. ed. Broukh. legend. conjecerat *Nec tibi T. s. f. ab ora:* et mox *Et me d. vacua patiatur arena.* Eod. modo etiam huic incommodo mederi in suis annott. conatum Hemst. lætus video. Sic enim ille hos et seqq. vv. servato codd. Mss. ordine, constituendos censebat: *Nec tibi T. s. f. ab ora, Neve inimica meas elevet aura preces. Atque ego non videam tales subsidere ventos, Cum tibi provectas auferet unda rates. Ut me defixum vacua patiaris arena Crudelem infesta sæpe vocare manu*, vel *Et me defixum vacua patieris arena.* Quod vero attinet ad ordinem versuum, quem illic, codices secutus, præfert Hemsterhusius, sciend. est, eo tenore hunc l. exhiberi in Voss. 1. 3. Dorvv. et meis, ceterisque omnibus, quorum Excerpta ad manum mihi fuerunt, ut et in edd. primis, easque secutis vetustioribus. His igitur auctoritatibus permotus, et quia singula sic melius cohærent, hunc versuum ordinem postliminii jure revocavi, ac *Tyrrhena in ora* et *vacua patiaris arena* edend. censui: licet justa mutandæ lect. causa non appareret Schradero Emend. p. 105. Broukh. illam secutus fuit lect. et interpunctionem, qua locum totum digerend. jusserat Scaliger, qui *patiatur* conjungebat cum *aura:* hoc sensu: Ne aura elevet meas preces, neve patiatur me in vacua ora te crudelem vocare: et ideo Heins. in Ep. suis Mss. ad Græv. sed in Syllogen non relatis, emendabat, *Ne* [vel *Nec*] *me defixum vacua patiaris in ora.* Sed vid. Græv. p. 210. *In ora* probare etiam videtur Arntzen. ad Sedul. III. 86. Quod autem *hora* in Leid. 1. Voss. 2. 4. aliisque legatur, ea tantum vitiosa librarii scriptura est. Neque opus ergo *acta* [vel *uiva*] hic substituere cum Viro docto in Misc. Obs. Vol. I. p. 131. Restituend. *vacua patiaris arena* jubent etiam Vicent. [Grasseriana,] Aldd. Junt. Colin. utraque Gryphiana, Rouill. et Mureti ab hæredibus Aldinis curata, in quibus sic excusum inveni, sed servata *arena* in superiore disticho, ubi *in ora* reponend. erat. Unde tamen patet, jam olim *vacua arena* emendatum, sed in reliquis edd. corrigi neglectum fuisse. *Arena* quoque hoc versu legebatur in Colbertino et Borr. *Sub sidere* separatis vocibus in nonnullis Mss. et in Heinsiano. Unde *tali sub sidere* conjecerat Heins. ut sidus Vergiliarum s. Pleiadum intelligatur. *Tali sub sidere ventos, Queis tibi* Grævius in Ep. ad Heins. T. IV. Syllog. p. 195. sed *non videam* turbat sensum, et obscurum reddit. Itaque præfero alteram ejusdem Heins. conjecturam, quam cum Grævio communicavit in Epistolis ineditis p. 180. et 200. *Atque ego tunc* (vel *tum*) *videam velis subsidere ventos:* et sic legebat II. Adv. 6. p. 252. vel *tunc videam late subsidere ventos.* Aliam conj. addit in N. ad Prop. p. 662. *Atque ego non videam faciles succedere ventos:* sed quæ nimium ab altera recedit: *subsidere* enim non mutand. videtur. Sed *tum* pro *non* requirit sensus; et inde loco satis obscuro egregia exoritur lux, si cum eo rescribamus, *Atque ego tum videam velis subsidere ventos, Cum tibi provectas, &c.* Ex Ov. II. Tr. 151-4. hic *tacitos ventos* pro *tales* reponi posse, suspicari liceret, adeoque legend.

NOTÆ

vigatio. De his vid. Ov. F. IV. Plin. II. 41. et XVIII. 16. et 29. et Hygin. II. in 'Taurus.'

11 *Tyrrhena in ora* [*arena*] Etrusco ex littore, i. e. ab Ostiensi Portu, ex quo Romani navigantes oram solvebant.

Ut me defixum vacua patiaris arena
  Crudelem infesta sæpe vocare manu.
Sed, quocumque modo de me perjura mereris,
  Sit Galatea tuæ non aliena viæ:
Ut te, felici prævecta Ceraunia remo,
  Accipiat placidis Oricos æquoribus.

feres invisa tibi *manu* te *crudelem frequenter revocare. At*, o *perfida, qualicumque ratione de me mereris, Galatea adsit propitia tuæ navigationi, ut te fausta navigatione prætervectam* trans *Ceraunia Oricus* in *tranquillo littore recipiat. Nulla*

Aut ego tum videam tacitos subsidere ventos: et hoc f. ceteris conjecturis præferend. pro voce *tales* procul dubio mendosa. Hæc certe longe præferenda videntur emendationi, qua olim Baptista Pius in notis ad Lucret. v. 641. legebat, *Atque ita nunc videam Thraces subsistere* (vel *subsidere*) *ventos:* et ventos etesias intelligebat. Eum vid. Fol. CXLIII. et seq. ed. an. 1514. Dein *projectas rates* in Leid. 2. Regg. Exc. Modii, Groning. Venet. 2. Rheg. [Palat. Brix.] *Provectas rates* dixit, ut Ov. III. A. A. 100. II. Am. 9. 32. *Auferat* Voss. 4. *Burm.* Scaliger, Broukh. subscribente, facit ut vv. 15. 16. præcedant versibus 13. 14. Quem sequitur et Gött. Muretus in Schol. observat alios libr. eosdemque vett. habere *patietur in ora*, ut *patietur* referatur ad undam ipsam, sicuti Passeratius maluerat. *In ora* in suo cod. invenit Scaliger, quod et Dresd. agnoscit. *Ut me* legebat Livin. monente Schradero. 'Cod. Vallier. *patiatur*, et vs. 13. pro *Atque* habet *Aut*. F. ita legend. *Et me defixum vacua patiatur arena Crudelem infesto sæpe vocare mari, Aut ego non videam.*' Huschk. in Ep. Crit. ad Sant. *Patiaris* Ber. et, quanquam e nullo cod. disertim enotatur, putat tamen Lachm. in quibusd. ita scriptum legi. *Patiatur* Groning. Neap. Guarn. Cuj. Multis verbis Lachm. proponit hæc: *Atque ego non videam tales subsidere ventos, Cum tibi provectas auferet unda rates, Et me defixum vacua patienter in ora Crudelem infesta sæpe vocare manu.*—16 Conj. Heins. N. in Prop. *Cr. mæsta*, vel injecta, *te revocare*, vel *sæpe notare, manu*. Sed id. Heins. in Ep. Ms. ad Græv. p. 224. vulgatam retinet, quia veteres multa gestibus manuum exprimebant, nobis nunc ignota. *Infecta manu* Livin. male, judicante Burm. qui suspicatur f. castigand. esse *Crud. infesta, sæva, vocare manu*. V. D. in Bibl. Amstel. Crit. Vol. II. P. II. p. 8. *infesta* active accipit pro *irrita*.—17 *Quodc.* Regg. Colbertt. Voss. 2. Dorv. 1. Dresd. male, judicante Burm.—19 'F. *Et* [ut est in Posth.] *Ut te felici prævecta Ceraunia remo* se in libro Ms. vidisse testatur Turnebus XI. 15. eamque scripturam putat Beroaldus secutum esse, cum legeretur vulgo *vectam per cærula remo*. Sane Beroaldus exponit *Ceraunia* montes esse Epiri, a crebris fulminibus dictos, &c. Passus est tamen edi in ipso contextu Propertii *vectam per cærula remo*. Ap. Volscum erat *projecta Ceraunia:* quod ille exponit, in mare eminentia. Vides et mendosos codices secutum, et male intellexisse. Veram ac veterem scripturam [*prævecta Ceraunia*] bene revocavit Scaliger. Neque alio eunt membranæ, nisi quod in pluribus [ut et Dresd. et in Vatic. Livineius invenerat] *provecta* est. *Prævecta Ceraunia* claris literis legitur in nostris duobus, et in Borr. et Veneta. Heins. legebat *post victa Ceraunia*, quod mihi vehementer arridet.'

NOTÆ

18 *Galatea*] Maris est Nympha Polyphemo adamata, a cujus filio Illyrio dicta est Illyris regio, in quam proficisci meditabatur Cynthia; unde ipsi naviganti non absurde Galateam inprimis Propertius optat esse propitiam.

19 *Ceraunia*] Montes sunt Epiri, a

Nam me non ullæ poterunt corrumpere tædæ,
Quin ego, vita, tuo limine vera querar.

enim me aliæ puellæ *poterunt immutare; quamvis de te ad fores tuas conquerar;*

Broukh. *Vectam per cærula* Ven. 1500. Aldd. Colin. cett. Heins. tentavit quoque *te prævectam felice Ceraunia remo*, quod et Guyeto in mentem venerat. *Prævecta Ceraunia* unice veram judicat Barth. ' *At te* pr. meus [*Et* voluit Livin. indicante Schradero Emend. p. 87. et 91.] *Utere* [quod Eldik. suo ingenio excogitaverat,] corrupte Voss. 1. 3. et meus 2. *Provecta* Voss. 1. 3. 4. Mentel. Groning. Heinsianus, Ask. Harl. Colbertt. et Exc. Scal. ac Mod. sed ' provectas rates ' paulo ante dixit. *Projecta Ceraunia, pervecta, per sæva*, vel *provectam felice Ceraunia remo* in Vaticanis. *Prævecta Ceraunia* Neap. Venet. 2. Rheg. sed in Vicent. *vectam per cærula:* ut Junt. Gryph. Rouill. Mureti, aliique: quod probasse videtur Cerda ad Virg. III. Æn. 208. et f. ita mutatum fuit, quia *te prævecta* offendebat. Scaliger tamen *te prævecta*, pro, prævectam, et nominativum vel vocativum pro alio quovis, ut ait, casu, positum notat, quia alloquitur Cynthiam. Vereor tamen ut aliis hoc in l. id persuaserit. Certe non placuisse videtur N. Heinsio, qui II. Adv. 6. p. 253. et in Ep. Mss. ad Græv. p. 206. et 224. emendabat, *post victa Ceraunia:* quod Grævio in Epist. responsoria, quæ est in Sylloge T. IV. p. 210. non quidem displicebat, sed exemplum desiderabat locutionis *vincere Ceraunia* pro, superare. Videtur tamen *vincere* pro, prætervehi, recte dici, ut ' vincere montes,' ' vincere flumina,' et sim.' *Burm.* *Per sæva Ceraunia* Heinsian. His conjecturis non opus esse censet Kuin. Præ, ait, in compositis sæpius id. valet quod, præter. Lachm. malit *Vites felici prævecta Cer. remo.*—20 *Orithos* Venet. 1500. Ald. 1. Colin. Grasseriana. *Horithos* Brix. *Oricos* Ald. 2. rell. ' Pro *Oricos* in Mss. *Orithos, Coricos, Oriqnos, Orycos*, vel *Orychos:* vitiose, ut *Ocyos* Vat. 5. Sic sæpe alibi corrupte scriptum hoc nomen occurrit. Vid. Markl. in Explic. vet. Loc. post Eur. Suppl. p. 274.' *Burm.*—21 ' *De te* a Scaligero est: neque tamen non extat in quibusd. scriptis. Antea legebatur *tædæ*. Est quoque in Groning. *thede*. Heins. reponit *formæ*, N. ad Ov. I. F. 287. *Lumine acerba querar* est Scaligeri, quod nimis mira interpretatione magis etiam obscuravit Schopp. II. Verisim. 6. In scriptis omn. videas *limine verba querar*. *Vera* Schotto debemus II. Obs. Human. 7. nec non Livineio.' *Broukh.* ' *Thedæ* Venet. 1500. *De te* Dresd. Ed. pr. Brix. Vulpii minor. *Victa* pro *vita* Ed. pr. *Lumine* C. Com. Dresd. Ed. pr. *Verba* pro *vera* Ed. pr. et Barthii antiq. pler. Recentiores præferunt *vera*. *Dura* tentat Heins. N. in Prop. mox tamen in *vera* acquiescit.' *Barth.* ' *Jam* in meo 1. *Nonnullæ* Borr. *Diræ* in meo 1. *Corrumpere, de te* Leid. 1. Voss. 2. 4. Borr. Neap. et Vat. 5. Ask. Dorvv. meus 2. Venet. 2. et Rheg. *Thede* i. e. *thedæ*, Junt. pro *tædæ*, quod in Vicent. Volsci, et Ald. 2. In 1. *thedæ:* unde Heins. conjecerat *Ledæ*. *Tædæ* recte prætulisse videtur Broukh. Hanc veram esse lect. notaverat Markl. et putabat allusisse Propertium ad legem Juliam: quod nimis longe quæsitum arbitror, licet ad h. l. illustrand. Elegiam 5. lib. II. præ omnibus Commentariis commendet Broukhusius. *Nunc me non ullæ poterunt confundere* male tentabat Ayrm. Pro *vita* Voss. 1. 2. *tuta*, quod et in meo 2. *Victa* Vat. 5. Voss. 3. Heinsian. sed *vita* a m. sec. quod et in Groning. *Sueta tuo limine verba* conjecerat Dousa.

NOTÆ

crebris fulminum ictibus, quibus feriuntur, ita dicti. Vocantur alio nomine Acroceraunia. Horat. I. Od. 3. 'Infames scopulos Acroceraunia.'

20 *Oricos*] In finibus Epiri civitas a Colchis condita, ut refert Plin. III. 23. quæ etiam Oricum alio nomine vocitatur; unde Oriaca terebinthus. Mela II. 3. ' Urbium prima est Oricum, secunda Dyrrachium.'

Nec me deficiet, nautas rogitare citatos:
Dicite, quo portu clausa puella mea est?
Et dicam, Licet Atraciis considat in oris,
Et licet Eleis, illa futura mea est.

* * * * * *

neque cessabo festinantes nautas percontari: Nuntiate, quæso, *quo* in *portu amica mea recepta est? Atque dicam: Quamvis Atraciis in regionibus, sive* in *Eleis con-*

Meo Voss. 4. *Meo limine verba* Ask. *Lumine* Leidd. Vossiani, Mentel. unus Dorv. et mens 2. In utroque *verba loquar*, sed *querar* superscriptum in primo. *Verba* etiam Leidd. Regg. et Colbertt. quat. Voss. Dorvv. et *loquar* Voss. 1. Heinsian. et Dorv. 1. marg. *Limine verba* Groning. *Tuo lumine verba loquar* Borr. In Veneta et Rheg. *Quin ego vita tuo lumine verba querar:* in Venet. 1478. *Quin ego victa tuo lumine:* sed in Ber. Volsci, Aldd. Junt. aliisque *Quin ego, vita, tuo limine verba querar.* Ex his patet *acerba* in nullo cod. conspici: nec *vera querar*, ut conjecit Passeratius et edidit Broukh. Hoc probabat Markl. *Querar* pro, cum querimonia loquar, defendi potest ex iis quæ notavit Patrnus ad Petron. 91. p. 441. et ad Virg. Ecl. VIII. 19. Assentiri non possum Scaligero *tuo lumine acerba*, pro, lumini; et lumini tuo pro, tibi ipsi, exponenti: licet id probasse videatur Th. Muncker. ad Lactant. Argum. Metam. Ovid. XI. p. 779. *Vita* Dousæ non placebat, f. quia *vita*, blandientis vox, non convenit acerba querenti, et paulo ante perjuram vocaverat. Sed hic ab expostulatione deflectit ad querelas mitiores, et tamen se Cynthiæ memorem, si abiret, fore, et nautas quoscumque super ea rogitaturum pollicetur. *Tuo limine* admittend. videtur, ut innuat se interim ad ejus januam suas effusurum querelas, velut carmine paraclausithyro. *Dura querar* conjecerat Heins. N. ad Prop. p. 662. sed *acerba* prætulit post Scaligerum: et sic Ayrm. Cui emendationi nonnihil favent codd. qui *verba* exhibent.' *Burm.* Lachm. vult *Quin ego fida tuo limine verba querar:* et sic edidit.—23 *Hæc me* male, Burm. judice, Leid. 1. *Deficiat* Voss. 2. 3. *Vocitare* Voss. 4. sed *rogitare* propugnat, censente Burmanno, Virgil. I. Æn. 754.—24 *Puella . . . est* Voss. 1. Quærit Burm. an f. repetita ult. syll. ex voce 'puella,' inde legi possit *clausa puella latet:* nam 'mea est' recurrit seq. disticho. Favere Burmannus putat Ovidium Ep. I. 57.—25 '*Et dicam, licet Atraciis cons.* Groning. et Livin. cod. Reliqui *Et d. Atr. licet hæc cons.* inepte, cum proxime sequatur 'illa.'' *Broukh. Barth.* qui addit: '*Et d. Autaricis licet hæc* ed. Mur. *Atratiis l. h.* Brix. *Autariis* Venet.' '*Et dicam, Atraciis licet hæc considat* Regg. Voss. 1. 2. Leid. 2. et meus uterque, quod primas et plerasque antiquiores edd. etiam occupavit; sed alterum servant reliqui codd. cum Exc. Mod. et magis ad genium Propertianum est. Mutatum id foit ab illis, qui existimabant sic molliorem huic versui numerum conciliari, ut sæpe in aliis locis contigit. Recte Broukh. id rejecit propter 'illa:' ne absurde *hæc* præcedat, et 'illa' sequatur, tamquam de duabus diversis sermo esset. *A thritiis licet hæe* Mentel. et meus 1. *Athritiis* Borr. *Autraciis* Vossianus et Vat. 2. *Autaricis* Exc. Mod. *A trutiis* in Venet. et Rheg. *Autracis* ed. Volsci. *Atraciis* Vicent. et Ald. *Antariis* Vat. 1. Colot. et v. c. Perr. qui legend. ascripserat *Autariis*, quia Appiano et Plinio Antarii sunt Illyrici populi. Altero versu codd. non minus discrepant, et pro *Eleis* exhibent *Hylæis*

NOTÆ

25 *Atraciis in oris*] Atracii populi sunt Ætoliæ, quos Atracas Plinius vocavit ab Atrace fluvio; qui mari Ionio infunditur, et a quo initium est Achaiæ. Vid. Strab. IX. et Plin. IV. 11.

26 *Eleis*] Elæus civitas est Epiri ap. Ptolemæum, atque etiam in Hel-

Hic erit: hic jurata manet: rumpantur iniqui:
Vicimus: assiduas non tulit illa preces.

sistat, ipsa futura est mea. Hinc non aberit; hoc in loco juravit se mansuram. *Disrumpantur malevoli. Victoriam obtinuimus: continuas preces* nostras non valuit

vel *Ilæis*, ut in Exc. Scal. meo 1. Mentel. Borr. Neap. aliisque. *Ellæis* in meo 2. Barthium [Animadv. ad Stat. Th. I. 106.] *Atracias oras* in genere pro remotis, longinquis, exponentem, merito rejecit Broukhusius; sed, quod ipse addat Poëtam nondum certum fuisse, an iste proconsul sive prætor, de quo hic agitur, in Ætolia sedem esset fixurus, an vero in Elide, et ideo loci utriusque hic mentionem fieri, non satis capio. An igitur incerti erant proconsules, in quam ituri essent provinciam, et an Elis sub Illyrico? quæ in Peloponneso est. Scaligero etiam vix concedere possum, si Ostia solvit, ut præter Ceraunia Oricum venerit; quod neminem fecisse puto, sed Brundusio trajiciebant in Illyricum et Græciam. Quia autem hic prætor in Illyricum tendebat, veram f. lect. nobis servarunt Colot. et Perr. v. c. in quibus *Autariis* et *Issæis* legitur, ut *Elcis* petitum sit ex v. 36. ubi Elidis mentio fit; tum *Atracia* et *Atracis ora* ex aliis poëtis notior librariis præ *Autariis* fuisse videtur. Vid. igitur, an hic sedem sibi vindicare non debeant Illyrici sinus loca, adeoque restituend. sit *Et dicam, licet Autariis* (vel *Autaricis*) *considat in oris, Et licet Issæis, illa futura mea est.* Autarii vel Autariotæ in Illyrico, ut patet ex Strab. VII. p. 313. eorumque meminerunt Arrian. I. de Exped. Alex. 5. Polyæn. IV. Strateg. 12. 1. et VII. 42. aliique. *Autaricis* etiam Muretus probabat, sed *Hyllæis* seq. versu, eosque Illyriæ populos esse notat: et sic legitur in Rouill. Præfero tamen *Issæis*. *Issum* enim urbem et insulam esse in Illyrico, constat ex Strab. II. p. 124. et VII. p. 315. et Polyb. II. 8. Issæi quoque memorantur Liv. XXXI. 45. 10. Vid. illic Sigonium, et Drakenb. ad XXXII. 21. 27. ubi in hoc nomine admodum quoque variant codd. Certe in primis renascentium literarum tenebris Volscus jam *Autaricis* pro *Athraciis* legendum, et *Autarios* esse Illyriæ populos, sed altero versu *Ardeis* pro *Ileis* corrigend. monuit: et post eum Beroaldus de *Autariis* et *Isseis* cogitavit non tantum, sed in ejus ed. ita excusum video, quod miror a Broukhusio, Scaligerum pressius sequente, repudiatum, et pro hallucinatione habitum fuisse. Ap. Ov. II. M. 632. Heinsius, hunc l. afferens, memoriæ vitio *licet Atraciis consederis arvis* exhibet.' *Burm.* Burmanno assentitur Lachm. rationum, ut ipse ait, motus pondere, non codicum. *Helleis* Dread. *Heleis* Colin. et Ald. nisi quod in Ald. est *heleis*. *Hyleis* ed. Mur. *Isseis* Venet.—27 'Novam ab h. versu Elegiam facit Lips. II. V. L. 18. minus recte: [et sic censet Barth.] Porro illud *mea est*, ter repetitum, vix est ut placeat. In septem Mss. invenimus *Hic erit, hic j. manet*, sensu neque inepto et optime cohærente: ideoque reducend. in suam sedem putavi. Belle istud *manere* et 'ire' quod in proximo est, opponuntur.' *Broukh.* 'Erat Voss. 2. Colb. et Neap. *Sic erit* vel *Sic eat* Heins. sed, quia hic exultare incipit Poëta, se Cynthiam blandi carminis obsequio ab hoc itinere dimovisse, *Hic erit* intelligo, pro, Romæ manebit, prætorem non comitabitur:' et continuand. cum præced. 'illa futura mea est.' Male in Exc. Scal. et Dorv. 2. *hic jurata mea est:* sed *manet* in Groning. ceterisque codd. ut et Regg. et Colbertt. in quibus *rumpentur:* sed *rumpantur* est ad imitationem Virgilii Ecl. VII. 26.' *Burm.* Lipsium in dividenda hac El. errare pronuntiat Passeratius; reprehendit Vulpius; defendit et sequitur Lachmannus.—28 *Vicimus* defendit Burm. Sic Leid. 1.

NOTÆ

Iesponto ejusd. nominis est civitas ap. Steph. Elæi vero populi sunt Achaiæ seu Peloponnesi, clarissimi propter Jovis Olympii templum, ludosque Olympicos omnium veterum scriptorum monumentis celebratos ad urbem

Falsa licet cupidus deponat gaudia livor:
Destitit ire novas Cynthia nostra vias.
Illi carus ego: et per me carissima Roma
Dicitur: et sine me dulcia regna negat.
Illa vel angusto mecum requiescere lecto,
Et quocumque modo maluit esse mea,
Quam sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ,
Et quas Elis opes ante pararat equis.
Quamvis magna daret, quamvis majora daturus,
Non tamen illa meos fugit avara sinus.

sustinere. Abjiciat nunc, *si vult, ardens invidia mentitam lætitiam; Cynthia destit adire ignotas peregrinationes. Ego* sum *illi dilectus,* ipsique *propter me dilectissima Roma habetur, et absque me nulla imperia* sibi *jucunda* esse *dicit. Ipsa potius optavit* in *exiguo etiam mecum jacere lectulo, et quomodocumque esse mea, quam* possidere *antiquum divitis Hippodamiæ imperium, ac quascumque divitias Elis equorum* cursu sibi *quondam congesserat. Licet ingentia* ipsi *munera largireris,* adhuc *longe majora largiturus; attamen ipsa meos amplexus* tanquam *avara non refugit.*

Regg. primæque edd. favetque, censente Burm. Borrichianus, in quo *Dicimus*, 'litera initiali prius omissa, dein male inserta *D.*' *Vicimus* ediderunt Broukh. Barth. Lachm. *Ira* pro *illa* male, judice Burm. Voss. 1. et Heinsian.—29 *Deponas* Heins. N. in Prop. Burmanno propter 'Falsa' videtur legend. *componat*, i. e. fingat, simulet.—30 *Deficit* Dorv. 1. a m. sec. male, judicante Burm.—31 Broukh. contra auctoritatem omn. codd. et edd. vett. ante Scaligerianam, hanc secutus, *et* omisit: licet in notis editis causam rei non reddiderit: in primis tamen Animadversionum lineis ascripserat: '*Et per* Groning. primus noster et sec. perperam.' Sed nusquam fere, ait Burm. Noster ultimam in 'ego' producit: et, ubi ita nunc editur, plerumque codd. copulam *et* inserunt, ut h. l. vel eliditur cum seq. voce. Contra sentit Voss. II. Art. Gramm. 27. cui astipulari videtur Drakenb. ad Sil. XVII. 358.—32 *Ducitur* Broukh. oppugnante Barthio. Vulg. defendit Burm. *Ditia* r. Canter. huic quoque oppugnante Barthio. Non improbat Burmannus, 'licet rejecerit [et bene, judicante Broukh.] J. Dousa propter seqq. 35. 36.' Ceterum *per me* Colb. quod repeti ex v. præc. censet Burm.—35 *Donatæ* Lond. vitio typogr. judicante Barth. p. XLVII.—36 *Elis* Ald. 2. sed *elis* 1. *Helis* Colin. et Grasseriana. *Pararet* Voss. 4. pro *pararit*, ut putat Burm. *Pararet equis* Heinsian. *Pararat, emi* Heins. *Equis* vindicarunt Beroaldus et Passeratius, ac bene, censente Burm.—38 '*Meo sinu* Broukh. et sic loqui Veteres probat: quasi vero id dubium sit. *Fregit* Dresd. [Colb.] *Amara* tres libri ap. Broukh. *Amata* Palat. quod non probat Gebh.' *Barth. Amara* Leid. 1. Voss. 2. Borr. Burm. 2. *Avara* recte se habet, judice Burm. et sic ipse edi-

NOTÆ

Olympiam, non procul ab Elide et Pisa, civitatibus provinciæ Elidis.

35 *Hippodamiæ*] Hippodamia filia fuit Œnomai regis Elidis et Pisarum potentissimi; quæ regni hæres regnoque dotata Pelopi nupsit, unde dicitur regnum dotale accepisse, a quo Peloponnesus nomen accepit. Vid. Strab. VIII.

' 36 *Elis*] Achaiæ seu potius Peloponnesi regio, et urbs ejusdem nominis celeberrima Jovis Olympici templo, et ludis Olympicis, ubi curule certamen agitabatur, ad quod equi

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio.
Sunt igitur Musæ, neque amanti tardus Apollo:
Quis ego fretus amo. Cynthia rara mea est.
Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis:
Sive dies, seu nox venerit, illa mea est.
Nec mihi rivalis certos subducit amores.
Ista meam norit gloria canitiem.

Ipsam nequivi præmiis, aut muneribus, neque Indis gemmis demulcere, at mollis versus blanditiis. Adsunt ergo Musæ, nec amatori juvando *segnis* est *Apollo; quorum* ope *nixus amo. Cynthia unica et singularis mea est. Jam mihi fas est sublimia astra pedibus calcare: sive dies, sive nox advenerit, Cynthia mea est.* Jam *æmulus immutabiles delicias mihi non eripiet.* Hæc *mea canities gloriam istam sentiat.*

dit eum Broukh. Barth. Lachm.—41 *Nec* Dresd. *Surdus* Heinsian. '*Tardus* tamen amat Prop. ut ipse Heins. observ.' *Barth.*—42 'Noster 1. *cara:* non placet.' *Broukh.* Nec placet Barthio. *Cara* Heinsian. et sic Ayrm. et defendit Pont. III. Analect. 9. *Rara* ediderunt Burm. et Lachm.—43 'Ita Catull. in Coma Berenicæ: 'Nam quanquam me nocte premunt vestigia Divum:' qui l. vel solus tueri poterat *plantis*, quod legitur in omn. membr. Neque ullo modo sunt audiendi, qui *palmis* substituerunt.' *Broukh.* '*Plantis* tuentur Passeratius et Schopp. I. Veris. 6.' *Barth.* '*Plantis* constanter in omn. codd. et edd. vetustis: nisi quod in Exc. Scal. *sidera Atlantis:* quod ex *plantis* deductum videtur. *Palmis* conjecerat Heins. ad oram ed. Ald. ut Scaliger, Livin. Lipsius IV. Ant. Lect. II. et Schott. II. Obs. 7. ut respiciatur ad proverbium 'digito cœlum tangere.' Priscam lect. post alios viros doctos, quos indicat, tuetur Broukh. quibus paria faciunt Sciopp. ad Priap. p. 93. Rittershus. ad Gunther. p. 49. et Barth. ad Stat. I. Sylv. 2. 212. p. 83.' *Burm.* qui edidit *plantis.*—45 *Nunc* Dresd. '*Subducet* habet Broukh. cum Scalig. et multis edd. *Subducit* tamen in duob. Broukh. libr. et in plerisque meis: etiam Dresd. et majorem Propertii fiduciam significat; etiam ad præsentem rivalem, nempe prætorem, digitum intendit: licet cuipiam locum communem sapere videri possit.' *Barth.* 'In Borr. Neap. quat. Voss. Dorvv. et meis legitur *subducit.* *Certos amores* spe et opinione constantes interpretatur Passeratius. Vid. tamen an deleta *s*, quæ ex prima seq. vocis litera adhæsit, f. scripserit Prop. *rivalis lecto.* Sup. enim vs. 33. gloriatus erat, Cynthiam secum lecto angusto requiescere maluisse, quam regna possidere. Pro *certos* in Voss. 2. *summi.* In Voss. 3. et meo 2. *somnus:* in qua scriptura f. diversum quid latet.' *Burm.* Burmannum nimis inepte conjecisse *lecto* censet Lachm. et eam, quam habet Kuin. lect. defendit.

NOTÆ

undique nobilissimi mittebantur. Tibull. 'Qui prior Eleo est carcere missus equus.'

39 *Indis conchis*] Indi populi sunt Asiæ ad Solem Orientem remotissimi, et ad Oceanum Orientalem, qui dicitur Indicus, et in quo uniones, et lapilli, gemmasque conchæ parturientes colliguntur. De his vid. Plin. IX. 35. Propert. II. 22. 'Indica quos medio vertice gemma tenet.'

46 *Ista meam norit gloria canitiem*] Hypallage; pro, mea canities istam gloriam sentiat, videat.

ELEGIA IX.

AD PONTICUM SUUM.

DICEBAM tibi venturos, irrisor, amores,
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce jaces, supplexque venis ad jura puellæ;
Et tibi nunc quovis imperat emta modo.
Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ
Dicere, quos juvenes quæque puella domet.

O *derisor*, te *monueram fore tibi* seros *amores, neque tibi semper fore liberas voces. En* tu victus *es* et *prostratus, atque* jam *supplex puellæ leges subis; jamque tibi quacumque* vult *ratione imperat* nuper *emta* serva. *Chaoniæ columbæ in amore non me superent divinando, quales viros quævis fœmina vincat. Dolor et*

Ad Ponticum irrisorem suum Dresd. *Ad Ponticum æmulum* Burm. 1. *Ad æmulum irrisorem* 2. *Ad æm.* Dorv. 1. *Ad æm. irrisorem, id est, Ponticum* Borr.—2 *Fortia* Dousa et Frut.—4 ‘ *Quov. modo* Scaliger e vet. libr. optime. Vulg. *quævis* cum Bon. Dresd. *Quavis domo* Palm. improb. Passeratio.’ *Barth.* ‘ *Quævis* Leidd. quat. Voss. Regg. Vat. 5. Borr. Groning. meus 2. primæque et aliæ vetustiores edd. Inepte Palm. *quavis domo:* sed *quovis modo* bene correxit Scaliger, probante Heins. qui tamen in marg. ed. Ald. etiam conjecerat *sævis imperat emta modis. Quovis modo* firmatur etiam a Perr. v. c. ceterisque. Voss. 4. *Ecce tibi quævis imperat emta modo:* unde optima repetitione, et Propertio præsertim amata, legi posset, *Ecce jaces, supplexque venis ad jura puellæ: Ecce tibi quovis imperat emta modo:* idque elegantius; quia ipsi in memoriam revocat indignum amorem puellæ de catasta emtæ, s. ancillæ: illic enim mancipia servilia emebantur.’ *Burm.* ‘ *Quovis* expressum ante Scaligerum Vicent. libris pancis consentt. Cett. ni fallor, omnes *quævis.* Volsc. 1. *Et tibi quivis nunc.* Sed recte *quovis modo.*’ Lachm.—5 ‘ *Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ Dicere;* ita distingnend. ut recte in meo 1. *Columnæ* male Dorv. 2. quod ne quis amplectatur, et de ipso Jovis Dodonæi templo intelli-

NOTÆ

1 *Dicebam tibi*] Ponticus, de quo jam supra, amore tandem cujusdam puellæ exarsit, quemadmodum ipsi Propertius significaverat; nunc vero ipsum hortatur, ut grandiloquo stylo deposito Elegos scribat; quandoquidem mollis Elegiarum scriptor plus valet in amoribus, quam quivis vates heroici carminis cothurno sublimis.

4 *Imperat emta*] Quæ non ita pridem emta tibi est a præcone, tibi imperat. Sic illud Q. Ciceronis: ‘Amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit.’ Contrario prorsus sensu illius proverbii: ‘Emendus cui imperes.’

5 *Chaoniæ columbæ*] Epiroticæ. Chaonia enim pars est Epiri, a Chaone Trojano sic dicta, ut canit Virgil. Æn. III. ‘Qui Chaonios cognomine campos Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit.’ In Chaonia porro fuit Dodona civitas, ad quam nemus querneum fuit Jovi sacrum, quod Jovis Dodonæi templum habuit; et in eo oraculum omnium, quæ apud Græcos fuerunt, vetustissimum. In hoc oraculo columbas responsa dedisse

Me dolor et lacrymæ merito fecere peritum;
Atque utinam posito dicar amore rudis!
Quid tibi nunc misero prodest grave dicere carmen?
Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ? 10
Plus in amore valet Mimnermi versus Homero;
Carmina mansuetus lenia quærit Amor.

fletus me doctum reddiderunt; et faxint Dii, ut, abjecto amore, habear imperitus. Quid te jam juvat infelicem doctos canere versus, vel lamentari muros citharæ Amphionis? Majorem vim habet in amore unicus *Mimnermi versiculus, quam* totus *Homerus. Blandus Amor molles amat versus. Vade, oro, illosque flebiles*

---

gat, cavet Servius ad Virg. Ecl. IX. 13.' *Burm.*—7 ' Novi exempla, quibus illud *merito*, s. cum verbis s. adjectivis conjunctum, ipsi Propertio sæpe usitatum, possit probari. Sed dubito, an huic l. conveniat, et an non potius hic valde frigeat; quia in præcedd. Pontico exprobrat, se verum vatem fuisse, et venturos ipsi amores prædixisse, neque ipsa oracula Dodonæa in divinandis amoribus se superare: et obstat præterea ' peritum' ita simpliciter ac nude positum. Elegantius igitur fore opinor, si deleta ult. vocis syll. refingamus, *Me dolor et lacrimæ veri fecere peritum:* ut pro *veri* librarius ex fine præc. vocis *lacrime*, (ut in Mss.) aberrante calamo fecerit *meri*, pro *veri*, truncamque vocem postea alius suppleverit *merito*.' Burm. qui suam conj. multis defendit. ' Burmanni emend. admissa, loci elegantia perit, ut recte judicarunt Jacobs. et Ast. Attamen et Jacobsii conjectura *merito f. p. Vatem: utinam* languere mihi videtur.' *Kuin.* Burmanni et Jacobsii conj. se opponit Lachmannus.—8 *Apposito* vitiose, censente Burm. Voss. 2.—9 ' *Ducere* emend. Heins. N. in Prop. et Adv. p. 323. et ita expr. Broukh. et Vulp. quasi ubique inculcanda sit hæc elegantia.' *Barth.* ' *Grave prodest* Voss. 1. *Dicere* Borr. Leidd. quat. Voss. Dorvv. mei, Groning. aliique codd. cum priscis edd. Sed *ducere* recte prætulit Heins. et exhibuit Broukh.' *Burm. Ducere* damnat Kuin. ' Immerito obtrusas Propertio elegantias hic ostentant exemplaria. Alterius commenti *totis medullis* (vs. 21.) auctor extat Dousa F. *Ducere* Volsc. 1. non obsequente Beroaldo. Scripti omnes, ne uno quidem demto *Ducere....totiens.* Quis jure impugnet? Quis tanti ducat defendere?' *Lachm.*—10 ' Pro *flere* male Dorv. 1. *ferre.* An hic præstat ut legamus *Atque A. m. flare l. Flare* convenit heroico poëmati, ut ap. Martial. XI. 3. Si quis tamen vulg. propugnand. contendat, non refragabor, maxime propter III. 9. 37. 38.' *Burm.*—11 ' *Numerini v. homeri* Guarn. In Bon. lacuna est. *Numerini* Ed. pr.' *Barth.* ' *Valent* male Borr. *Numerini* Leidd. Voss. 1. 3. 4. Dorvv. mei: Venet. 2. Rheg. *Munerini* Voss. 4. *Homeri* in Regg. meo 2. et in 1. pro diversa lect. a m. sec. et in iisd. edd.' *Burm.*—12 ' Lambin. ad Horat. I. Ep. 6. h. v.

NOTÆ

consulentibus fabulati sunt Veteres, nemorisque etiam Dodonæi quercus vocales fuisse, quæ etiam oracula edere solerent. Virgil. G. II. ' Atque habitæ Graiis oracula quercus.' Unde per Chaonias columbas, seu aves, aut quercus Dodonæas intelligendum est oraculum Jovis Dodonæi.

10 *Amphioniæ lyræ*] Ponticus epico carmine et grandi stylo bellum Thebanum scribebat, unde Propertius: Quid tibi nunc prodest Thebas bellumque Thebanum describere, cum carmen heroicum nihil valeat ad amorem quo nunc ardes? In Fabulis autem traditur Amphion Jovis fuisse filius, qui lyræ sono suavissimo saxa etiam et montes traxisse, Thebasque condidisse dicitur; quia nempe eloquii suavitate homines, tunc rudes et

I, quæso, et tristes istos compone libellos;
Et cane, quod quævis nosse puella velit.
Quid si non esset facilis tibi copia? nunc tu
Insanus medio flumine quæris aquam.
Necdum etiam palles, vero nec tangeris igni.
Hæc est venturi prima favilla mali.
Tunc magis Armenias cupies accedere tigres,
Et magis infernæ vincula nosse rotæ,

libros dimitte, et compone carmen, *quod quælibet fœmina legisse cupiat. Quid* vero *si tibi non adesset commoda facultas et copia?* Jam tu *demens quæris aquam* in *medio flumine. Sed non adhuc tamen pallescis, neque ardes sincero amore. Ista est prior scintilla doloris futuri. Tum potius optabis* in *tigres Armenias incidere, et potius experiri cruciatus rotæ infernæ, quam* Dei *infantis sagittas inti-*

---

adducit ita: *C. m. levia.* Duo quoque Mss. *levia* habent. Sed non est recedend. a vulg.' *Broukh. Barth.* ' *Inassuetus* Voss. 4. *Levia* vitiose Neap. Leidd. quat. Voss. Dorvv. et mei.' *Burm.*—13 ' *Compone* vidimus in octo libr. quod et in suis invenerant Lips. ac Gebh. Bene et proprie.' *Broukh.* ' *Depone* edd. vett. pler. Heinsius in uno cod. *repone*, in altero *comp.* invenerat.' *Barth.* ' *Tristis* in omn. fere meis codd. et edd. pr. *Repone* Vat. 1. et Colot. *Comp.* Regg. Colbertt. Borr. Neap. 2. Perr. v. c. Exc. Mod. et Scal. Mentel. Heinsian. Groning. Dorv. aliique, et pr. edd. ut ex v. c. Lips. IV. Antiq. Lect. 11. et ex suo Ms. producit Livin. idque locis Veterum astruit Broukh. probante Patruo meo ad Ov. II. A. A. 463. *Sepone* Heins. N. p. 663. qui etiam tentaverat *tristis scriptor sepone libellos:* sed postea rejecit, et *istos* retinend. recte censuit. Mihi tamen præferend. videtur *depone*, ut legitur in Aldd. Junt. Rouill. Colin. Gryph. et aliis.' *Burm. Dep.* quoque Dresd. *Comp.* non solicitand. putat Ast. ' Burmanno astipulatur Boltius in Sylv. Crit. p. 72. sed *comp.* vera lect. est.' *Kuin.*—14 ' *Cave* al. ap. Vulp.' *Barth.* ' *Scire* Dorv. 2. f. quia mox seqnitur ' vincula nosse.' ' *Broukh.*—15 *Quodsi non* Guarn. Dresd. ' *Quid si non esset* legendum, licet *Quod si* 1. 2. 4. Voss. Dorv. 2. sed alterum recte in cett. codd. et edd. pr. Voss. 1. *nec tu.* Heins. conjecerat *næ tu:* quod vs. 17. *Næ tu etiam palles* reponit Gebh. III. Crepund. 20. et inf. in N. ad II. 12. p. 182. Mox *quæris aquas* Borr. et Leid. 1.' *Burm.*—17 ' *Nedum* Gött. quod pro vitio operarum habuimus. *Igne* Posth.' *Barth.* ' *Nec v. t.* Dorv. 2. An f. *v. n. carperis igni?* ut sit imitatio Virgilii IV. Æn. 2. *Igne* Voss. 4. sed passim *igni* pro *igne* prætulerunt VV. DD.' *Burm.*—19 ' Lips. et Gebh. verentur ut Prop. scripserit *capiare acc.* metu nimis officioso. Adeo non defugit id verbi [sc. *capere*] Prop. ut etiam amasse videatur.' *Broukh. Barth.* qui addit: ' *Tum* Dresd. Aldd. Gryph. Basil. Grasseriana. *Tunc* ed. Mur. Scal. Vulp. cett.

NOTÆ

incultis moribus, ad obsequii civilis primus pellexit disciplinam. Propertium suum imitatus videtur Ovidius: ' Aut Amphionia mœnia structa lyra.'

11 *Mimnermi versus Homero*] Mimnermus poëta Colophonius, aliis Smyrnæus, Elegiarum scriptor, Solonis floruit temporibus. Hic in rebus amatoriis Homero præfertur; utpote qui sine amore et jocis nihil esse jucundum existimabat: ut alt Horat. I. Ep. 6. ' Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocisque Nil est jucundum, vivas in amore jocisque.' De Mimnermo vid. Strab. XIV. et Athenæum XIV. XV. et XVI.

19 *Armenias tigres*] Inter feras immanissimæ sunt tigres Armeniæ, seu

Quam pueri toties arcum sentire medullis,
Et nihil iratæ posse negare tuæ.
Nullus amor cuiquam faciles ita præbuit alas,
Ut non alterna presserit ille manu.

mis medullis sentire, nihilque posse denegare tuæ puellæ *iratæ. Nullus amor* unquam *adeo* libens *pennas cuiquam faciles exhibuit, quin ipse alternanti manu*

Cupias Dresd.' ' *Tum* plerique codd. *Tu* Exc. Scal. *Cum* meus 1. et *caperes* id. Perr. v. c. et Vat. 2. Lipsium et Gebh. *capiare* legentes merito rejicit Broukh. *Attingere tigres* Voss. 3. *Accendere* Exc. Scal. ut affert etiam Ciofan. ad Ov. VIII. M. 121.' *Burm.*—20 ' Passeratius in Mem. invenerat *nectere vincla r.* quod f. corruptum fuerit ex *noscere vincla.* Vulg. satis commoda est nec mutand.' *Broukh. Barth.* ' *Noscere vincla* Voss. 1. 3. et meus 2. *Vincla subire* vel *subisse* Heins. sed nihil tentand. esse patet ex illis, quæ notata sunt ad El. 6. init. et vid. Markland. ad Stat. Sylv. p. 214. Negligentissime in ed. Græv. *vincula nosse meæ.*' Burm.—21 ' Recte Dousa F. reponit *totis.*' Broukh. ' *Totis* et Heins. in mentem venit Adv. p. 324. et rec. Vulp. Gött. Reliqui omnes *toties:* quod non erat spernend.' *Barth.* Vid. sup. ad vs. 9. ' *Toties* vel *totiens* in primis et cett. antiquioribus edd. legitur, et in Leidd. quat. Voss. Dorvv. meis, [Dresd. Lup.] et reliquis omn. codd. Dousa F. *totis,* et sic Heinsius: quod non repudiand. videtur. Sed neque *toties,* tot codd. et edd. vett. auctoritate fultum, videtur abdicand. Dicit enim aliquid amplius, nempe repetitis vicibus amare.' *Burm. Totis* male exhibuisse censet Kuin. —22 ' *Irata p. rogare tua* legebat Ayrm. quod satis refutatur ex El. 10. 23-26.' *Burm.* Lachm. vult *ingratæ* vel *ingrate.*—23 In priscis edd. *quoiquam facilis.* Colbert. *cuivis.* ' Jacobs. in Ep. ad Ant. p. XIX. legit *præbet habenas* satis ingeniose: neque dubito quin hæc imago Poëtæ animo obversata sit; neque tamen quicquam mutand.' *Kuin.*—24 ' Pro *ille* commodius legas *inde:* et id sensus videtur flagitare.' *Broukh.* ' *Inde* Broukh. nimis prosaice. *Illa* Dresd. mendose.' *Barth.* ' Vv. 23. 24. interpretationem ab alio cave petas, quam ab exactiss. Huschk. in Anal. Crit. p. 44.' *Lachm.* ' Hæc explicuit Passeratius de Cupidine alas suas, cum propitius favet, ultra expandente et ad amatorem advolante, sed alterna manu eas premente, s. inhibente, cum tardus venit. Male igitur *illa* Voss. 4. *Inde* Broukh. quod non displicet. *Premere alas* pro, corripere, adducere, de Cupidine dictum esset, locutione desumta ex re equestri, in qua ' premere habenas,' et ' præbere,' s. immittere, opponuntur: sic ' premere currum' Ov. II. M. 135. ' premere frœna manu' VIII. M. 37. ' pressæ habenæ' Claudian. II. in Eutrop. 107. et hæc quidem ad Passeratii expositionem possent conducere; sed, quia *premere alas manu* minus recte diceretur, malim in *alterna manu presserit* subintelligere amatorem ipsum, cui nunc favet, nunc adversus est Cupido. Vel, si quis ellipsin hanc nonnihil coactam, et ' presserit' ad ' alas' referri debere contendat, ut ead. loquendi figura totum decurrat distichon, substitui posset

NOTÆ

Hyrcaniæ, unde eas delegit Propertius propter insignem rabiem.

20 *Infernæ vincula rotæ*] Ixionis significat pœnam et cruciatum, qui dicitur in Inferis rotæ astrictus. Virgil. G. III. ' Tortosque Ixionis angues Immanemque rotam.' Ubi ait Servius: ' Religatus serpentibus ad rotam Ixion, quoniam illicitos Junonis petiit concubitus.' Tibull. I. 3. 72. ' Illic Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota.'

21 *Pueri arcum sentire*] ' Puer' per antonomasiam dicitur Cupido Deus amoris, ut El. 7. huj. lib. 15. ' Te quoque si certo puer hic concusserit arcu.' Atque etiam 19. 5. ' Non adeo leviter nostris puer hæsit ocellis.'

Nec te decipiat, quod sit satis illa parata.
Acrius illa subit, Pontice, siqua tua est.
Quippe, ubi non liceat vacuos seducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine, cedat Amor?
Qui non ante patet, donec manus attigit ossa.
Quisquis es, assiduas, ah! fuge blanditias.

compresserit. Non te fallat, quod puella affatim præsto adsit. O mi *Pontice, si aliqua tibi est morigera, fortius se* in animum tuum *insinuat. Cum enim* jam *non est fas oculos vacuos seorsim abducere, neque alia causa vigilare permittat Amor, qui non prius* manifestus *apparet, quam cutis ossibus conjuncta est; quicumque* tu *sis, continuas illecebras devita. His saxa etiam et quercus possunt*

ille mora.' Burm. Male, judice Kuin.—26 ' *Artius* Dorv. 2. An f. *Altius* voluit librarius? *Aptius* in aliis legi testatur L. Lat. sed *Acrius subit* elegantissime dictum, pro, animum intrat, et in medullis sentitur. Possis et *Acrior*, ut ap. Lucan. III. 142.' *Burm.*—27, 28 ' Ita distinguend. videtur, et interpretand. aliter ac factum est a prioribus. Sic puta: Etenim, ubi tu quotidie ante oculos habeas dominam tuam, eam unam contempleris unice, cum illa tibi noctes auferat, illa dies; credis fore ut tam contumax amor victus abeat ac loco cedat? Cf. hæc et connecte cum proxime præcedd. aut ego egregie fallor, aut verum Poëtæ sensum erui. Non ignoro in alia ivisse Lipsium III. V. L. 7. et Schopp. II. Verisim. 6. Sed nec moveor. In quat. libr. *subducere:* in Groning. *deduc.*' Bronkh. ' *Cedit* Vat. ap. Lvin. In fine versus 28. pleræque edd. habent punctum, ut sententia ironice capiatur.' *Barth.* ' *Subducere* Leid. 1. tres Voss. Dorvv. Heinsian. et mei: nec aliter Exc. Scal. Borr. et Colb. ut ex Palatino profert Gebhardus. *Deponere* Exc. Mod. seu Groning. *Subducere* etiam conjecerat Markl. quod non improbo, licet *seducere* pro, oculos ab amata puella amovere, prætulerint viri eruditi. Possis etiam *diducere:* nam hæc invicem permutantur, et sæpe hoc verbo utitur Prop. sed nihil hic mutand. *Alio nomine* hic est, alia de caussa, ut recte Passeratius: nam *alios* male in cod. Heins. Ceterum post vs. 28. desunt in Leid. 1. et Voss. 4. reliqua usque ad vs. 27. El. 11. sed quæ in illis codd. habentur post vs. 2. El. 14.' *Burm.* Broukhusio se opponit Lachm. et ita legit; *Acrius illa subit, Pontice, si qua tua est; Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos, Nec vigilare alio nomine cedat Amor. Subcludere* v. c. ap. Pocc.—29 ' Groning. *donec cutis:* quod fuerit glossema. Neque tamen pro glossemate haberem, nisi obstaret consensus cett. codd. F. Modius Novant. 18. et Livin. uterque hoc ipso libro usi, reponunt *malus:* [atque ita, ait Barth. haud dubie Beroaldus quoque legerat:] tolerabilius aliquanto quam Palmerii portentificum somnium, consarcinantis *d. malus ah tagit:* cum profecto, inquit, scripserit Poëta *pagenda* pro *pang.* IV. 1. 76. ibi enim restituend. esse. Nos vero eas restitutiones, tam sunt lepidæ, tamque molliculæ, in solutum accipiemus, simul atque liquido constiterit vixisse Propertium tempestate Livii Andronici, vel paulo fuisse superiorem. Bene hic Gebhardus ex mente Scaligeri in curis secundis.' *Broukh.* ' *Cutis* Passer. Morell. Silv. uti et Græv. ut f. Franco-gallicorum codd. ea

NOTÆ

28 *Alio nomine*] Alterius puellæ causa, vel pro altera puella.

29 *Donec manus* [*cutis*] *attigit ossa*] Alii legunt *manus a. o.* Sed, quomodocumque legatur, sensus est iste: Amor non ante manifestatur palam et aperte, quam emaciato corpore ossa cutem ipsam ita pertundant, ut manu ipsa undequaque tangi possint.

Illis et silices, et possunt cedere quercus,
Nedum tu possis, spiritus iste levis.
Quare, si pudor est, quam primum errata fatere.
Dicere quo pereas, sæpe in amore levat.

molliri; tantum abest, ut tu mollis homo possis non cedere. *Itaque, si tantillum pudet, confitere culpas* tuas; *prodest frequenter in amore declarare* id, *quo moriaris.*

lect. propria sit habenda. *Venus ait.* Guarn. levi aberrat. a *manu.*' Barth. qui et ipse Palmerium damnat. ' Scaliger in pr. ed. legend. conjecerat *Cui non ante patet, donec manus attigit, offa.* Sed hæc merito exploait Passeratius; et certe mirari licet, tantum virum hanc mentem Poëtæ dare potuisse. In curis vero secundis, quas non vidisse Passeratium opinor, rejecta ista hariolatione, ita hæc interpretatur: Amor non ante patet, quam, emaciato corpore, ossa cutem ipsam pæne pertundant, ut ipsa manu tangi possint. Hanc Scaligeri expositionem sequitur et amplius illustrat Gebhardus, rejecta Passeratii explicatione. In nonnullis nempe codd. legebatur *donec cutis*, ut Exc. Mod. in quibus etiam *attigat*, ut in Leid. 1. et ex illa *cutis* lectione natum est, quod in aliis habetur, *catus.* In cett. omn. et antiquis edd. *donec manus.* Heins. tentaverat *donec media*, vel *tacita*, aut *summa.* Ruhnken. censebat *attigit* hic dici ex imitatione Græc. ἅψασθαι: de quo vid. Bergler. ad Alciphron. p. 187. Sed, quia constanter in Mss. et edd. pr. *manus* legitur, placet valde Modii divinatio *malus*, i. e. Cupido, qui passim ap. poëtas ' malus ille puer ' dicitur. Hinc legend. opinor *donec malus atterit ossa.*' Burm. Jacobs. in Ep. ad Ast. p. XXI. leg. censet *donec jaculum attigit:* quod multis Veterum locis defendit.—30 ' Passeratius mallet *o fuge* [et sic Vulp. et Gött. editor]: idque Tibulli ac Maronis auctoritate firmat: non male. Sed in C. Com. erat *effuge*, quod verum puto.' *Broukh.* et id edidit Burm. ' *Quisquis et* Dresd. vitiose. *Aufuge* Bon. Dresd. Venet. Brix. Aldd. cett. etiam recentiores, Græv. Lond. Leid. Broukh. tamen ostendit aufugere aliquid non dici Latine.' *Barth.* qui edidit *o fuge. Auf.* damnat et Burm. Quomodo legitur et in Leidd. tribus Voss. Dorvv. Burmanniano, Borr. Groning. Ask. ceterisque, et antiquiss. edd. *Heu fuge* Markl. Præplacet Kuinoeli et Lachmanno Boltii emendatio in Sylv. Crit. p. 73. *ah fuge.*—31 ' Groning. *et silices possunt et ced.* Non male. [Et sic censet Barth. et edidit Lachm.] Heins. legebat *possint:* recte.' *Broukh.* qui tamen id non recipit. ' *Scilices* Mentel. *Cilices* Leid. 1. *Salices* Voss. 1. 2. et meus 2. *Et possint* legend. cum Heinsio, quod firmat Neap. idque propter sequens, ' Nedum tu possis:' ubi *Necdum* male in variis codd. Mox *spiritus ipse* præstat ex Voss. 1. 3. Vat. 1. 2. et Colot. et sic Frut. *Nedum tu possis spiritus esse levis* Dorv. 2. Innuit Poëta: Silices et quercus blanditiis cedunt; tantum abest, ut tu illis par esse possis: ut sensum loci recte exponit Drakenb. ad Liv. x. 32. 4.' *Burm.*—33 *Ni* præfert Ast. Subscribit Broukhusius Dousæ F. *ni pudor* reponenti. ' *Ni* Heins. N. Prop. qui addit unum vet. cod. sic habere: minus eleganter, languente sentent. [ut recte monuit Vulpius, ait Kuin.] *Fateri* Bon. Venet. 1500. Brix.' *Barth.* ' *Ni* Colot. *Si* Leidd. tres Voss. Dorvv. et meus. Inf. II. 12. 18. ' Si pudor est, alio trajice tela tua:' ubi etiam corrigi posset *Ni.* Alterum tamen præfert Markl. *Fateri* pr. edd. et Ask.' *Burm.* Edidit Lachm. *Quare, et si pudor est, quam primum err. fatere.* —34 ' *Levat* legitur in omn. membr. nam *juvat*, quod nunc habent vulgg. primum comparuit in Ber. sive ipsius id commentum erat, sive operarum

NOTÆ

34 *Dicere quo pereas*] Admonet magno sæpe levamento-solatioque es- se, posse in amici sinum effundere dolorem suum, curas, et amores.

aberratio. [Audi Lachmannum: 'Itali ante Beroaldum reposuere *Quare, si p. est quamprimum errata fateri, Dicere quo pereas sæpe in a. levat.* Ita eod. temp. Calphurnius Vicentiæ, Romæ Volscus ediderunt; sed præterea *juvat* pro *levat*, ne a Beroaldo primum invectum esse Broukhusio credas.'] Est tamen disparitas horum verborum satis evidens.' *Broukh.* '*Juvat* Venet. Aldd. Muretiana, cett. cum libro scripto Scalig. et Dresd. *Levat* Bon. Guarn.' *Barth.* '*Pereat* Exc. Mod. et Vat. 2. F. *qua pereas:* [quod damnat Kuin. *Quo* retinend. putat et Ast.] *Levat* Vossiani, Leidd. Exc. Scal. et Mod. Neap. Groning. aliique codd. et libri Livin. ac Gebhardi, Venet. 2. Rheg. et Volsci ed. Idque præferendum, quia voluptatis significationem magis auget, quam quod in Vicent. Junt. aliisque edd. legitur, *juvat:* licet hoc melius esse notet Scaliger. Recte igitur Lipsius IV. Antiq. Lect. 11. et Modius in Novant. 18. p. 82. *levat* ex suis membranis probarunt, et in sua ed. Broukh. Pulchre imitatus est hunc l. Lotichius I. C. 23. p. 443. ex quo colligi potest, *levat* eum hoc in versu etiam prætulisse.' *Burm.* *Levat* ediderunt Barth. Lachm.

ELEGIA X.

AD GALLUM.

O JUCUNDA quies, primo cum testis amori
Affueram vestris conscius in lacrymis!
O noctem meminisse mihi jucunda voluptas!
O! quoties votis illa vocanda meis!
Cum te complexa morientem, Galle, puella
Vidimus, et longa ducere verba mora.

O dulcis et grata nox, quando novo vestro *amori testis eram, socius in vestris fletibus! O suaves mihi deliciæ noctis* illius *recordari! O quoties meis precibus illa* est *venéranda; quando te,* o *Galle, ad mortem* languentem *amica* tua *amplectente,* vixque *longinquo temporis intervallo voces* e pectore *trahentem con-*

Ad Gallum inscribunt codd. Mss. et vetustæ Edd.—1 *Dies* legebat Græv. Ep. ad Heins. T. IV. Syll. p. 195. Sed, judice Burm. repugnant versus 3. 4. 7. 8.—2 *Conscius illecebris* Scaliger, Frut. J. Dousa, et Heins. N. Prop. collato Stat. Th. III. 176. *Et lacrymis* Ayrm. *Lacrymas* vindicant vs. 13. et El. 13. 16. censente Barth. et Burm. qui ait Volscum male notare melius fore si dixisset Prop. *vestrarum lacrymarum consc.*—5 *Marcentem* Heins. N. p. 664. sed vulg. Burmanno non videtur solicitanda.—6 '*Vidimus in longam ducere verba*

NOTÆ

1 *O jucunda quies*] Propertius ab amico Gallo ad amicam aliquando deductus, amorisque ejus conscius, cum eorum delicias præsens inspexisset, non minus se gavisum esse testatur, quam si ipse proprias voluptates percepisset; unde noctem illam laudat, quam Gallus inter amplexus et oscula puellæ transegit. Deinde docet quo modo quaque ratione amor sit diutissime conservandus.

4 *Votis vocanda meis*] Vocantur vo-

Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos,
  Et mediis cœlo Luna ruberet equis;
Non tamen a vestro potui secedere lusu:
  Tantus in alternis vocibus ardor erat.
Sed, quoniam non es veritus concredere nobis,
  Accipe commissæ munera lætitiæ.
Non solum vestros didici reticere dolores;
  Est quiddam in nobis majus, amice, fide.

speximus. Quanquam inclinatos mihi jam *oculos sopor invaderet, atque Luna luceret equis* jam *medium cælum* emensis, *nihilominus nequivi vestris e jocis abire: tantus in mutuis utriusque vestri verbis amor erat. At, quandoquidem* delicias tuas *non dubitasti mihi committere, habe gaudii* mihi *concrediti pramia. Non modo* ego *novi vestra silere mala;* sed *est* etiam *in me,* o *amice, aliquid majus fideli-*

moram expressit dulcissimus Lotich. I. El. 10. Sed concinnius videtur quod ex C. Com. et Palatt. profert Gebhardus *et longa d. v. mora:* quomodo et nostri duo cum Borr. et consulti Lipsio IV. Ant. Lect. 11. atque etiam Scaligeri liber. Lipsiani tamen habebant *in*, non *et*. Groning. *et longam d. v. moram*, ubi *et* vestigia retinet prioris lect.' *Broukh. Et* Dresd. *In longam moram* Ald. 1. Mur. Scal. Lond. Leid. '*Et longa ducere verba mora* Vat. 2. Regg. Colbertt. et hoc tuetur etiam Gebhardus. *Dicere* Ask. *In longa mora* Vat. 5. Perr. v. c. Lect. illam, quam in contextu dedit Broukh. inficetam dicit Markl. ad Stat. III. Sylv. 5. 34. et omnino legend. esse *Vidimus in longam ducere verba morum:* idque etiam probabat Heins. N. p. 664. ut 'in longam noctem potare,' et sim. et f. inficetus Marklando visus est hic vs. propter sonum auribus ingratiorem, *longa ducere verba mora:* quamvis sic quoque ap. Ov. Ep. 19. 10. 'Ponitis in varia tempora longa mora.' Certe *in longam moram* Exc. Mod. Leid. 2. Groning. pr. edd. [sed vid. Broukh. sup.] Rouill. aliæque. Virgil. IV. Æn. 463. 'Sæpe queri, et longas in fletum ducere voces:' quo l. *ducere* pro *dicere* etiam firmatur.' *Burm.*—7 *Labentis* Ven. 1500. et Brix.—8 '*Aquis* male Voss. 1. *Cæli* conjecerat Heins. ad oram ed. Ald. duplici f. ablativo offensus: sed non opus est.' *Burm.*—9 '*E vestro* Basil. 1539. sed 1569. *a vestro. Luxu* erat emendatum in Vat. cod. teste Livin.' *Barth. Luxu* male, Burmanno censente, et Perr. v. c. Dorv. et Ask.—10 *Alterius* Heinsian.—11 '*Conced.* Posth. Bon. Guarn. Dresd. sed Brix. *concedare:* inepte. *Conced.* et *concred.* sæpe confundi docet Heyn. Obss. in Tibull. IV. 10. 5.' *Barth.* '*Conced.* plerique codd. Leid. 2. tres Voss. Dorvv. Regg. Colbertt. Exc. Mod. Neap. Borr. meus 2. et pr. edd. *Te credere* in aliis. *Cedere* Heinsian. *Condere* Mentel. Sed *concredere* optimæ notæ verbum de re, quam fideli amico committimus.' *Burm.* '*Concred.* emendantem Beroaldum ceteri recte secuti sunt.' *Lachm.*—12 *Præmia* vel *mutua* Heins. N. Prop. *Mutua*, judice Burm. astrui posset ex El. 5. 30. et 16. 26.—13 *Calores* Dousa F. Heins. Guy. Lachm. qui, 'Minus bene,' ait, 'sed, ut intellexisse quod multos latuit videas, Volscus bis edidit *furores*.'

NOTÆ

tis Dii, cum vovendo aliquid ab iis petitur, ut adsint, et faveant. Virgil. I. Æn. 'Vocabitur hic quoque votis.' Id. I. G. 42. 'Et votis jam nunc assuesce vocari.'

14 *Majus, amice, fide*] Non solum, inquit, didici servare fidem et silentium arcanis mihi commissis; sed etiam, quod majus est, possum in concordiam reducere amantes inter se dissidentes, medelasque salutares adhibere amatori languenti; artem-

Possum ego diversos iterum conjungere amantes;
  Et dominæ tardas possum aperire fores:
Et possum alterius curas sanare recentes;
  Nec levis in verbis est medicina meis.
Cynthia me docuit semper quæcumque petenda,
  Quæque cavenda forent: non nihil egit Amor.
Tu cave, ne tristi cupias pugnare puellæ,
  Neve superba loqui, neve tacere diu:

tate. Ego enim *possum in gratiam et concordiam revocare discordes amantes; possum etiam heræ morantem reserare januam, novisque etiam possum alterutrius amoribus mederi, neque inane est in vocibus meis medicamentum. E Cynthia jugiter didici omnia quæ essent expetenda, et quæ fugienda. Aliquid Amor adjuvit. Tu vide, ne irata cum amica velis contendere, aut proferre voces imperiosas, aut*

—15 ' Borr. *divisos.* Passeratius mallet *divulsos:* quod non est melius quam *divisos.* [Et sic censet Barth.] Vera lect. est *diversos,* quam habent Beroaldus et Volscus cum Veneta. Nec fuerat mutanda, cum ita legatur in Regg. Gronng. nostris duobus, et libris Lipsio ac Gebhardo collatis. *Diversi* a ' divertere:' unde et ' divortium.'' *Broukh.* ' *Divisos* tuetur Passeratius: probat Heins. N. Prop. et sic Aldd. Mur. Gryph. Basil. *Divuls.* tentabat quoque Pass. *Diversos* Dresd.' *Barth.* ' *Possum ego et aversos* conjecerat Heins. cui favet Dorv. 2. in quo *Possum ego et adversos. Divisos* Vat. 5. aliique. *Diversos* Leidd. Vossiani, Dorv. 1. et Vat. 2. Neap. Exc. Scal. et Mod. nec aliter in pr. ac vetustioribus edd. *Diversi* enim amantes recte dicuntur, a ' divertendo;' unde ' in diversa ire' pro, dissidere, dissentire.' *Burm. Divisos* videtur Kuinoeli glossema.—16 ' F. *surdas fores:* quas voces confusas vidimus ad El. 8. 41. et hoc etiam Heinsio placuisse video in N. Prop. p. 665. Vel, quia ' aperire' additur, f. *duras* præstaret. Ad talem surdam ac duram januam, quæ preces non reddit, s. exaudit, querela est Nostri El. 16. 17—20. ex quo l. hic etiam *tacitas* pro *tardas* emendare liceret.' *Burm. Tardas* non solicitand. censet Ast.—17 ' Scaliger in suo lib. *pœnas* invenerat: sed præstat vulg.' *Broukh. Pœnas* damnant Barth. et Burm. Pro *recentes* in aliis *dolentis* legi scribit L. Lat. V. L. ad Prop. p. 58. Jacobs. ad Ast. vult *vegentes:* sed *recentes* retinend. putant Lachm. et Kuin.—20 ' Melius, meo palato, vulgg. *cavenda:* quod et in septem libr. liquido extat: nec movere debet quenquam *τὸ cave* in vs. prox. *Verenda* est conj. Scaligeri, ex corrupta voce *quærenda.*' Broukh. ' *Quær.* cod. Scal. *Quer.* Guy. Omnes reliqui libr. et Broukh. et mei pro *cavenda* stant. *Æger amor* Borr.' *Barth.* ' *Cavenda* interpolatam dicit Scaliger. *Canenda* Dorv. 1. An f. *carenda* ad oppositionem ' petenda?' quia sequitur ' Tu cave:' vel *pavenda?* Sed vulgatam recte probant Passeratius et Heins. quæ etiam

NOTÆ

que novi januæ, quæ segnius et tardius aperitur, recludendæ, novisque amoribus mederi probe doctus sum, &c.

19 *Cynthia me docuit*] Expertus loquitur, ut dixit El. 9. huj. lib. ' Me dolor et lacrymæ fecere peritum.'

21 *Tu cave, ne tristi*] Præcipit obsequendum puellæ, neque cum ipsa irata altercationibus et rixis esse velitandum docet; quod etiam monet Ovidius 1. A. A. ' Cede repugnanti; cedendo victor abibis.'

22 *Neve superba loqui, neve tacere*

Neu, siquid petiit, ingrata fronte negaris;
Neu tibi pro vano verba benigna cadant.
Irritata venit, quando contemnitur illa; 25
Nec meminit justas ponere læsa minas.
At, quo sis humilis magis, et subjectus Amori,
Hoc magis effectu sæpe fruare bono.

diu silere. Neque tristi vultu recusaveris, si aliquid te rogavit; neque tibi frustra promissa magnifica excidant. Ipsa irritatur, cum spernitur; neque solet offensa justas iras deponere. Sed, quanto plus fueris facilis et subditus puellæ, tanto plus

extat in Regg. et Colbertt. et cett. Mss. ac priscis edd.' *Burm.* 'Ita quoque in cod. Vallier. legi testatur Huschk. in Ep. ad Sant. et hanc lect. stabiliri monet imitatione Persii v. 107.' *Kuin.*—23 *Ingrate* Mentel. Leid. 1. Quærit Burm. an f. *irata*.—24 Pro *Neu* tam hoc quam præc. vs. *Seu* legitur in Burm. 1. Sed hic præstiterit, forsan, judice Burm. *Ne*.—25 *Irritatura* Voss. 2. *Irrita* Venet. 2. Rheg. *Quoniam* Dresd. quod videtur Barthio e loco communi profectum.—27, 28 '*Effecto* tres nostri et Borr. cum vulgg. Tantundem est.' *Broukh.* '*Affecto* Ed. pr. *Effecto* Guarn. Aldd. Colin. Lond. Tantundem est. Dousa *effectu* prætulit, quem sequitur Græv. Broukh. Vulp. Gött.' *Barth.* '*Et quo* meus 1. *Susceptus* in Vossiano. Legend. f. et distinguend. *At, quo sis humilis magis et subjectus, amoris Hoc magis effectu sæpe fruare bono.* Possis etiam *Hoc magis eventu:* et sic conjecerat Heins. N. p. 665. addens ita *Bonum Eventum* in nummis et aliis monumentis memorari. Ita certe in Galbæ, Titi, Juliæ Domnæ, aliisque Cæsarum et Augustarum nummis sæpe occurrit. Quia tamen *effecto* in plerisque codd. Leidd. tribus Voss. uno Dorv. (nam *officio* in altero) Ask. utroque meo, et vetustis fere omn. edd. legitur, quibus accedit Vat. 5. in quo *affecto*, pro *effecto*, (nam 'effectum' æque ac 'effectus' dicitur,) editam scripturam probo, et ipse eam firmat Prop. III. 23. 10.' *Burm.* '*Effectu* primi, ni fallor, Scaliger et Dousæ. Sed cur *effecto* rejiciamus? Promiscue enim illa vocabula usurpari consuerunt, parva ab initio differentia significationis discriminata, ut 'effectus' temporis præsentis esset, 'effectum' præteriti: et 'eventus' pariter, quod evénit, quod évenit,

NOTÆ

diu] Mediocritatem in omnibus servandam præcipit; ut enim verba superba, animique impotentiam aut ferocitatem significantia, odiosa sunt et invisa; sic pariter silentium immodicum et diuturnum, quod vocat Alexander ap. Q. Curt. obfirmatum, ingratum est, reprehensibile, et amicitiæ exitiosum.

24 *Neu tibi pro vano*] Docet nihil esse amicæ promittendum, quod nolis dare; melius est enim non promittere, quam promissa non dare. Monet igitur Gallum, ut caveat ne verba benigna et liberalitatem sonantia sint irrita, sed ut, si quid benigne promiserit, benigne etiam largiatur.

27 *At, quo sis humilis*] Obsequio sunt demulcendæ fœminæ, non superbia et fastu exasperandæ. Ille enim, qui summisse agit cum amica, amoris potius fruitur gaudio, quam qui insolenter se gerit: odit namque Venus superbiam, 'supplicibusque favet,' ut ait Tibullus; ipseque Propertius El. 1. huj. lib. vs. 16. 'Tantum in amore preces et benefacta valent.'

Is poterit felix una remanere puella,
Qui nunquam vacuo pectore liber erit. 30

frequentem fructum capies obsequii. Ille poterit unica contentus *beatus vivere amica, qui nunquam animo* amoris *vacuo liber erit.*

eventum.' *Lachm.*—29 ' *Hic* C. Com. *Poterat* Groning. Veneta. Hoc et Passeratius vidit ac merito improbavit.' *Broukh.* ' *Poterat* Add. Grasseriana: sed Muretiana *poterit*, cum rell. quod unice proband.' *Barth.* ' *Poterut* in Leid. 2. Regio, Exc. Mod. et Venet. 2. Rheg. Colin. aliisque edd. quod, licet Passeratius et Broukh. improbent, non tamen rejiciend. patebit ex Heinsii et Patrui mei notis ad Virg. Ecl. 1. 80.' *Burm.*

ELEGIA XI.

AD CYNTHIAM.

Ecquid te mediis cessantem, Cynthia, Baiis,
Qua jacet Herculeis semita littoribus,

Anne, o Cynthia, tibi in *mediis Baiis otianti, qua* parte *via ducitur Herculeis*

1 ' *Ecquid.* Veteres scribebant *Et quid*, duabus vocibus non junctis.' *Broukh.* ' *Et quid* melius quat. Voss. Neap. et Dorv. 1. De perpetua fere hac variatione, ut et in *ecquis, et quid, et quando*, et *ecquando*, et sim. vid. Drakenb. ad Liv. v. 36. 5. Pro *mediis* Heins. legebat *tepidis*, ex Sil. XII. 113. Statius III. Sylv. 2. 16. *Bajanosque sinus, et fœta tepentibus undis Littora.* ' Tepentes fontibus Baiæ' Floro 1. 16. 4. quod firmari etiam posset ex ipso Prop. III. 18. init. quæ cum his conferenda sunt.' *Burm.*—2 ' *Quæ* meus. *Tucet* Mentel. *Herculeis semita strata viis* Ayrm. quod petiit ex altero Nostri loco, III. 18. 4. Sed quid, quæso, est *semita structa viis?* Passeratius *Qua jacet* exponit, ubi sita est. Sed, an *jacet* semitæ conveniat, dubito; quod regionibus vel urbibus aptius verbum est. Malim itaque *Qua patet Herculeis semita littoribus.*

NOTÆ

1 *Ecquid te mediis*] Cynthiam Poëta secessu Baiano fruentem, deliciisque et amoribus alienis indulgentem percontatur, utrum pristini sui amoris recordetur; monetque ut in urbem revertatur, Baiasque relinquat, ubi complures puellæ pudicitiæ decus existimationisque gloriam amiserunt. Insuper Cynthiam sibi et parentes, et familiam, et omnia solam esse testatur.

Baiis] Baiæ locus est in Campania amœnissimus, ab omnibus Scriptoribus fere commendatus. Unde Horatius: ' Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.' Illic erant aquæ seu balneæ, tum sanandis morbis, tum deliciis et voluptatibus accommodatissimæ. Sen. VII. Ep. ad Lucilium dicit Baias vitiorum esse diversorium. Baiæ dictæ sunt a Baio Ulyssis socio. Vid. Strab. v.

2 *Herculeis semita littoribus*] Non procul a Baiis fertur Hercules viam

Et modo Thesproti mirantem subdita regno,
Et modo Misenis æquora nobilibus,

littoribus, muncque Thesproti imperio subjecta maria, claris Misenis vicina, admi-

Intelligitur enim via illa, quam non procul a Baiis Herculem, ut per hanc Geryonæ boves traduceret, munivisse tradunt Veteres; et aggeribus lacum Avernum cohibuisse, ne in mare exiret; viamque juxta mare stravisse, quæ ab eo Herculea dicta est. F. igitur hic reponi posset *Qua patet Herculeis semita in aggeribus:* pro, juxta aggeres, usu vere Propertiano. Ne quis tamen hanc conj. a vulg. lect. nimium recedere objiciat, sciend. est, valde turbatum hic fuisse a librariis; nam vs. 1. in Groning. et Exc. Mod. pro *Cynthia* scriptum fuit *littora*, vs. 2. *littoribus*, et rursus vs. 4. *Misenis æquora littoribus* in aliis legitur, teste Scaligero ad Culicem 14. et sic in v. c. Passeratii: *Proxima littoribus æquora nobilibus* in Exc. Mod. seu Groning. Hinc, quia *littoribus* vs. 2. præcessit, Heins. conjecerat *Misenis culminibus*, ut 'montem aërium' de Miseno dicit Virg. VI. Æn. 234. Inde, ni fallor, patebit, non temere me *Herculeis aggeribus* pro *littoribus* vs. 2. tentasse. Sed reliqua attentius perpendenti visum fuit initio Elegiæ *mediis Baiis*, rejecta Heinsii conjectura *tepidis*, commode servari, totumque locum sic f. constitui posse: *Et quid te mediis cessantem ad littora Baiis, Qua patet Herculeis semita in aggeribus, Et modo Thesproti, &c.* vel potius, *Et modo te Prochytæ*, cum Sannazario, deleta *Cynthia* vs. primo, ad quam Elegiam hanc scriptam esse, vs. 8. indicatur. Quod nomen repeti necesse non est, et illic sub finem periodi aptius collocatur, quam ut illius initio et fine bis ponatur.' *Burm.* Nihil mutand. censet Kuin. et Lachm. et vulg. defendunt. 'Nec *Et quid,*' addit Lachm. 'probanti Burmanno accedent, qui Bentleium inspexerint ad Terent. Andr. prol. 23.'—3. 4 Vat. *Tesproti*. Dresd. *tesporti*. Brix. *tespreti*. Barth. edidit *thesproti* cum Broukh. qui hic silet. '*Tespronti* scribitur in meo 2. *Tesponti* in Vossiano. *Threspoti* in Ask. In Venet. 2. *Et modo te spreti mirantem subita regno:* in Rheg. *Et modo te spreti mirantem subita.* Hinc Janus Parrhasius in Quæs. Epist. 3. p. 9. ex codd. Mss. a se consultis, in quibus pari modo *te spreti*, vel *te sproti*, exaratum erat, *Thesproto* ejecto, quia ad Epirum, longe a Campania remotum, spectant Thesprotii, hic emendand. censuit, *Et modo te Protei:* Proteus enim ad Capreas Baiis vicinas sedem habuisse fingitur: idque probabat Dausqueius ad Sil. p. 311. et Livin. in N. ad h. l. ap. quem vitio operarum pro *Parrhasii* nomine *Pansalii* corrupte editum est. Simili filo deducta est N. Heinsii conjectura, qua tentaverat *Teleboo*, vel *te Prothoi*. Hæc autem innituntur loco Silii VII. 418. Heins. etiam divinaverat *Thesproto subdita stagno:* ut Avernum vel Lucrinum lacum intelligat. Jam olim quoque Jac. Sannazarius illud *Thesproti regnum* hic ferre non potuit, ac proinde legebat *Et modo te Prochytæ*, quem hanc emendationem multis confirmantem inducit Alex. ab Alex. II. Genial. Dier. 1. felicissima certe conjectura, quam a viris eruditis non receptam fuisse equidem

NOTÆ

munivisse, qua Geryonis boves traduceret, quæ inde dicta est Herculea semita. Vid. Strab. v.

3 *Thesproti subdita regno*] Thesprotus filius fuit Pelasgi, a quo Thesprotia, Epiri regio, Chaoniæ vicina, dicta est. Unde Thesprotia proprie pars est Epiri, cujus incolæ Thesprotii olim regionem eam, in qua Cumæ sunt et Puteoli, occupaverunt; et, quia Baiæ vicinæ sunt his locis, totum tractum illum vocat Poëta 'Thesproti regnum;' ut Francia vocatur a Francis occupata Gallia, Normannia a Normannis, &c.

4 *Misenis*] Numero plurali signi-

Nostri cura subit memores, ah! ducere noctes? 5
Ecquis in externo restat amore locus?

ranti, curæ est noctes nostri memores transigere? Quænam vero *superest pars*

miror. Vulgatæ lect. interpretationis lucem affundere conatus est Turnebus XI. Adv. 14. et explicand. censuit de magnificis villis, quas Romani nobiliores non tantum ad Misenum, jactis in altum molibus, habebant, sed et Thesprotiam ipsam atque adeo Epirum possessionibus occupaverant, et ita non tantum mare ad Misenum tenebant, sed etiam Thesprotiæ regnum suum fecerant. Scaliger in N. ad h. l. et ad Culicem 14. inter Catalecta ab eo edita p. 6. et 7. Sannazarium, et cum eo Parrhasium ac Turnebum, ni fallor, intelligit, cum scribit locum hunc immerito viris magnis negotium facessivisse, et regnum Thesproti intelligit, quod ab Abantibus, qui antea Thesprotiam incoluerant, et inde in Magnam Græciam et Campaniam pervenerant, occupatum fuit. [Sic et Beroaldus Campaniæ loca intelligit, quod olim Thesproti illa loca Campaniæ tenuerint, cum scribat Strabo Græcas esse res Campanorum, Græcisque permistas. *Kuin.*] Scaliger in N. ad Culic. in *Misenis nobilibus* subintelligit, urbibus; et his Misenis urbibus comprehendit omnes illas, quæ in tractu Neapolitano erant, Cumas, Baias, Puteolos, et per *æquora Thesproti regno subdita* omnia, quæ ab Abantibus illis in Magnam Græciam emigrantibus occupata fuerunt. Sed has Scaligeri obss. non sine verborum amaritudine, qua Viro maximo insultare Italis etiam doctissimis frequens est, longa digressione castigavit Camillus Peregrinus in Campania Felice Diss. 2. 14. p. 156. et seqq. t. IX. p. 11. Thes. Ital. qui in h. Propertii loco substituend. censet *Et modo Thespoto:* et *Thespotos* ac *Thespiades* eosd. facit; quod probari posse vix credo; eosque genus deducentes a Thespii filiabus, ab Hercule amatis, ex Sardinia in Magnam Græciam se contulisse, et circa Cumas consedisse contendit, ideoque ad solas Cumas hos Propertii versus refert. Mihi ex tam diverso eruditorum hominum molimine præ ceteris palmam præripere videtur Sannazarii, poëtæ Neapolitani, et tractus illius peritissimi, conjectura, præsertim cum *te Prochytæ* non multum recedat a ductu literarum in *Tesproti*, vel, ut separatim in Mss. et pr. edd. legitur, *te proti;* adeo ut digna videatur in contextum admitti; et, ne quis ad *Prochytæ regnum* hæreat, insulas 'regua' vocari, firmat ex illo Virgil. VII. Æn. 375. Illud tantum addam, repetitionem illam *Et modo* a solo Scaligero provenisse, qui sic in suo invenerat codice, ejusque auctoritate sic edidisse Broukhusium; cum tamen in omnibus Mss. quorum collationes adhibui, quat. Voss. Leidd. Dorvv. ac meis, Regg. Groning. Borr. ceterisque, item pr. et antiquioribus edd. miro consensu legatur *Proxima Misenis æquora nobilibus.* Veterem lect. revocand. duxi.' *Burm.* 'Repetitio *τοῦ Et modo* orationem magis vividam reddit, et Propertii genio apprime conveniens est. Loci, quos Burm. laudat, in quibus 'modo' semel tantum occurrit, (1. 11. et 3. 41) nihil ad *Proxima* comproband. faciunt, quæ omnino a grammatico margini ascriptum fuisse videtur.' *Kuin.* Quem Lachm. valere jubet. *Proxima* Bon. Aldd. Colin. Mur. ceteræ. *Pr. Misenis* Venet. et Brix. *Pr....kitoribus* ed. Græv. *Te Prochytæ* Latinitatem respuere censet Lachm. tuetur Parrhasii conjecturam, et exhibet: *Et modo te Protei m. s. regno Proxima M. æ. nobilibus.*—5 '*Traducere* in Mem. repererat Passeratius, quod et verum et apertum pronuntiat. Ego interpretamentum puto marginale *τοῦ ducere.* [Et sic censent Barth. et Kuin.] In Groning. est *aducere*, quod minimum abit a Scaligeri

NOTÆ

ficat Misenum Portum et Promontorium Campaniæ, non procul a Cumis; nomen habens a Miseno tibicine Trojano, Æneæ socio, illic sepulto: ut refert Virgil. Æn. VI.

An te nescio quis simulatis ignibus hostis
Sustulit e nostris, Cynthia, carminibus?
Atque utinam mage te remis confisa minutis
Parvula Lucrina cymba moretur aqua;
Aut teneat clausam tenui Teuthrantis in unda
Alternæ facilis cedere lympha manu;

nobis in amore externo? Num, o Cynthia, nescio qualis inimicus fictis suis amoribus te delevit e meis versibus? Et utinam potius te exigua navicula, freta parvulis remigiis, retineat in *undis Lucrinis: vel* te *servet* bene *tectam in alveo Teuthrantis aqua docilis pelli manu alternanti; quam tibi sit otium jacenti molliter*

lectione. *Adduc.* retinet Gebhardus.' *Broukh.* qui edidit *ab ducere* cum Lachm. et Burm. et Barthio, qui monet *adduc.* esse in Posth. Palatt. C. Com. Bon. Dresd. Venet. Brix. Aldd. Colin. cett. et *abduc.* esse in ed. pr. et Muretiana. ' *Ab ducere* Scaliger, et Heins. ad Ov. I. A. A. 568. In quat. Voss. Regg. Leidd. Dorvv. meisque *adducere:* et ita Mentel. Borr. Ask. aliique, et primæ edd. et hæc lectio se probavit Jo. Is. Pontano III. Analect. 9. qui *adducere noctes* exponit, contrahere, conjungere. *Traducere* Passeratius ex Mem. vel *subducere* legend. conjiciebat: sed recte Broukh. *ducere* vindicat, quod, si de tempore dicatur, id. ac trahere est. Male vero Livin. distinguit, ut in pr. edd. etiam inveni, *Nostri cura subit: memores adducere noctes?* nam *Nostri memores noctes* jungenda sunt.' *Burm.*—6 ' Passeratius: ' si te non totam extremus amor occupavit:' quanquam potius ei videtur *externo*.... Vides, opinor, recte dici *extremum amorem*, qui citra ipsam extremam amandi lineam consistere cogebatur.' *Broukh.* ' *Et quis* Bon. *Ecquis immerito* Guarn. *Monstrat* Vat.' *Barth.* ' Recte Passeratius *externo*, probante Heins. et Markl.' *Burm.* Centies in codd. *externus* et *extremus* confundi notat Kuin. *Extremo* tuetur et amplectitur Kuin.—7 Lachm. edidit *qui*, ob συγματισμὸν vulgatæ.—8 *A nostr.* Posth. *Luminibus* margini cod. sui ascripserat Markl. —9 ' Magis foret poëticum *remo minuto*.' Broukh. Id non perpetuo observare monet Burm. qui addit: ' ' Confisa ' Dorv. pro, confisam, capiebat, ' te ' cum hac voce jungens: ut Scaliger illud ex El. 8. 19. exponebat: sed locum illum aliter legend. ibid. notavi. Hic vero ' confisa ' jungi debet cum ' cymba.' '—11 ' *Cl. t. Teuthrantis in unda* Scaliger correxit, cum in suo lib. invenisset *Teutantis*. Sane *Teutantis* etiam ap. Volsc. legitur, notantem: ' Lacus est parvus, qui efficitur refusione Lucrini.' Hæc ille solita confidentia, tanquam testis oculatus. Modestius aliquanto Beroaldus, qui *Teutatis* legebat, ' Nomen,' inquit, ' esse videtur pusilli fl. s. lacus propinqui Baiis. Possumus intelligere ibi fuisse templum Mercurii, quem prisci *Teutatem* vocitarunt.' Sed hæc longius abeunt, neque ullo nituntur auctore. Passeratii conjectura *te fluminis alveo* hausta est ex fæce librorum vulg. Nam scripti fere *teutantis* vel *tentantis*, sed in nostro l. liquide legitur *Teutrantis*. Quocirca non est cur dubitemus de veritate emendationis Scaligeranæ, accedente præsertim Silii auctoritate, l. XI.' *Broukh.* Hanc emend. vocat felicissimam Barth. qui addit: ' Posth. *teutantis*, et sic Ald. 2. expressit. Venet. 1500. *teutatis*. Dresd. Brix. Ald. 1. Colin. Basil. Gryph.

NOTÆ

10 *Lucrina cymba moretur aqua*] Lucrinus lacus est Campaniæ, atque etiam sinus juxta Baias, ut refert Strab. V. et Plin. III. 5. Flor. I. ' Tepentes fontibus Baiæ; Lucrinus et Avernus, quædam maris ostia.'

11 *Teuthrantis in unda*] Fluvii cujusdam non procul a Baiis nomen. Ap. Strab. VI. urbs est Italiæ in regione vicina Tarento.

Quam vacet alterius blandos audire susurros
Molliter in tacito littore compositam;
Ut solet amoto labi custode puella
Perfida, communes nec meminisse Deos.

in secreto littore audire dulces alterius amatoris *susurros; quomodo consuevit infidelis fœmina amoto custode peccare, neque Divos communes recordari. Non quod*

Grasseriana *tentantis*. Mureti v. lib. *natantis*, unde ipse fecit *natitantis* in sua ed.' ' *Teuthrantis* recte a Scal. emendatum fuit ex vitiosa codd. vett. scriptura, in quibus vel *tentantis*, vel *teutantis, titanis*, vel *tentatis*, ut in Vaticanis. *Ruitantis* Borr. *Metantis* Mentel. Voss. 3. et Dorv. 1. in quo suprascriptum erat *temptantis*. *Tentatis* etiam Voss. 3. 4. et Dorv. 2. et Perr. v. c. qui, fere ut Beroaldus, ascripserat: ' Si legas *Teutatis*, erit nomen balnei, ita forte dicti a tutela Mercurii, qui ' Teutates' dicitur.' Passeratius *te fœminis alveo:* quod merito rejecit Broukh. *Teutantis* est in meo 2. sed *teutrantis* in 1. quod verissimam Scal. emend. firmat: et eo ducit lectio codicis Livin. *tuctantis*, qui testatur ascriptum fuisse, indicari insulam, vel parvum fl. et sic erat in Voss. 2. In Ask. legebatur *tempandis:* sed in marg. *Theutantis*. Fuisse vero tunc ignobilem fl. qui postea evanuerit, s. euripum, vel piscinam agri Campani, non procul a littore Baiano, recte colligit Broukh. ex ' clausam.' *Burm. Teuthrantis* edidit etiam Lachm.—12 ' *Alternæ* omn. libri. Unus Livineii *Alterna;* quod crederet librarius ' manu' esse sexti casus. Atqui Veteres, et in iis C. Cæsar in hujusmodi omnibus finalem i demi jubebant. Ipse Augustus ita scribebat, teste Servio grammatico ad Virgil. VIII. Æn. 696.' *Broukh.* ' *Alterna* cod. Livin. qui est Groning. [V. Burm. inf.] prob. Heins. N. Prop. *Credere* Brix.' *Barth.* ' *Alternæ facilis cedere* fere in omn. Mss. et pr. edd. ut ' manu' pro manui, sit: quod multis exemplis firmat Broukh. *Alterna* tamen *manu* Heins. quod a Vat. 5. firmatur: nam ' cedere' etiam cum sexto casu jungit Noster II. 34. 84. ' Anseris indocto carmine cessit olor:' nisi et illic pro, carmini, positum sit. *Alterne facilis* Mentel. et Groning. *Facili* Exc. Mod. et Voss. 2. *Credere* Voss. 4. et Dorv. 2. *Cedere* eleganter de aquis.' *Burm.*—13 ' *Tenues* Groning. *Haurire* Borr. unusque Gebhardi, quod is præfert. Cave quicquam mutes.' *Broukh.* Et sic censet Barth. ' *Alternis* cod. Voss. male: ' alternæ manu' præcessit; nec *tenues* e Voss. 4. Dorv. 2. et meo 1. admittend. *Burm. Quam juvet alterius tenues* v. c. ap. Pocc.—15 ' *Amota* in Regg. Colbertt. et uno nostro: quod auctoritate Palatinarum membr. suffultum retineri jubet Gebhardus.' *Broukh.* qui malit *amoto*, et ita cum Barth. et Lachm. exhibet. *Amota* Dresd. ' *Amota* ex Regio Guy. quod a Palatinis, Leidd. Voss. 2. 4. Dorv. 1. Harl. et pr. edd. firmatur. Idque præfert Gebhardus, matrem vel nutricem intelligens, tam in notis ad h. l. quam ad II. 7. circa fin. sed vulgatæ astipulantur Voss. 1. 3. Dorv. 2. meus uterque, cum reliquis codd. et recte.' *Burm.*—16 ' *Metuisse* unus Broukh. neque tamen ideo *meminisse* expungend. docet V. D. Misc. Obs. vol. II. t. 1. p. 98. cum æque proprium sit atque alterum.' *Barth.* ' *Metuisse* etiam legitur in Mentel. idque firmari posset ex Elegia Virgilii ad Messalam 50. Aliis in locis hæc verba commutari patebit ex notis Patrui mei ad Ov. IV. F. 132.

NOTÆ

16 *Communes Deos*] Hi sunt quos pari consensu colunt et venerantur amator et amica, per quorum Numina mutua inter se fide per jusjurandum amantes astringuntur; vel qui ubique ab omnibus coluntur; vel qui modo his, modo illis favent: ut Fortuna, Mars, &c. Amatorum Dii peculiares sunt Venus, Cupidines, &c.

Non quia perspecta non es mihi cognita fama;
  Sed quod in hac omnis parte timetur amor.
Ignosces igitur, siquid tibi triste libelli
  Attulerint nostri; culpa timoris erit.
An mihi sit major caræ custodia matris,
  Aut sine te vitæ cura sit ulla meæ?
Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes,
  Omnia tu nostræ tempora lætitiæ.

non sis mihi nota existimatione explorata, verum quia in hoc casu omnis amor reformidatur. Ergo condonabis mihi, si quid tibi molestum attulerint libri mei. Nostri *metus eris culpa. An mihi* sit *diligentior conservatio dilectæ matris* meæ, *vel absque te vitæ meæ sit ulla* mihi *cura? O Cynthia, tu una mihi es domus, una parentes; tu* denique *es omne mihi tempus gaudii. Sive* ab *amicis redeam*

Virg. in Ciri 360. ‘ Communemque timere Deum.’ Ov. XIV. M. 694. ‘ Ultoresque Deos, et pectora dura perosam Idalien, memoremque time Rhamnusidis iram.’ Huic tamen lect. hic non astipulantur codd. ceteri, neque pr. edd. Nihil itaque immutand.’ *Burm.*—17 *Perfecta* Brix. *Non est* Posth. Aldd. Brix. *Nos es* Dresd. ‘ *Perfecta* Voss. 4. Perr. v. c. Rheg. sed reliquis Mss. aut edd. non assentientibus. *Perspecta fama* optime dicitur pro, spectata, experta, probata. *Est* in Leidd. Voss. 1. 3. 4. Dorv. 1. meo 2. Regg. Colbertt. et primis aliisque vetustis edd. sed *es* recte servant Voss. 2. Dorv. 2. noster 1. Vaticani tres, aliique. Pro *fama* Heins. conjecerat *flamma;* dubitans tamen, an *fama* hic non potius pro pudicitia dicatur: sic sane 16. 11. *Perspectæ famæ* hic legit Markl. ad Stat. v. Sylv. 3. p. 299.’ *Burm.*—18 *Sed quia* Dresd. Vulp. 2. Addit Kuinoel Ed. principem. Pro *timetur* conjecit, edidit, et defendit Lachm. *veretur.*—20 ‘ *Timoris* omn. Mss. et pr. edd. quod reducend. videtur.’ *Broukh.* ‘ *Timentis* cod. et edd. Scalig. Reliqui libr. et Broukh. et mei vulgatam præferunt. *Eris* Basil.’ *Barth. Causa* Voss. 3. a m. sec. *Eris* in marg. Burm. 2. *Timentis erat* Franc. sed *erit* in plerisque Mss. et edd. vett. *Timentis* damnat Burm.—21. 22 ‘ *Non major* Posth. Bon. Guarn. Basil. Gryph. Scal. Grass. Parisinæ, quo nihil ineptius esse judicavit Mur. in Schol. *Haud sine te vitæ culpa* Posth.’ *Barth.* ‘ *At mihi* Dorvv. a m. pr. et Ask. *Sit major* Vat. 2. et Perr. v. c. Seq. vs. *An sine te* in Voss. 3. et meo 2. *Haud sine* Exc. Mod. Legend. ni fallor, *At mihi non major caræ custodia matris, Ut sine te vitæ cura sit ulla meæ:* nam ex priore versu initialis litera repetita secundo apposita fuit, unde *Aut* pro *Ut* scripserunt: sed obscurus est locus: et f. præstiterit antiquæ lect. adhærere, *An mihi sit major caræ....Aut sine te vitæ.*’ Burm. ‘ Beckius in Diss. de Interpretatione vett. Scriptt. ad sensum Veri excitandum institnenda Lips. 1791. 4. p. 56. repetitionem τοῦ ‘ sit ’ ingratam dicit, et legend. censet *An mihi nunc major.* At illud ipsum *nunc* mihi frigere videtur, et ejusmodi repetitiones optimæ notæ poëtis, etiam Propertio haud inusitatæ sunt, v. c. el. 14. vs. 11. 12. el. 13. vs. 35. 36. Quare antiquæ lect. adhæreo.’ *Kuin.* Edidit Lachm. *Ah! mihi non major....Aut sine te vitæ.*—24 ‘ Locum venustissimum fœdavit levis macula, quam viris doctis, et quidem sagacissimo Heinsio Broukhusioque præteritam miror; et tamen absurde loquentem facit Poëtam, cum dicit Cynthiam *omnia sibi mutuæ lætitiæ tempora* fuisse. Mendo igitur hoc sublato sua Propertio reddetur elegantia, si legamus ac distinguamus, *Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes, Omnia tu, nostræ tempore lætitiæ:* i. e. cum te fruor, tu mihi omnia, τὰ πάντα: ut ‘ omnia alicui esse ’ Græcis τὰ πάντα εἶναι. *Omnia* igitur Propertio sola erat Cynthia, cum sui copiam ei daret, posthabitis parentibus et tota domo. *Tempore læt. s.* est concubitus s. coitus nostri tempore: quo sensu ‘ lætitia ’ passim ap.

Seu tristis veniam, seu contra lætus amicis;
Quicquid ero, dicam, Cynthia causa fuit.
Tu modo quam primum corruptas desere Baias:
Multis ista dabunt littora discidium;
Littora, quæ fuerant castis inimica puellis:
Ah! pereant Baiæ, crimen amoris, aquæ!

mœstus, sive e contrario gaudens et hilaris; quodcumque ero, dicam, Cynthia fuit causa. Tu nunc infectas Baias quam citissime relinque. Pluribus enim *ora illa maritima discordiam afferet; ora*, inquam, illa *maritima, quæ fuit pudicis fœminis inimica. Heu! pereant aquæ Baianæ, amoris dedecus et infamia!*

Nostr.' *Burm.* 'Non puto h. vs. esse tentand. *Omnia tu mihi tempore læt.* eleganter dictum est pro: Tu omnis mea es lætitia. Sic Græcis ἡμαρ δούλιον, ἐλεύθερον.' *Ast.* p. 10. 'Supervacanea mihi videtur Burmanni inelegans correctio. *Munera lætitiæ* conj. Mits. p. 161.' *Kuin.* *Tempora lætitiæ* exhibet et explicat Lachm.—26 '*Ego* Colbert. Præstaret *erit:* sed vulgatæ acquiesco: quam probabat etiam Markl. Pro *dicam* Voss. 4. *semper*, ut jungantur *semper Cynthia causa fuit:* sed *dicam* hic eod. modo, ut 8. 25.' *Burm.*—28 '*Dabant* Bon. *Discidium* Neap. ap. Heins. Groning. ed. Grass.' *Barth.* '*Dabant* legend. ex cod. Voss. ut *fuerant* seq. vs. in omn. fere Mss. habetur, Leidd. Vossianis, Dorv. Regg. Colbertt. et pr. edd. Deinde *discidium* corrigend. ex Neap. 5. et Dorvv. Innuit enim Baianorum littorum voluptates sæpe amantes antea bene conjunctos dissolvisse, et non tantum *dissidii*, s. discordiæ, sed *discidii*, i. e. separationis ac divortii causam fuisse. Hæc enim illarum vocum differentia est, quæ perpetuo fere in Mss. permiscentur.' *Burm.* 'Recte Burm. *dabant* corrigit e Vossiano. Sed *discidium* e Neapolitano et tribus aliis (nam Neapolitanum, in quo ita legi testis sum, et Vat. 5. et Dorv. videtur velle, dum Neap. 5. et Dorvv. dicit) non debuit præferendum judicare.' *Lachm.*—29 '*Fuerant* in omn. fere codd. Mss. haberi, modo notavi. *Fervent* tamen legend. conjecit Passeratius, quod placuit Heinsio N. ad Prop. p. 666. et probavit Patruus meus ad Val. Fl. 1. 121. *Captis* pro *castis* in Leid. 1. Sed *castis*, propter oppositum 'inimica,' acquiescamus.' *Burm.* Nihil mutand. censet Kuin. *Fuerunt* edd. Scal. Leid. Morell. Passer. Silv. quod Livineio rescribend. videbatur. *Fuerant* edidit Lachm.—30 'Hunc vs. sequitur uno contextu in Guarn. Vat. Posth. Elegia, quæ in vulgg. duodecima est: quod et in Brix. Ald. 1. Colin. Basil. 1539. et Grasseriana fit: cum in Ald. 2. Mur. et Basil. 1569. novæ Elegiæ initium constituatur.' *Barth.* Sequens Elegia male, Burmanno auctore, huic connectitur in Leidd. Vossianis, Regg. Colbertt. Dorv. Burmm. Borr. Ask. aliisque codd. et pr. edd. Idem ac Kuinoel discidium exhibent Broukh. Barth. et Lachm.

NOTÆ

30 *Baiæ aquæ*] De Baianis aquis jam sup. pluribus. Vid. Plin. XXXI. 2.

ELEGIA XII.

AD AMICUM.

QUID mihi desidiæ non cessas fingere crimen,
Quod faciat nobis conscia Roma moram?
Tam multa illa meo divisa est millia lecto,
Quanta Hypanis Veneto dissidet Eridano.

Cur non desinis inertiæ crimine me falso insimulare, quia me Romæ meorum amorum *testis detinet? Cynthia tot milliaribus* a *meo toro disjuncta est, quot Hypanis* a *Veneto Eridano dissitus est. Neque mihi solitos Cynthia complexibus alit*

Verba '*Ad Amicum*' huic Elegiæ præfigit Barthius, monetque *Ad Cynthiam* alios, alios *Ad Tullum*, et Ald. 2. præfigere *Conqueritur Poeta propter Baianum secessum Cynthiam ab amore suo abalienatam esse.* 'Argumentum Elegiæ non ceperunt, qui ei titulum fecerant *Ad Cynthiam.* Monere istos debuerat τὸ 'illa' [vs. 3.] quod designat notam et certam personam.' *Broukh.*—1 *Figere* Markl. in ora lib. sui, invito, ut judicat Burmannus, Propertio. *Carmen* membranæ quædam, ait Barth. nota varietate.—2 *Et* pro *Quod* Posth. Nihil mutant libri. Lipsius I. V. L. 10. reponit *notam:* in quo assentientem sibi habet Livineium. Alia finxerunt alii. Sed quid turbant?' *Broukh.* '*Cynthia R.* codd. Mur. et Passeratii: unde Mur. refing. *Cynth. amore,* coll. 13. 6.' *Barth.* qui vulg. defendit et cum Lachm. exhibet. 'In cod. Passeratii *nobis, Cynthia, R.* Verum Elegia hæc non ad Cynthiam, sed aliquem ex amicis scripta est, qui Propertio velut exprobraverat, eum Romæ desidere lentum, dum in secessus Baiani deliciis genio suo indulgeret Cynthia. *Cynthia amore morum* Frut. legebat: et sic Eld. Sed *conscia Roma* non mutand. jam monuit Delrius Comm. ad Sen. Hipp. p. 167. *Cynthia nostra* Græv. et Heins. in Epist. mutuis. Recte vulg. defendit Passeratius, eamque in sua ed. expressit Broukh. cui etiam codd. plerique et pr. adstipulantur edd.' *Burm.*—3 *Diversa* Borr.—4 '*Quanta* Heins. ad Ov. I. Pont. 21. [et N. Prop.] quod amplector.' *Broukh.* '*Quantum* omn. libri. Unica Gött. sequitur Broukh.' *Barth.* qui et ipse sequitur Broukh. '*Quanta* recte emendavit Heins. male enim in Leidd. Vossianis, meo utroque, aliisque, et priscis edd. *Quantum:* et sic e suis codd. afferunt Nestor in Vocabulario p. 159. et Tortellius in Orthogr. in *Hypanis.* Pro *dissidet* in Voss. 4. *distat ab:* quæ alterius verbi glossa est.' *Burm.* 'Heinsii emend. necessaria futura, si *dissidet* abesset: nunc libros script. sequamur.' *Lachm.* qui citat

NOTÆ

1 *Quid mihi desidiæ*] Desidiæ fuerat Propertius a quodam amicorum accusatus, cujus desidiæ causam in amorem Cynthiæ rejiciebat; a qua tantillum discedere, nec ejus causa valeret urbem relinquere: sed respondet rem ita sese habere non posse, cum, quamvis sit Romæ, a Cynthiæ consortio et amplexu non modo sit disjunctissimus, utpote quæ secessu Baiano fruatur, sed etiam ab ipsius amore ita alienatus, ut ipsum prorsus oblivioni tradiderit. Deinde conqueritur se non posse Cynthiam alloqui, neque in ullam aliam puellam amorem suum transferre, adeo ut Cynthia, sicut ipsius fuit primus amor, futura sit etiam ultimus.

4 *Hypanis*] Nomen est duorum fl. quorum alterum est in India. De

Nec mihi consuetos amplexu nutrit amores
  Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.
Olim gratus eram: non illo tempore cuiquam
  Contigit, ut simili posset amare fide.
Invidiæ fuimus? num me Deus obruit? an quæ
  Lecta Prometheis dividit herba jugis?

amores, neque blandiens auribus meis insusurrat. Ipsi *quondam acceptus et carus eram; tunc nulli* hominum *concessum est ut pari fidelitate amare posset; at invidiæ fuimus. An me Deus oppressit? An herba, quæ collecta est* in *montibus Prometheis,*

Liv. XXII. 1.—5 *Complexu* Postb. Voss. 4. Ask. Exc. Mod. *Amplexus* Leid. 2. Voluit f., ait Burmannus, librarius *consuetos amplexus nutrit amore.*— 6 ' *Nostro d. in ore* Heins. N. ad Ov. XII. M. 430. [cum Guy.] eo quod *au* et *o* frequenter confunduntur in scriptis exemplaribus: ita sane: sed non semper, non ubique. H. l. nihil debet mutari.' *Broukh.* ' *Dulcius* Dorv. 2. a m. pr. *Aure* constanter in omn. codd. et vetustis edd. non *ore.* Non probo igitur *nostro dulcis in ore.* Novi qui existimaret indicari f. illud Horatii, ' Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem.' Recte vulg. non mutand. censet Broukh.' *Burm.* Lachm. exhibet et defendit *nostra dulcis in aure sonus.*—7 ' *Ullo* pro *illo* Heins. et Broukh. ad marg. ed. Colin. quod a Voss. 4. firmatur. Idem Heins. etiam conjecerat *Donec gratus eram, non illo temp.* ex Horatiani loci procul dubio imitatione.' *Burm. Ol. paratus* Bon.—9 ' Guy. cum putaret τὸ *num* non posse hic locum habere, eo quod semper negativa subintelligitur, malnit *an*, quod legitur in marg. unius Colb. Certe aliquid ulceris latere clamat dissensus librorum, fere vel *nunc* vel *non* habentium, ac deinde *atque* pro *an quæ:* sic et pr. edd. Sed in his tenebris habenda est ratio Latinitatis. Delrii lectionem si sequamur, res omnis in vado est. Ille ita laudat hunc l. Disquis. Magic. III. *quis me D. ob. aut quæ.* Valde placet hæc scriptura, modo addicerent membranæ.' *Broukh.* qui edidit *an me D. obruit? an quæ*, cum Barth. qui dicit: ' *Num me D. o. an quæ* omn. mel. libr. præter Brix. quæ habet *non me D. o. atque. Num te D.* Douse.

NOTÆ

quo Plin. IV. 12. qui ibid. scribit ap. hoc fl. nasci quasdam bestiolas, quæ diem unum solummodo vivant. Hypanis alter fl. est Scythiæ Borystheni vicinus, quem Solin. 20. principem ait esse amnium Scythicorum, purum, et haustu saluberrimum, usque dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Exampeus infamis est, amara scaturigine: qui Exampeus admixtus fluori amnem Hypanim vitio suo vertit; adeo ut sibi dissimilis, potuique inutilis ob amaritiem, in maria condatur: unde, qui in principiis Hypanim norunt, eum prædicant; qui in fine experti sunt, non injuria execrantur.

Veneto Eridano] Eridanus fl. est Italiæ celeberrimus, alio nomine Padus nuncupatus, a Virgilio fluviorum rex appellatus. Dicitur autem Propertio Venetus, quia in Mare Adriaticum intra Venetorum fines effunditur, et per illud flumen Venetias navigatur.

9 *Invidiæ fuimus*] Magna semper bona veraque gaudia invidiæ fuerunt obnoxia. Unde Petron. ' Fruorque votis usque ad invidiam felicibus.'

Num me Deus obruit] Deus ille est vel Fortuna, vel Nemesis, vel Venus, vel Cupido ipse, vel etiam Jupiter Deorum supremus.

10 *Prometheis jugis*] Caucasus

Non sum ego, qui fueram: mutat via longa puellas.
Quantus in exiguo tempore fugit amor!
Nunc primum longas solus cognoscere noctes
Cogor, et ipse meis auribus esse gravis.

nos *distrahit? Non sum* is jam, *qualis* olim *eram. Diuturnum iter immutat* animum *fœminarum.* At *quam magnus Amor brevi tempore periit! Nunc primum solus compellor longas noctes experiri, meisque auribus ipse esse molestus. Beatus*

et edd. Livin. et Gebh. [Quod damnat Burm.] Livineio tamen teste Vat. et Posth. *num me* repræsentant. *Nunc me D. horruit* Palat. *Non me D. o. unquam* Dresd. quod locum communem sapit. *An me* recep. Vulp. Gött. *Nunc me D. o. aut quæ* Wakker. Amœn. Lit. 12. p. 75. neque tamen vulg. damnat.' ' *Inv. sumus* Voss. 2. *Num* in Heinsian. Aldd. Junt. Colin. Rouill. Gryph. Mur. Scal. et aliis. *Non* in Leidd. Regg. Colbertt. Voss. 1. 2. Dorvv. meo 2. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Nunc* Voss. 4. Groning. [At vid. Barth. sup. Sed Burmanno consentit Lachm.] Exc. Mod. et in margine unius Colb. ' Quod autem *an quæ* dederit Broukhusius, quia ' num' semper negativam comprehendit, quid vetat ut hic etiam ita edatur, pro, an non me Deus obruit; et in fine versus, *an quæ*, vel *aut quæ*, ut in aliis codd. quia utrumque Veteribus in usu? Virg. IV. Æn. 370. Nost. III. 5. 42. &c. F. etiam præstaret hic repeti *me*, ac proinde reponi *num me Deus obruit, an me:* nam verborum structura, ceteroqnin nonnihil intricatior, relativo pronomine præposito, quod et aliis in usu, sed sæpe obscuriorem reddit sensum, sic ordinanda est: An herba dividit, quæ lecta est jugis Prometheis? Francius ed. Scal. ascripserat: ' Illud ' dividit herba' necessario inter duo commata videtur ponendum. An vero sub ' num' semper negativa intelligatur, dubito. Nec scio an moveri debeat vulgata, præsertim si in proximo versu sequamur lectionem Rubenii.' Sed alio modo hunc l. constituere tentavit Heinsii fœcundum conjecturarum ingenium, qui N. ad Prop. quas Adversariis ejus adjeci, p. 667. legend. putabat *Invidiæ nimbo quis me D. o. aut quæ.* G. V. Guellius in Comm. ad Virgil. bonæ frugis refertissimo, Æn. XI. 481. tentabat *Invidiæ fumis an me D. o.* Acumen ingenii in utroque agnosco, sed conjecturis his consentire nequeo. *Invidiæ esse* optima et elegans locutio.' *Burm.* ' Mihi librorum scriptura placet *nunc me D. o. an quæ.*' Hemst. *Nunc me D.* explicat Ast. p. 10. *Num me D. o. an quæ* Lachm. exhibet et monet ne quid tentes. *Non* Neap.—11 ' Rubenius II. Elect. 2. *Non sum e. q. fuerum? an m. v. l. puellas?* Certe, tametsi τὸ *an* abest a Mss. tamen commode revocari potest ex postrema syll. vocis ' fueram,' quæ sequentem absorbebat. Frequens id in libr. vetustis. Sed cogitand. et videtur aliud velle Rubenius, aliud versus proxime præcedens.' *Broukh.* qui vulg. exhibet. ' *Quæ* Leid. 2. Dorv. 2. et Venet. 2, ac Rheg. F. legend. *quod f.* idque suadet imitatio Ovidii, cujus locum hic affert Broukh. e XIII. Tr. 11. 25. Ep. 9. 106. ad quem l. non exigua exemplorum copia hanc locutionem Patruus meus probavit. Deinde *an mutat via longa puellas?* cod. suo ascripsit Markl. ut Ruben. conjecerat, Broukh. non reluctante.' *Burm.* Qui retinet Lachm. et post multa verba, ' His consideratis,' ait, ' virorum doctorum divinationes improbabis.'—13 ' *Cognoscere* ex glossa superscripta natam opinatur Heins. et pro *cognoscere* conjicit *perducere:* quod si verum, malim *producere.* Sed nihil potius mutand.' *Burm.*—14 *Meis me-*

NOTÆ

mons intelligitur, in cujus vertice religatus fuisse dicitur Prometheus, quod ignem esset Jovi furatus, mortalibusque tradidisset; ob idque Prometheum ibid. ea affici pœna, ut vultur ejus jecur continuo renascens dilaniaret, fabulati sunt. Dicunt igitur in Caucaso monte ex sanguine

Felix qui potuit præsenti flere puellæ! 15
Nonnihil aspersis gaudet Amor lacrymis.
Aut, si despectus potuit mutare calores,
Sunt quoque translato gaudia servitio.
Mi neque amare aliam, neque ab hac discedere fas est:
Cynthia prima fuit; Cynthia finis erit. 20

ille *qui præsentem amicam lacrymis potuit movere. Interdum delectatur Amor fletibus effusis. Vel, si contemtus valuit ignes* suos *alio transferre, est etiam* nonnulla *voluptas* in *mutandis amoribus. Mihi* vero *neque licet alteram amare,* quam Cynthiam, *neque ipsam deserere: Cynthia* mihi *fuit* amoris *initium, Cynthia* etiam mihi ardor *ultimus erit.*

ribus Heins. ad oram ed. Ald.—15 *Flexit qui* Bon. ' Heins. *puella* [casu sexto]: perperam.' *Broukh.* cui assentit Burm.—16 ' Male Guy. *exspersis.* Heins. *ah sparsis.* Sed nihil variant codd.' *Burm.*—17 ' *Colores* Groning. Borr. Frustra.' *Broukh.* Damnant et Kuin. et Barth. qui addit: ' *Qui* [*despectus* vel] *despectos* Heins. *Despectus* magis placet V. D. Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 98. Cf. Ov. M. III. 404.' Hic V. D. erat nostras, ' sed quem,' ait Burm. ' in nota subjecta recte Patruus meus refutavit, Heinsii lect. etiam non admissa. *Aut quo despectus* legend. putabat Hemst. et reliqua ' Sunt quoque translato,' &c. velut additum enthymema spectari debere, ut modo, ' Non nihil aspersis,' &c. *At si despectus* Exc. Scal. Altero versu *Sunt sua translato* Heins. quod placet: adeo ut f. scripserit Auctor *At, si despectus p. m. caleres, Sunt sua t. g. s.*' Burm. ' Levissima, puto, correctione hic vs. integritati restitui potest, si legis *Aut qui despectus.* In eand. conj. Jacobsium incidisse postea vidi in Animadv. in Eur. Trag. p. 312.' *Ast.* p. 12. *Aut si* magis probat Lachm. quam *Aut qui:* quod putat illud elegantem orationi varietatem inferre.—19 ' *Me* Groning. [Bon.] Pro *ab hac* in uno Colb. [vitiose, censente Burm.] *adhuc. Desistere* e Vatican. Livin. notavit, quod neque ipsum probum. Vulg. recta est, nec mutand. quicquam.' *Broukh.* Cui assentit Barth. qui monet *desistare* habere Dresd. edd. Livin. Gebh. et Græv. ' *Me* Scal. Exc. Dorvv. sed utroque casu Veteres dixisse ' mihi' vel ' me fas est,' sequente infinitivo, docent Patrui mei notæ ad Virg. IV. Æn. 350. Nihil itaque mutand. præsertim cum illud *Mi* pro, Mihi, Propertio in deliciis sit. *Si* in nostro 1. *Desistere* Vat. 1. 2. Perr. v. c. et Scal. Exc. *Dissistere* Neap. et Voss. 2. *Desciscere* Heins. sed *discedere* in reliquis omn. codd. et pr. allisque antiquis edd. quod recte tuentur Gebh. et Broukh. *Nec ab hac discedere* Borr.' *Burm.*

NOTÆ

Promethei herbas noxias et venenosas nasci, quæ legebantur a veneficis ad incantationes et magicos usus. Sen. Medea: ' Congerit in unum frugis infaustæ mala, Quæ fert opertis hyeme perpetua jugis Sparsus cruore Caucasus Promethei.'

20 *Cynthia prima fuit*] Ita fere noster Poëta El. 20. lib. II. ' Ultima talis erit, quæ mea prima fides.' Ov. XIV. M. ' Tu primus et ultimus illi Ardor eris.'

ELEGIA XIII.

AD GALLUM.

Tu, quod sæpe soles, nostro lætabere casu,
  Galle, quod abrepto solus amore vacem.
At non ipse tuas imitabor, perfide, voces:
  Fallere te nunquam, Galle, puella velit.
Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
  Certus et in nullo quæris amore moram;
Perditus in quadam tardis pallescere curis
  Incipis, et primo lapsus abire gradu.

O *Galle, tu, quod frequenter consuevisti, meo infortunio gaudebis, quod, abducta amica, vacuus et otiosus jaceam: sed ego tuos sermones, o perjure, non imitabor: nulla fœmina te decipere cupiat. Dum tibi delusis puellis crescit nomen, nulloque in amore fidus cupis constantiam; correptus cujusdam* puellæ amore *incipis pallere seris curis,* ipsamque *adire deficiens* in *primo limine. Ista* tibi *supplicium erit*

1 ' *Tu quoque* cod. Voss. *Sæpe facis* Scal. Exc. *Tu quod, sæve, soles,* conjecerat Patruus meus: ut sæpe hæc verba inter se confusa. Sed Gallum Propertio identidem et sæpius in rebus amoris insultasse colligi satis potest ex El. 5. huj. lib. quæ cum hac conferenda est.' *Burm.*—2 ' *Arrepto* Groning. *Arrecto* Dorv. 2. *Abrupto* Frut. et Heins. [N. in Prop. et Adv. p. 324.] sed *abrepto,* ut legitur etiam in meo 1. recte Passeratius vindicat.' *Id.*—3 ' *Aut non* cod. Colb. *Tuos mores* Markl. ad lib. sui marg. me non probante. *Voces* enim hic convicia notant.' *Id.*—5 *Cum* Bon.—6 ' *Am. viam* Palat. et Guarn. contra mentem Poëtæ.' *Barth. Viam* Voss. 1. 3. Burm. 2. sed in cujus marg. *morem. Notam* Colb.—7 ' Pro *Perd.* Voss. 2. *Quæritis.* F. voluit librarius *Quæris et in q. t. p. curis: Incipis et.* Sed *Perd.* minime solicitand.' *Burm.* Vult Lachm. vel *en quad.* vel *en quandam.*—8 ' *P. l. amore gradu* Regg. C. Com. edd. Ber. ac Volsci cum Veneta [sic et Venet. 1500. et Brix.]: unde *amare* formabat Mur. quem Guy. sequitur: et tamen istud *amore* huc irrepsit ex pentametro prox. præc. *Adire* est in Colbertt. Borr. uno nostro, [Dresd.] et Groning. idque tuend. suscepit Passeratius, [accedente Gebh. cum edd.] ut valeat, ad eam accedere suppliciter. Non placet.

NOTÆ

1 *Tu, quod sæpe soles*] Jocatur Poëta cum suo Gallo, dicitque ipsum tandem, qui puellas omnes fallere consueverat, nullique prorsus fidem servare noverat, cœpisse unam efflictim et constanter deperire, ut illa una allarum omnium, quibus illuserat, injurias ulciscceretur. Probat denique amores Galli, cujus puellam ipso Jove dignam esse et pulcherrimis, quæ fuerint usquam, fœminis formositate præstare dicit.

2 *Galle*] Gallum fuisse rivalem et æmulum Propertii jam sup. vidimus El. 5.

6 *In nullo quæris amore moram*] Multarum puellarum delectaris amore; nullamque vere amas; quod etiam a Lesbia factitari scribit Catullus.

Hæc erit illarum contemti pœna doloris:
  Multarum miseras exiget una vices.
Hæc tibi vulgares istos compescet amores;
  Nec nova quærendo semper amicus eris.
Hæc ego non rumore malo, non augure doctus;
  Vidi ego: me, quæso, teste, negare potes?
Vidi ego te toto vinctum languescere collo,
  Et flere injectis, Galle, diu manibus,

spreti aliarum amoris; illa *sola reposcet* a te *infelicem multarum talionem. Ista tibi communes illos amores coërcebit, neque* jam perpetuo *amator eris novus semper* amicas *venando. Ego ista non novi* ex *mala fama, neque* ab *auspice eruditus,* sed *ipse conspexi.* An, *oro, me conscio, inficiari sustines? Ego* sane *te conspexi,* o *Galle, totis cervicibus* puellæ *implexum languere, brachiisque* ejus collo *diu impli-*

Abire, quæ vera est lect. [et sic censet Barth.] habet noster pr. [et Palat.] quomodo conjecerat Palm. sed inficetissima expositione contendit *abire* hic esse, mori. Melius Livin. et Schopp. IV. Verisim. 6. quos sequi debebat interpres Parisinus, nisi jurasset in Passeratii verba.' *Broukh.* ' Recte *lassus* [Dresd. et ita] legebat Heins. [N. in Prop.] et Patruus meus ad Ov. Ep. 20. 41. quod requirit verbum *abire,* pro quo male *adire* in Leid. 1. quat. Voss. Dorvv. meo 2. Sed *abire* Heinsian. *Lassus amare* Perr. v. c. et Vat. 2. *Lapsus amare* Colot. 1. *Lapsus abire* Vat. 1. *Lapsus amore* 3. et pr. edd. Veriss. lect. est *primo lassus abire gradu:* nam illud *lapsus* male derivarunt ex voce ' gradu.' *Fassus* etiam conjecerat Heins. ad oram ed. Ald. 2. in qua *adire:* ut in 1.' *Burm. Lapsus* et *lassus* sæpe confundi monet Kuln. cujus lect. exhibet Lachm.—9 ' *Non erit* Voss. 1. *Nec* Dorv. 2. et meus 2. sed in marg. *Hæc. Contenti* Voss. 2. [Bon.] Dorv. 1. Ald. 2. sed 1. *contemti,* ut in Mss. reliquis, Voss. 1. Heinsian. Mentel. ceterisque, et pr. edd. Pro *pœna* etiam *fama* Voss. 4. *Caloris* Heins. *Burm.*—10 ' *Exiget* Groning. Borr. Quod verum est. Pro *miseras* puto *seras.*' Bronkh. ' *Exigit* Venet. Brix. Aldd. Colin. cett. *Exiget* unice vera est lectio codd. Vat. Dresd. quam et variæ edd. præferunt.' *Barth.* ' *Exigit* male Leid. 2. Ask. pr. edd. *Exiget* Neap. Vossiani, Heinsian. ceterique codd. *Erigit* Colbertt. *Exigit vices* tamen probasse videtur Barthius ad Stat. IV. Th. 620. Broukh. *seras:* et sic in ora lib. sui Markl. ascripto III. 6. 32.' *Burm.*—11 ' *Componet* malebat Livin. ex Vaticano: quod sit, sepeliet. Ei accedit Gebh. N. ad III. 18. [e C. Com. quæ et *Nec* pro *Hæc* initio versus exhibent.] Nihil tale in nostris. *Compescere* est, intra fines suos continere. Virgil. G. III. Tibull. 1. 2....Sed modus esto exemplorum. Jamne *amores compescere* deterius habebitur quam *componere,* s. sepelire?' *Broukh. Compescit* Lond. mero typogr. errore, judice Barth. p. XLVII. ' *Nec tibi* Leid. 2. et pr. edd. ut in Regg. et meo 2. sed *Hæc* a m. sec. Pro *compescet* in tribus Voss. *componet,* et in meo 2. licet in marg. *compescet.* Sed alterum tuetur Patruus meus ad Ov. III. A. A. 501.' *Burm.*—12 ' *Hæc* Borr. *Querendo* Neapol. *Iniquus* legebat Guy. sensu admodum refragante. Leviter corrigend. arbitror, *Sed n. q. s. a. eris.* Sed et vulg. commode servari potest.' *Burm.*—13 *Rubore* Posth. *Vago* pro *malo* conj. Franc. rejicit Burm.—15 *Totum unctum* Dresd. *Totum* Mentel. *Vic-*

NOTÆ

10 *Exiget una vices*] Unica illa puella, quam modo deperis, a te sumet pœnas illas, quas tu plures alias ferre coëgisti.

Et cupere optatis animam deponere labris,
Et quæ deinde meus celat, amice, pudor.
Non ego complexus potui diducere vestros:
Tantus erat demens inter utrosque furor.
Non sic Æmonio Salmonida mixtus Enipeo
Tænarius facili pressit amore Deus;

catis lacrymari, ac desiderare jucundis vocibus animam effundere, aliaque, o amice, quæ pudor meus silet. Non ego valui vestros amplexus divellere; adeo magnus erat insanus inter vos invicem amor. Tænarius Deus blando Cupidine commixtus Enipeo Hæmonio non tam arcte complexus est Salmonidem, neque Hercules ardens amore

tum Voss. 1. 4. Dorv. 1. Regg. Mentel. Vat. Brix. Græv. et pr. edd. *Victæ* Venet. 1500. *Vinctam* Vat. 5.—16 ' Quid prædices de acumine Barthii, qui XXV. Adv. 4. *manicis* hic mavult præ *manibus*, cum vinctum hominem, ita ait, loquatur Poëta? quæso an sine manibus injecerat Gallus brachia sua puellæ collo? Multa congeri possunt ex Lucret. v. ext. quibus infringantur *manicæ* Barth.' *Broukh. In lectis* Bon. Guarn. ' Male Leid. 1. [Palat.] *inlætis*, et *illactis* Voss. 2. 4. [Dresd.] Vat. Dorv. 2. *Inlectis* Neap. Colbertt. sed *insertis* Dorv. 1. a m. sec. quod non aspernand. videtur. Sed vulg. tuetur Catull. 35. 8.'&c. *Burm.*—17 ' Non dubitat Scaliger quin Prop. scripserit *membria*, cui assentitur Dousa [et Dorv.]: atqui, si pudor suus celare jussit Poëtam nonnihil nugarum, ubi erat is in fœdum istud *membris* scribente? Passeratius e vett. libr. reducit *labris:* optime.' *Broukh.* Cui assentiunt Burm. et Barth. Hic monet *verbis* esse in Venet. Brix. Aldd. Colin. Mur. cett. etiam Græv. et Lond. Sic habent Leidd. quat. Voss. Burmm. Dorvv. Groning. *Optabis a. d. verbis* Borr. *Labris* etiam Heins. legebat N. ad Prop., et, rejecta *membris*, vindicavit ad Claudian. Epith. Pall. et Celer. 132. *Optatis labris* languet Burmanno, qui ideo certam, ut vocat, Patrui sui amplectitur restitutionem *aptatis lab.* quod Barthius conjecerat ad Adv. XXV. 2. et præferunt Jacobs. Animadv. ad Anthol. Gr. T. 1. P. 1. p. 73. et Kuin. Conjicit Huschk. in Ep. Crit. p. 36. *oblatis. Optatis labris* defendit Lachm.—18 *Et qui* Dresd. *Amore* Posth.—19 *Deduc.* Leid. 1. Bon. Voss. 1. Dorv. *Did.* quod in cett. Mss. et pr. edd. legitur, proprium monet Burm. in h. re verbum esse, pro, divellere a complexibus.—21 ' Propertium hic aut memoria lapsum, aut nominum similitudine deceptum fuisse notat Mur. sed Propertium bene defendit Lud. Carrio Schol. in Val. Fl. p. 195.' *Broukh.* ' *Salamonidæ* Brix. *Mistus Enipheo* Ald. 2. Gryph. 1. Basil.' *Barth.* ' *Salamonida* vel *Salomonida* corrupte in Mss. et pr. edd. et *Eniphæo. Hæmonius Enipeus* est Thessalicus. Neptunus *Tænarius* dicitur, propter Tænarum ei sacram: pro quo corrupte *Tremarius* in pr. edd. et intelligitur Tyro, Salmonei filia, a Neptuno sub forma fluminis Enipei compressa. Recte Propertium, Thessaliæ tribuentem fluvium Enipeum, quem alii Achaiæ ascribunt, defendit Casaub. ad Strab. VIII. p. 157. ed. Paris. et Carrio ad Val. Fl. 1. 83. sed errat Ciofanus ad Ov. 1. Met. 579. qui multis contendit, ubique *Enipheus* pro *Enipeus* esse scribend. cum illa sit librario-

NOTÆ

21 *Hæmonio Enipeo*] Enipeus fl. est Thessaliæ, quæ et Hæmonia; unde Hæmonius Enipeus Propertio nostro dicitur. Porro Enipeus irrigatis campis Pharsalicis in Apîdanum influit, ubi nomen amittit. Est et alius ejusd. nominis fl. Enipeus in Elide, cui alii scriptores tribuunt, quod hic Propertius Thessalico Enipeo.

Salmonida] Tyro Salmonei filia,

Nec sic cœlestem flagrans amor Herculis Hebęn
  Sensit ab Œtæis gaudia prima jugis.
Una dies omnes potuit præcurrere amantes:
  Nam tibi non tepidas subdidit illa faces.
Nec tibi præteritos passa est succedere fastus:
  Nec sinet abduci: te tuus ardor aget.

cœlestis Hebes in Œtæis verticibus ita percepit primam conjugii *lætitiam. Unica lux potuit anteire omnes amantes; non enim puella tibi subjecit lentos ignes; neque tulit antiquam* tuam *superbiam tibi felices habere successus, neque* sibi te *permittet*

rum posterioris ævi scriptura, et Græcis constanter 'Ἐνίπευς, non 'Ενιφεύς, dicatur. *Missus Enipeo* in marg. cod. mei 2. h. e. *mistus* pro *mixtus:* sed illam recentioris ætatis scripturam esse notat Pierius ad Virg. I. Æn. 492.' *Burm. Æmon.* exhibent Broukh. Barth. Kuin. *Hæm.* Lachm. Burm.—23 ' *Non sic* Franc. *Cœlesti Hebe* legit Markl. ad Stat. Sylv. p. 223. Sic certe II. El. 3. 33. et ita ' perire,' ' ardere aliqua,' passim ap. Poëtas. Sed nihil hic variant codd. et *cœlestem Heben* affert etiam Nestor in Vocabulario p. 157.' *Burm.*—24 ' Verissime Scaliger correxit *ab Œtæis.*' Broukh. ' *In Œt.* est in omn. edd. præter Broukh. Vulp. Gött. quæ Scaligeri correctionem verissimam receperunt. *In acteis,* cum suprascript. *oetheis* Dresd.' *Barth.* ' *In Œt.* omnes fere codd. quorum Excerpta adhibui, et pr. edd. Recte tamen Scaliger et Markl. *ab* prætulerunt. Sed præterea amplector optimam Schraderi emendationem, II. Emend. 5. *prima rogis.*' Burm. *Jugis* bene se habere putat Kuin. sed pulchre emendavit Schrad. judice Lachm. seu librariorum (ita loquitur Lachm.) errorem seu Propertium ipsum correxerit.—25 ' Nihil variant codd. Cum tamen locus manifeste corruptus sit, nam, quo referas seqq. ' subdidit illa faces, Nec tibi pr. passa est succ. fastus,' &c. nemo facile extricabit, si *Una dies* retineatur, cum cetera ad puellam, cujus tamen mentio non præcedit, spectent. Feliciter itaque emendabat Heins. *Una adeo hæc omnes:* licet pro *hæc* malim *en,* quod propius inhæret ultimis duabus literis vocis *dies,* ne *hæc* et *illa* eod. disticho ponantur. Mirum quam sæpe librarii voculam hanc ' adeo' corruperint vel extruserint, quia eam abundare credebant.' *Burm.* Citra necessitatem esse Heinsii conj. statuit Barth. *Deis...amatas* Eld. suis ad Burm. literis. *Una dies...amores* edidit et defendit Lachm.—27 *Subducere* Palat. 1. *Fastos* Bon.—28 ' Dousa F. in libro Modii legi dicit *adduci:* cave credas: nam in eo legitur *aduci,* quomodo et in Exc.

NOTÆ

quæ fl. Enipeum adamavit; quam quidem Neptunus Enipei fl. assumta forma et specie compressit, ex eaque liberos suscepit Peliam et Neleum. Id. Prop. III. 19. ' Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo, Quæ voluit liquido tota subire Deo.'

Mixtus Tænarius Deus] Neptunus dictus est Deus Tænarius a Tænaro, monte s. promontorio Laconiæ in Peloponneso, ubi templum habuit celebre. Dicitur etiam mixtus Enipeo; quia, ut jam diximus, transformatus in formam Enipei, Salmonidis potitus est amoribus, quæ fl. Enipeum ardenter amabat.

23 *Amor Herculis Hebes*] Postquam Hercules in Œta monte mortalitatem exuisset, jamque Deus factus esset, Hebes, Junonis filiam, juventutis Deam, duxit uxorem, utpote quam efflictim deperibat.

24 *Œtæis jugis*] Œta mons est Thessaliæ Doridi incumbens, morte

Nec mirum, cum sit Jove digna, et proxima Ledæ,
  Et Ledæ partu, gratior una tribus;
Illa sit Inachiis et blandior heroinis:
  Illa suis verbis cogat amare Jovem.
Tu vero, quoniam semel es periturus amore,
  Utere: non alio limine dignus eras.

eripi. Te tuus affatim *amor agitabit. Neque* hoc erit *mirabile; quandoquidem est* ipso *Jove digna, et Ledæ forma simillima atque Ledæ partui:* collata illa *una* est *trium jucundissima. Ipsa* etiam *est Inachiis heroinis formosior; ipsa suis vocibus* ipsum *Jovem in* sui *amorem pertrahere potest: sed, quandoquidem tibi constitutum est amore perire, arde; non aliam flammam merebaris. Ista tibi sit fausta*

Lernutii.' *Broukh.* ' *Sinit* ed. Græv. et Lond. *Adduci* Vat. ap. Livin. Palat. 1. *Abduci quo t. a. agit* Heins. *Agit* Dresd.' *Barth.* ' *Adduci* in Exc. Mod. Mentel. Voss. 2. Dorvv. et meo 1. quod Dousæ F. probabatur: et sic in suo cod. legi notaverat G. Vlamingius: sed recte rejecit Broukh. et in alteram lect. conspirant reliqui codd. et pr. edd.' *Burm.*—29 *Quam sit* Poth. *Quoque sic* Bon. ' *Cum sit Jove digna, et proxima Ledæ, Et Ledæ partu, gratior una tribus:* ita in omn. codd. et priscis edd. nisi quod in nonnullis *Et Ledæ e partu gr.* Mirifice hæc disposuit Scaliger, sublata primi distichi distinctione, hunc in modum: *Nec mirum, cum sit Jove digna, et proxima Ledæ, Et Ledæ partu: gratior una tribus Illa sit Inachiis et blandior heroinis:* ut sequentis distichi verba cum priore conjungantur, quod Catullo magis quam Propertio usitatum; et per *tres heroinas Inachias* idem Scaliger Ledam, Helenam, et Clytæmnestram intelligebat. Sed vid. Passeratium. Heins. legebat *cum sit Jove dignæ proxima Ledæ, Ledæi et partus gratior una tribus.* [N. Prop. et Adv. p. 325.] Nihil potius mutand. videtur, et per ' Jove dignam ' intelligo Junonem. Hanc Heinsianam emend. respuit ' gratior una tribus,' Junone nempe, Leda, et Helena, quas hic indicari arbitror.' *Burm.* Heinsii emend. *dignæ proxima* tuetur et exhibet Lachm.—31 ' Pro *et* malim *vel;* levique transpositione eriges sensum, si legatur *Illa vel Inachiis sit blandior Heroinis.* Ita enim hac vocula pro, quantum libet, etiamsi, licet, uti amat Noster. Nisi potius *blandior vel Inachiis Heroinis* dictum sit pro ipsis Heroinis Inachiis: quod Nostro etiam frequenti in usu est. Male autem in pr. edd. ut et Aldd. Junt. Colin. et Scal. distinguitur *Illa sit Inachiis, et blandior Heroinis.*' Burm.—32 *Illecebrisque suis* Heins. Sed *verba* Propertio sunt pro blanditiis, illecebris ipsis, dictis jucundis, multo sale et gratia conditis, judice Burm. *Cogit amore* Palat. 1.—34 ' *Utere* habent octo Mss. [et Guarn.]

NOTÆ

et sepulcro Herculis nobilitatus; unde nomen factum est Tragœdiæ Senecæ, quæ ' Hercules Œtæus ' inscribitur.

29 *Ledæ*] Leda fuit Thestii filia, Tyndari Laconiæ regis uxor; quam cum Jupiter adamaret, in cycnum mutatus cum ipsa concubuit, ex eaque nati sunt Castor et Clytæmnestra, Pollux et Helena.

30 *Gratior una tribus*] Dicit Poëta amicam Galli formosiorem esse tribus, nempe Clytæmnestra, et Helena, quæ sunt partus s. filiæ Ledæ, atque etiam ipsa Leda; unde bis assumendum est vocabulum illud ' proxima,' Ledæ nimirum, et partui Ledæ, nempe Helenæ et Clytæmnestræ. Dixit vero Poëta *partu*, pro, partui, ut Veterum doctissimi sæpius locuti sunt.

31 *Inachiis heroinis*] Inachias heroinas appellat Argivas et Græcas omnes puellas, quæ fuerunt vel Deo-

Quæ tibi sit felix, quoniam novus incidit error: 35
Et, quotcumque voles, una sit ista tibi.

et fortunata puella, *quandoquidem novus evenit error; istaque* tua amica *sit tibi sola quicquid poteris desiderare.*

Melius [et sic judicat Barth.] est *Urere*, proprium amoris verbum, quod jam olim occupavit edd. puriores. In nostris septem et in uno Gebhardi erat *limine*: optime.' *Broukh.* ' *Urere* Venet. 1500. Brix. *Utere non aliis limine* Palat. *Lumine* edd. Mur. et Græv. quod interpretantur de igni, flamma, face, amore: paulo insolentius.' *Barth.* ' *Utere* in Leidd. quat. Voss. Dorv. 1. meisque, Exc. Mod. Borr. Groning. primisque edd. amore nempe, quod nescio cur repudiatum fuerit. Ayrm. vero hic interpungebat, *quoniam semel es periturus, amore Urere:* qua tamen distinctione non opus est. *Urere* vindicavit Broukh. amore ex præc. vs. subintelligend. et hanc lect. tuentur Perr. v. c. Vat. 2. Gebhardi Palatinus, aliique. Deinde *non alio lumine* Leid. 2. Voss. 4. Dorv. 2. Borr. Groning. Vat. 2. et in marg. mei 2. primisque edd. quod Passeratius de amoris face intelligit, ut in illo Horatii ' Digne puer meliore flamma:' et sic Ayrm. Libera nimis est P. Francii conjectura *non alia tu face.* Sed *non alio limine* Broukh. exponit, non alia domo, in qua amares; placuitque Heinsio: et recte: quia id Nostro frequens est.' *Burm.* ' *Urere* a Beroaldo primum præter duos Italicos, Perreii v. c. et Vat. 2. liber nullus videtur agnoscere; de Palatino enim mendacium dicit, ut alibi quoque non raro, Burmannus. Probum est quod omnes exhibent *Utere.*' Lachm.—35 *Hæc tibi* Franc. ' Age, mecum distingue: *Quæ tibi sit, felix qu. Quæ tibi sit* Tibullus vindicat IV. 6. 3. Sed tuetur se Prop. in proximis *Et quotcumque voles, una sit ista tibi.* Nec repetitionem culpes; recte habet: Hæc semper tua sit, et, quamvis multas voles, hæc una tua sit. Nam ita capienda hæc esse et J. Dousam optime correxisse *quotcumque*, cum in libb. scriptis tantum non omnibus esset *quoc.* primi autem editores præter Volscum, qui an. 1488. *quoc.* reduxit, *quodc.* reposuissent, epigramma quoque Anthol. Lat. III. 191. comprobat: ' Si tua sit,' &c.' *Lachm.* ' Arguta est lect. Dousæ P. *quotc.* Laudo et amplector.' *Broukh.* Vulp. et Gött. Dousam sequuntur. *Quodc.* retineri posse putat Barth. ob Horat. I. S. 2. 126. ' *Ut* Dorv. 2. *Quæcumque* in Voss. 2. 3. Dorv. 2. et meo. *Quocumque* in Exc. Scal. Mentel. [Dresd.] Regg. et Colbertt. priscis edd. et in membranis Gul. Vlamingii, qui id probabat, et ' voles' non a, velle, sed volare deducebat; eo, ni fallor, sensu, pro: Venti instar levis ad alios transvolare amores cupies: sed de quo ne cogitasse quidem Propertium, certus sum. *Quicumque* Vat. 5. Recte Frut. Dousa, et Heins. *quotcumque:* ut Gallo suadeat, quocumque tandem uratur igne, hæc una instar omnium sit. Quod merito probavit Broukh.' *Burm.*

NOTÆ

rum filiæ, vel Heroum uxores. Porro Inachus rex fuit Argivorum, qui neptem habuit Nioben, et filiam Io, unde aliæ quoque formosæ puellæ prognatæ, quæ etiam heroinæ dicuntur.

34 *Utere* [*Urere*] Sine te consumi et perire ista flamma. Ut Virgil. ' Uritur infelix Dido.'

Non alio lumine dignus] Sic Horat. I. Od. 27. ' Digne puer meliore flamma.'

35 *Novus incidit error*] ' Errorem ' posuit pro amore; ostenditque fortunam in amore dominari, quoniam casu accidit, et præter Galli opinionem, ut unam ex animo puellam adamaret.

36 *Quotc.* [*Quodc.*] *voles, una sit*] Quia Gallus omnivolus est, ut de Jove dixit Catullus, optat Poëta, ut ipsi

NOTÆ

amica illa, quam unam deperit, multarum vel omnium sit loco, ut sup. dixit de Cynthia: 'Tu mihi sola dedisti, tu, Cynthia, sola parentes, Omnia tu nobis tempora lætitiæ.'

ELEGIA XIV.

AD TULLUM.

Tu licet abjectus Tiberina molliter unda
Lesbia Mentoreo vina bibas opere;
Et modo tam celeres mireris currere lintres,
Et modo tam tardas funibus ire rates,

O Tulle, *tu quamvis amæniter jacens* in *ripa Tiberina merum potes Lesbium* in *labore Mentoreo, ac contempseris nunc naviculas fluviales celeriter natare, et nunc cymbas adeo pigras funibus ferri* per fluvium; et *quomodo tota* tua *sylva arborea*

Ad Dictum Tullum Vat.—1 *Adjectus* Gryph. *Tyberina* Aldd. '*Ulva* emendand. censebat Markl. ad Stat. Sylv. p. 42. et 206. sed cui assensum non præbeo. Neque etiam *acta* hic locum habere posse existimo, ut conjecerat vir eruditus in Misc. Obs. Vol. I. p. 131. Marklandi emendationem rejiciens, qui Dorvillius est: quanquam Passeratii expositioni deinde acquieverit, et recte: nam *abjectus unda* pro, ad undam: villam enim illic et sylvam habuisse videtur Tullus ad ripam Tiberis.' *Burm.*—2 Bon. Ald. 2. *mentorio.*—3 *Et m. jam* edd. Morell. et Græv. *Jam* h. et seq. vs. Voss. 2.—5 '*Sacras*, non *satas*, malebat Livin. correctione minus necessaria.' *Broukh. Barth.* qui addit:

NOTÆ

1 *Tu licet abjectus*] Ad Tullum delicias indulgentem scribit Poëta se Cynthiæ suæ amorem voluptatibus aliis omnibus, et quibuscumque divitiis, et opibus anteponere.

2 *Lesbia Mentoreo vina opere*] Vinum Lesbium inter generosa vina commendatur ob suavitatem et innocentiam; utpote adeo sit gratum et innoxium, ut, qui eo largius utatur, nihil intemperanter, nihil iracunde, nihil furiose agat. Unde Horat. I. Od. 17. 'Hic innocentis pocula Lesbii Duces sub umbra.' Notum est Aristotelis judicium de vino Lesbio ap. Gell. XIII. 6. Vinum porro Lesbium 'Methymnæum' alio nomine vocatur, a Methymna civitate Lesbi. Vid. inf. IV. 8. et Plin. XIV. 7. Mentoreum autem opus dixit Poëta vasa aliqua pretiosa, s. pocula, arte et industria Mentoris sculptoris s. vascularii celeberrimi elaborata. Plin. XXXIII. 11. 'Crassus Orator duos Mentoris scyphos emit H. S. centum.' Martial. 'Solus Mentoreos habes labores.'

5 *Ut nemus*] Villam Tulli intelligit, in qua fuit jucundum et amœnum nemus, qualia etiam in ædibus suis Romani habere solebant. Unde Tibull. III. 3. 'Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.'

6 *Caucasus*] Mons est Asiæ altis-

Et nemus omne satas intendat vertice sylvas,
  Urgetur quantis Caucasus arboribus;
Non tamen ista meo valeant contendere amori.
  Nescit amor magnis cedere divitiis.
Nam, sive optatam mecum trahit illa quietem,
  Seu facili totum ducit amore diem,
Tunc mihi Pactoli veniunt sub tecta liquores,
  Et legitur rubris gemma sub æquoribus.
Tum mihi cessuros spondent mea gaudia reges,
  Quæ maneant, dum me fata perire volent.

consitas longe lateque *cacumine expandat, qualibus premitur arboribus Caucasus: attamen hæc meo cum ardore non possunt conferri. Non novit Amor cedere magnis* etiam *opibus. Sive enim Cynthia mecum ducit jucundam noctem, sive blando amore lucem consumit; tum mihi in ædes* meas aureæ *Pactoli aquæ illabuntur; tum* mihi *colliguntur uniones et margaritæ in littoribus Erythræis. Tum* mihi *deliciæ meæ pollicentur reges* etiam *non* esse *mecum* de felicitate *certaturos.* Utinam *ista* gaudia *perseverent, donec me fatorum* lex *mortem obire decreverit. Quis enim-*

' *Ut* Ed. in us. Delph. *Incendat* Dresd. Brix.' ' *Sacras*, ut conjecerat Livin. est in Dorv. 1. a m. sec. *Satis* Borr. inepte. Ayrm. *Et nemus ut tantas.* Optime Broukh. *satas* tuetur. *Nemus omne* et *sylvæ* offendisse Heinsium videntur, licet *sylvas* pro arboribus exponat Barthius tam in Comm. Statiano, quam XXI. Adv. 9. p. 1039. Conjecerat itaque *Et domus alta satas*, vel *Et tectum omne.* Prior conj. satis blanditur: et firmari posset Virgil. II. G. 461. et X. Æn. 526. Pro *intendat* Vat. 5. et pr. edd. *incendat.* In uno Reg. *incedat:* et in altero *incendat:* sed *intendat* est, augeat, spatia nemoris extendat, arboribus denset.' *Burm.* Malit Lachm. *Et nemus unde satas.*—7 *Contempnere* Posth.—9 ' Notat Heins. nihil præcedere, ad quod referatur ' illa :' sed subintelligitur Cynthia, quod satis indicatur vs. 7. ' meo amori.' *Burm.*—11 ' *Tum* Vat. Posth. Dresd. Vulp. Leid. quod et præferend. videtur, propter anaphoram.' *Barth.* Sic et ed. Broukh.—13, 14 ' *Splendent* Dorv. 1. *Spondeant* meus 1. ut paulo ante *veniant* in Voss. 2. *Nova g.* Vat. 2. Dorv. 2. Legend. opinor *sua gaudia:* ut sensus seq. versus sit: Quæ gaudia maneant regibus, quibus nec divitias, nec voluptates suas invideo, dum me fata volent *perire*, amando sc. nam male Franc. conjecerat *manere*, venusta, ut censebat Broukh. repetitione, qui ipse substituend. opinabatur *dum me fata venire jubent*, ad sedes nempe functorum, notatque *perire* durum et inauspicatam esse locutionem, qua religiose abstinebant Romani. [et de qua animose, ' Neque ego unquam,' ait, ' credam ita fuisse scriptum a Poëta.'] Sed neutrum placet. Si quis tamen vulg. non immutand. contendat, sensus erit: Mea gaudia spondent reges se mihi cessuros: vel, Mea gaudia mihi spondent, reges cessuros meis gaudiis. Sed prius malo;

NOTÆ

simus et latissime patens ad tractus septemtrionales: Indiam a Scythia dirimens: cacumina habens prærupta, perpetuisque nivibus contecta.

11 *Pactoli liquores*] Pactolus fl. est Lydiæ, quem fabulantur aureas quondam traxisse aquas. Significat Poëta, cum sua fruitur Cynthia, sibi videri habere divitias et aurum Pactoli, omnesque gemmas, lapillos, et uniones, qui in Mari Indico colliguntur.

Nam quis divitiis adverso gaudet Amore?
  Nulla mihi tristi præmia sint Venere!
Illa potest magnas heroum infringere vires,
  Illa etiam duris mentibus esse dolor.
Illa neque Arabium metuit transcendere limen,
  Nec timet ostrino, Tulle, subire toro,
Et miserum toto juvenem versare cubili.
  Quid relevant variis serica textilibus?

vero opibus delectatur, adverso Cupidine, et infausto amore? Nullæ mihi sint opes, si Venus mihi *sit irata. Hæc enim* Dea *potest ingens heroum robur contundere; hæc* potest quoque *ferreos etiam animos cruciare. Neque ista timet,* o *Tulle, Arabium limen trajicere, neque veretur in lectum purpureum irrepere, atque adolescentem* amore *perditum omni toro* huc illuc *volutare. Quid prosunt sericæ* vestes cum *versicoloribus textilibus? Dummodo* autem puella mea *facilis mihi*

nam passim poëtæ, fructu amoris exultantes, nec regibus sceptra et opes, nec ipsi Jovi cœlum se invidere jactant.' *Burm. Venire* vix probare videtur Barth. et monet neque El. 6. 27. euphemismum hunc servare.—15, 16 ' *Nunquis* Posth.' *Barth.* ' *Num quis* male Groning. [i. q. Posth.] *Gaudia* Voss. 4. ut ' tristi ' opponantur. *Sunt* Leidd. Vossiani, Dorvv. membranæ G. Vlamingii, Borr. Groning. meus 1. et priscæ edd. *Sint* Neap. Perr. v. c. ut edidit Broukh.' *Burm. Sunt* Brix. Venet. Aldd. Colin. Mur. Gryph. *Sint* edidere Barth. Burm. Lachm.—17 ' *Mentes* marg. Exc. Scal. sed sequitur ' duris mentibus.' *Fringere* Mentel. et Leid. 1. *Fingere* Voss. 1. et *leges:* sed *vires* in 3.' *Burm.*—18 *Illa* Ald. 1. *Illam* 2.—19 ' *Transcend.* habent septem libb. et vett. edd. idque videtur efficacius. Suppositum *consc.* primum comparuit in Colin. Veram lect. tanto post tempore et Gryph. edd. servarunt et edd. Douss.' *Broukh.* ' *Abratum* vel *abrabum* fuisse exaratum in Codd. Mss. auctor est Heins. N. Prop. unde ipse facit *auratum*, prob. Grævio: qui tamen et ipse *atratum* tentabat. In meis libr. nulla obviat varietas. *Conscend.* primum comparuisse in Colin. ait Broukh. sed falsus fuit. *Conscend.* jam deprehendi in Ald. 1. et sic habet Ed. Grass. cum Scaligerianis. Sed Ald. 2. cum reliq. *transcend.* præfert, quod efficacius est.' *Barth.* ' *Limen* illud *Arabium* quid sit, non capere se, Heinsio scribit Grævius T. IV. Syll. Ep. p. 213. et *atratum limen*, funestum, reponi malebat: sed ab h. l. nihil magis alienum, quam ut de morte, aut quacumque re funesta cogitemus. *Auratum* vel *æratum* Heins. in Epistolis ad Græv. et N. ad Prop. qui etiam conjecerat *Attalicum*. Certe *Arabium limen* hic corruptum videtur, et explicatum vellem: nisi capias de limine domus, Arabo marmore obducto. Quo sensu *transcendere limen Arabium* ut in Regg. Colb. ceterisque, notaret, intrare domos opulentiores, quarum limina marmoris Arabici lapide constrata. *Conscendere* Vat. 1. et Mentel. quod primum comparuisse dicit Broukh. in Colin. Non videtur consuluisse Ald. 1. et Junt. in quibus sic jam editum fuerat. F. hinc elici posset *Illa neque Arabium metuit conscendere lectum:* ut lectum mensæ accubitorium, Arabo odore sparsum et illibutum, primo versu innuat. His tamen posthabitis, non renuo cum Ruhnken. censere *Arabium limen* defendi posse ex Plin. XXXVI. 7. ubi commemorantur columnæ ex onyche Arabico.' *Burm.*—21

NOTÆ

19 *Arabium limen*] Arabius lapis, quem alii Alabastritem, alii Onychem, vel Onychitem, commendatur a Plin. XXXVI. 21. Species est marmoris exi-

Quæ mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera despicere.

adsit, nulla imperia, neque etiam *Alcinoi opes contemnere et pro nihilo habere pertimescam.*

' *Et juvenem toto miserum* transponitur in Mentel. Passeratius ex veteris cod. vestigiis legebat *Hac miserum toto juvenem versante cubili*, et opt. illustrat *lecto versari:* sed nihil muto: nam *versare* a præcedd. dependet.' *Burm.*—22 ' Heins. N. ad Claud. I. in Eutrop. 357. [et N. Prop.] mallet *Phariis:* quod argutum est nec tamen necessarium.' *Broukh. Barth.* ' *Relevent* Leid. 1. tres Voss. Borr. Ask. et mens 2. [ut vult Heins.] Præclare Heins. *Phariis*, quod, licet argutum, non tamen necessarium existimabat Broukh. Miror, nec assentior. Huic enim loco perquam opportunum et ultro admittendum exigunt præcedentia de Arabio lecto, et ostrino s. Tyrio toro. *Varia textilia* pro versicoloribus languent præ Phariis s. Ægyptiis. Sic variant codd. ap. Suet. Dom. 1. *Quid prosint* hoc in versu, memoriæ errore, affert Heins. ad Claud. d. l.' *Burm.*—23 *Non illa* Dresd. ' Markl. margini cod. sui annotaverat pro *ulla* f. *luda*, h. e. *Lyda*, rescribend. (*Lyda* etiam Eld. divinaverat) adeoque legend. esse *non Lyda v. Regna, vel Alc.* ut innuat opulentum Crœsi regnum. Ingeniosa profecto conjectura. *Lyda* autem *regna* pro, Lydia: ut ' Lyda colus' IV. 9. 48. Firmat emendationem optimam Tibull. IV. c. 1. 199. neque dissimile illud ejusd. III. El. 3. 29.' *Burm.* ' *Non ulla* hic, ut sæpius, non magna cum vi positum teneamus licet.' *Lachm.* ' Marklandi conj. elegans et speciosa; neque tamen contra edd. quicquam mutare volui, cum exempla similium locorum haud desint. Vid. Porson. ad Eur. Med. 542.' *Kuin.*—24 ' *Nec Alc.* conj. Franc. Recte: sic deinde in quinque codd. scriptum offendi.' *Broukh. Nec* et Dresd. *Vel* Bon. Guarn. Ald. 2. Gryph. ' *Nec Alcinoi munera* Regg. Leidd. Borr. Groning. duo G. Vlaming. codd. pr. edd. et Ald. 1. Junt. ac Colin. sed Ald. 2. *vel*, ut Vat. 5. Mentel. aliique. *Nec Alcinoi jugera* in ora cod. sui conj. Franc. quod firmari quidem posset Homer. VII. Od. 113. ' Munificum' tamen Alcinoum vocat Ov. II. ex P. 9. 42. et ideo *munera* memorat Propertius, quia respicit ad *munera* Ulyssi ex horto Alcinoi data.' *Burm.* ' *Nec* Gronov. cum aliis nonnullis, in quibus et Leid. 1. Burmannus memorat; nihilominus e Mentel. qui id. ac Leidensis est, *vel* afferens. Hoc plerique habent: in his Vulpiani et nostri. Sed recte Wolf. ad Tac. A. I. 32. ' Disjunctivum ' vel' negare,' inquit, ' paucis. exemplis doceri poterit.' Prævaleat igitur cod. Groning. fides, cum ' non' sequente ' nec' familiare Nostro sit.' *Lachm. Nec* exhibet Barth.

NOTÆ

mii et candidi, ex quo olim columnæ et limina ædium fiebant.

22 *Serica textilibus*] Stragula sunt texendo facta, quæ et ' Babylonica peristromata.'

24 *Alcinoi munera*] Phæacum rex fuit Alcinoüs, cujus opulentiam lib. VII. Odysseæ celebravit Homerus; inprimisque ejus ædes magnificentissime structas laudat, et hortos, et viridaria, ubi arbores erant semper pomiferæ. Idem etiam Homerus ibid. narrat quibus donis et muneribus Ulyssem donaverit Alcinous; qui eid. Ulyssi abeunti superbas vestes, ingentem tripodem, magnum lebetem, multumque auri et argenti dedit: ad quæ munera videtur alludere Propertius.

ELEGIA XV.

AD CYNTHIAM.

Sæpe ego multa tuæ levitatis dura timebam,
Hac tamen excepta, Cynthia, perfidia.
Aspice, me quanto rapiat Fortuna periclo:
Tu tamen in nostro lenta timore venis.
Et potes hesternos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere desidia;

O *Cynthia, frequenter ego pertimescebam omnes inconstantiæ tuæ acerbitates, ista tamen infidelitate demta. Vide, quam magno discrimine agitet me Fortuna; attamen tu nihil metu meo commoveris, neque te pudet* propriis *manibus peregrinas* et emtas *comas fingere, prolixoque otio formam* tibi *conciliare. Neque erubescis*

1 'Valde turbant libri, *jura* aliis, aliis *damna*, aliis *signa*, pluribus tamen *dura* præferentibus: quod Lips. accipit vocandi casu, IV. Ant. Lect. 11. Non persuadet. *Multa dura* priscæ elegantiæ est.' *Broukh. Barth.* qui monet *damna* habere edd. Venet. Mur. Grass. Basil. *dura* habere inter alios Palatt. C. Com. *Jura* Perr. v. c. Mentel. Exc. Scal. Vat. 2. Borr. Groning. Dorv. 2. et Colb. unde Heins. *jure*. Blandiri potest Lipsii distinctio, *multa tuæ levitatis, dura, timebam. Signa*, quod in aliis est, Francio non displicebat. *Damna* in Aldd. Colin. Rouill. Gryph. aliisque edd. sed imprimis Venet. 2. Rheg. et Volsci *dura* excusum est: quod et Neap. Voss. Leid. 2. Dorv. 1. meique codd. tuentur. Mutarunt, qui duo adjectiva geminata *multa dura* ferre non poterant; quod tamen priscæ elegantiæ esse docent exempla a Broukh. prolata.' *Burm. Levitatis dura* exhibet Lachm.—3 'Raptat Voss. 4. f. pro *raptet*. *Periclum* hic ponit pro procella, qua agitatus fuit maritimo itinere, de quo hac El. agit, et ap. absentem Cynthiam queritur. Non probo itaque Marklandi emendationem *quanta rapiat Fortuna procella*. Non enim omnia ubique conveniunt: hic certe sonum reddit satis ingratum.' *Burm.*—4 '*Furore* unus Gebhardi, et noster 2. cum Borr. Sed potior est vulg.' *Broukh. Barth.* qui addit *furore* habere etiam Dresd. et tacitus monet unum illum Gebh. de quo Broukh. loquitur, esse Palat. 1. *Furore* damnat Burm.—5 '*Externos* habent multi codd. neque de ejus veritate dubitarunt Beroaldus et Volscus. *Hesternos* malebat Lips. IV. Ant. Lect. 11. cum Livin. et Heins. ad Ov. III. A. A. 154. Sane *hest.* est in uno nostro, inque uno Colb.' *Broukh.* qui hoc exhibet cum Barth. qui monet *extern.* habere Brix. Venet.

NOTÆ

1 *Sæpe ego multa tuæ levitatis*] Perfidiam exprobrat Cynthiæ, quæ, quamvis ipse in magnum vitæ periculum fuisset adductus, nihil omnino de eo laboraret, neque aliquid de pristino formæ colendæ cultusque parandi studio omitteret; cum tamen in tam adversa Poëtæ fortuna omnes corporis ornatus deponere debuisset. Nihilominus tamen negat se ulle prorsus modo aut injuria posse adduci, ut ab amore suæ Cynthiæ recedat. Quodnam vero periculum subierit Propertius, nefas est nobis divinare.

6 *Longa faciem quærere desidia*] Simile est illud Terentii in Heautont.

Nec minus Eois pectus variare lapillis,
Ut formosa novo quæ parat ire viro.
At non sic Ithaci digressu mota Calypso
Desertis olim fleverat æquoribus. 10

orientalibus gemmis varie pectus exornare, quasi pulchra puella, quæ ad novum maritum deduci apparatur. Sed non ita Calypso, dolens discessum Ithaci, quondam

Aldd. Græv. Leid. Lond. idque Canterum interpretari per, supposititios: sed Heins. *hest.* in Neap. offendisse. ' Leidd. Voss. 1. 3. 4. Gronnig. Borr. Dorv. 2. meusque 2. et pr. edd. *externos:* quod probabat Donsa P. ut de comis adscititiis intelligatur. *Extremo* Ask. *Hesternos* Voss. Colb. 2. Dorv. 1. meusque 1. Quæ vera lect. est.' *Burm.*—6 *Et longam facie q. desiderat* Exc. Scal. quod damnat Burm.—7 ' In C. Com. erat *radiare*, antiquæ elegantiæ verbum. Revocand. censeo [*rad.*] verbum veteris ac probæ monetæ.' *Broukh.* Vulp. id. sentit, ' qui tamen,' ait Barth. ' veretur ut *rad.* possit usurpari de niveis lapillis. Meæ edd. omn. cum Bon. et Dresd. *variare* præferunt, quod etiam propter 11. 6. 33. loco movend. non est.' ' *Variare* omn. fere codd. Leidd. quat. Voss. Dorvv. meique, Ask. et reliqui: nec aliter priscæ edd. et hoc simplicius videbatur Francio, idemque significare quod, distinguere. Supra librariorum tamen captum est [at non, ait Lachm. supra captum ingeniosi Itali, cujus codex Comm. innumeras interpolationes exhibet,] lectio *radiare*, quam optime astruit Broukh. *Radiare* est verbum elegantiss. de armis, aqua, et sideribus splendentibus: et in h. Propertii l. etiam probavit Oudendorp. ad Lucan. VII. 214.' *Burm.* Kuinoël putat *rad.* esse scioli cujusd. additamentum: qui ratiocinandi modus se opponit illi criticæ regulæ, quam huic jam Burm. applicuit. Sed hanc regulam, illamque, quæ conjecturas ob obstantes membranas rejicit, et alias omnes, VV. DD. pro eorum mutabili ingenio jam inculcatas, jam proculcatas, ubique cernere est.—8 *Ac form.* vult Heins.—9 *At nunc* Brix. ' *Digressum mota* Exc. Mod. seu Groning. quod astipulatur emendationi Græevii, qui in Epistolis ad Heins. p. 198. legebat *immota*, Heinsio probante in Responsoriis ad Græevium ineditis: quanquam vulgata *non sic mota* exponi possit, sic immota, vel, non adeo commota. Pro *At non* Voss. 2. *Et non.* Heinsius *Ac non.* Perperam Guy. *comta* pro *mota;* nam mox sequitur ' incomtis mœsta capillis.' *Burm.* Id. de *comta* sentit Barth. *Digr. immota* exhibet Lachm. et defendit.—10 ' *Flerat* Leid. 2. F. *flerat in æq.* pro, ad, vel juxta æquora, sedem suam alimentia: quam locutionem Propertio familiarem esse, supra sæpe notatum fuit. Vulgatæ tamen favet Tibull. III. 6. 40. Ceterum *Deserte* Mentel. *Quondam* pro *olim* in Vossiano: sed illud *olim* hic mihi suspectum et fere superfluum videtur, et *desertam* ipsam Calypsonem dici malim, quam *deserta æquora:* unde divinabam, f. scripsisse Propertium *Deserta Ogygiis fl. æq.* Hanc conj. a genio Propertiano minime alienam judicabunt, opinor, illi, qui eum imbiberunt. Alio

NOTÆ

' Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.' Ita etiam Macrob. Sat. III. 13. de Hortensio, quod ' faciem speculo quæreret.'

9 *Ithaci digressu mota Calypso*] Ithacus dictus est Ulysses ab Ithaca Insula, cujus rex erat. Unde etiam illud Virgil. Æn. II. ' Hoc Ithacus velit,' &c. Atque etiam illud ibid. ' Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.'

Calypso] Atlantis fuit filia, quæ in Insula Ogygia regnavit, ubi Ulyssem aliquamdiu detinuit amore ejus capta; quem etiam, Diis jubentibus, discedentem invita dimisit, et cujus discessum tantopere doluit, ut Diis ipsis irata sese interfecerit. Vid. Homer. V. et VII. Od.

Multos illa dies incomtis mœsta capillis
  Sederat, injusto multa locuta salo:
Et, quamvis nunquam posthac visura, dolebat
  Illa tamen longæ conscia lætitiæ.
Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres,
  Sanguinis et cari vincula rupit amor.
Nec sic Æsoniden rapientibus anxia ventis
  Hypsipyle vacuo constitit in thalamo.

in *deserto littore lamentata est. Ipsa* enim per *plurimos dies inornatis crinibus lugens sedit, multis* verbis de *mari iniquo conquerens: et, licet nusquam deinceps visura* esset Ulyssem, *ipsa nihilominus diuturni conscia gaudii gemebat. Alphesibœa suos punivit germanos propter* suum *maritum* occisum, *amorque* conjugis *necessitudinem generis dilecti dissolvit. Neque ita Hypsipyle conquesta ventis rapientibus Æsonidem* deserta *remansit in lectulo viduo. Hypsipyle nullos deinceps*

modo huic l. succurrere tentavit Clercq. in Specim. I. ad Lucan. p. 55. sed cujus medicina modum excedit. Lenior correctio est Eldikii, *Des. olim fecerat æ.* qui et huj. et seq. pentametri verba transponenda esse censebat.' *Burm.* Optimam esse lect. vulg. *Des. olim flev.* minimeque solicitand. censent Kuin. et Ast. p. 12. qui tandem dicit: 'Hæc monuimus, ne quis cum Burm. miram huj. l. tollat suavitatem.'—12 *Sed erat* Burm. 2. *Solo* Leidd.—13 '*Posthæc* Voss. 3. et Groning. *Posthac* Voss. 1. et meus 1. *Post hæc* 2. in quo *visura dolebat* junguntur.' *Burm. Post hoc* Dresd. '*Post hæc* legitur in Groning. Neap. et duobus aliis ap. Burm. [Quem tamen vid. sup.] Hoc poëtæ magis frequentant, neque aliter usquam Prop.' *Lachm.*—14 '*Longe* pr. edd. et Aldd. *Nequitiæ* male Vat. 1. 2. Colot. et Perr. v. c.' *Id.*—15 'Hoc distichon duobus seqq. postponendum, margini exemplaris sui ascripserat Markl. et ita judicabat Schrader. II. Obs. 5. p. 107.' *Burm.* 'Hoc dist. non suo l. legi, certa res est: sed malo post illud poni 'Conjugis Evadne.' Nam verisimile est errorem natum esse ex simili pentametrorum exitu, 'lætitiæ,' 'pudicitiæ.' Sed et 'amores' ita majore intervallo ab 'amore' distabunt.' *Lachm. Alphisibœa* Brix. Venet. 1500.—18 *Hypsiphyle* Brix. Venet.—19

NOTÆ

15 *Alphesibœa suos fratres*] Alphesibœa filia fuit Phegei, quam Alcmæon, donato monili, quod matri Eriphylæ detraxerat, uxorem duxit; sed postea, ipsam Alcmæon relinquens, Callirhoën Acheloi filiam accepit in uxorem; cui ut morem gereret, rediit ad Alphesibœam, ut ab ipsa monile, quo ab ipso donata fuerat, reciperet; quamobrem a fratribus Alphesibœæ occisus est. Quod quidem factum molestissime ferens, Alphesibœa Alcmæonis mortem ulta dicitur a Propertio, fratresque ipsos obtruncasse. Sed alii rem aliter gestam narrant, factumque hoc Callirhoës filiis ascribunt.

17 *Æsonidem*] Jason dictus est Æsonides ab Æsone patre.

18 *Hypsipyle*] Thoantis filia, sola fœminarum Lemniarum patrem incolumem servavit, cum reliquæ omnes ex communi sententia viros, atque etiam cognatos, et parentes etiam occidissent; cumque esset regina Insulæ Lemni, Jasonem cum Argonautis ad vellus aureum asportandum properantem hospitio thalamoque ex-

Hypsipyle nullos post illos sensit amores,
Ut semel Hæmonio tabuit hospitio.
Conjugis Evadne miseros elata per ignes
Occidit, Argivæ fama pudicitiæ.

alios *amores experta est, postquam semel Hæmonium hospitem* amissum *dolens ingemuit. Evadne, decus et gloria Argivæ castitatis, extincta per infelicem mariti*

' *Post illa* emendasse G. Fabricium notaverat Frut. quod miror Heinsio etiam placuisse. *Nullo* Mentel. certe cujus aures non offendant *nullos post illos?* credo scriptum fuisse *post illum*, et corrigend. *post illum*, Æsoniden nempe, seu Jasonem, hospitem Hæmonium. Ex isto scribendi more, quo accusativos in *um*, in codd. Mss. plerumque per *om* exarabant, plurimis erroribus deturpata fuisse Veterum loca, aliquot exemplis probavi ad T. I. Anth. Lat. p. 62.' *Burm. Post illa* voluit etiam Guy.—21 ' Cogitabam aliquando pro *miseros* reponi posse *mistos* s. *mixtos*. Sed muto mentem, postquam video Heins. N. ad Vell. II. 87. [II. Adv. 6. p. 249. et N. Prop.] correxisse, *seros*.' Broukh. qui *seros* multis defendit: quod ex Broukh. in Gött. et Vulp. fluxit. Sed *miseros* h. l. bene tueri Heynium Obs. in Tibull. I. 3. 89. censet Barth. qui addit *delata* esse in Palat. 1. et, quamvis voluerit *illata* Guy. tamen nihil magis obvium illa significatione quam ' efferri.' ' Revocavi vet. scripturam *miseros*, non alia de causa, quam quia eam tuentur omn. codd. sc. Leidd. quat. Voss. Dorvv. mei, et reliqui cum priscis edd. Solius Heinsii auctoritate *seros* recepit Broukh. *Seros* quidem ignes de ultimis vel supremis rogis recte dici, firmare possunt ea quæ notavi ad T. I. Anth. Lat. p. 466. Sed lect. olim vulg. non ideo eliminand. existimavi, quam probasse etiam videtur Jac. Gronov. ad Herod. I. in fin. p. 857. et Heyn. ad Tibull. p. 175. neque hanc Broukhusii licentiam in conjectura Heinsiana ipsi Auctori, ut sæpe alibi fecit, ingerenda ferre potuit Hemst. qui in suis Animadvv. *seros* hinc amovendos, et *miseros* horum conjugum *ignes* resuscitandos esse contendit. Ego licet *miseros ignes* studio obloquendi nolim damnare, non tamen nimis commune, aut Propertianæ sententiæ non minus decorum, sed historiæ ipsi propius adhærens fuisset epitheton, si pro *miseros*, Heinsio Broukhusioque posthabitis, *mistos elata per ignes* reposuisset Hemsterhusius. *Misti ignes* unice Capaneo et Evadnæ conveniunt. Huc imprimis pertinet locus Senecæ P. Controv. II. 10. p. 169. quo *mixtos ignes* hic firmabat Ruhnken. Ceterum conj. hanc sponte excogitaveram, et hæc chartis mandaveram, solis Hemsterhusiarum notarum schedis intentus hærens, cum oculis post in Broukhusii annotationes rejectis obstupui, eand. initio notæ ab eo propositam, sed præ Heinsii emendatione repudiatam esse; quod bona fide affirmo, ne quis, dissimulata ejus mentione, eam mihi me vindicasse suspicetur; illamque Hemsterhusium silentio præteriisse mirabar. Video etiam P. Franc. in ora lib. sui conjecisse *medios elata per ignes:* sed epitheto etiam nimis communi.' *Burm. Miseros* defendit Lachm. et abs te, Lector, petit ut conferas quæ Huschk. nuper ad Tibullum notavit. Idem hæc addit: ' Sed id, quod vitiosum hic erat, criticos fefellit. Evadna enim *elata* nunquam est, quæ se vivam in mariti rogum præcipitaverit. Repone *ablatu*.' Propertium *mixtos*, ait Kuin.

NOTÆ

cepit, ex quo duos liberos suscepit. Vid. Ov. Ep. Hypsipyles ad Jasonem.

20 *Hæmonio*] Hæmonius dicitur Jason ab Hæmonia, quæ et Thessalia dicitur.

21 *Evadne*] Capanei in bello Thebano ducis et bellatoris egregii uxor;

Quarum nulla tuos potuit convertere mores,
Tu quoque uti fieres nobilis historia.
Desine jam revocare tuis perjuria verbis,
Cynthia, et oblitos parce movere Deos.
Audax, ah! nimium, nostro dolitura periclo,
Siquid forte tibi durius inciderit.
Muta prius vasto labantur flumina ponto,
Annus et inversas duxerit ante vices,

rogum periit. Harum autem heroidum *nulla potuit* suo exemplo *tuum ingenium mutare, ut etiam tu sermonibus hominum et fama celebris fieres.* O *Cynthia, abstine falsa juramenta renovare, Divosque* illa forsan *oblitos ad iram incitare. Heu* Cynthia *nimis audax, meo discrimine et malo dolitura, si forsan aliquid pejus acciderit! Ingentes fluvii potius e mari immenso recurrent* ad fontes, *et* prius

scribere potuisse docte demonstravit Burm. enm vero etiam ita scribere debuisse et vere scripsisse mihi saltem nondum probavit. *Delata* Mentel. *Illata* damnat Burm.—23 *Harum* Franc. *Amores* Voss. 4. Dorv. 2. Burm. 1. *Committere* ex Mss. Vossius: frustra, judice Burm.—24 *Ut q. tu f.* Dorv. 2. *ut f.* Dresd.—25, 26 ' *Renovare* Guy. et Franc. sed *revocare perjuria* id. hic significat quod *renovare*, s. Diis in memoriam reducere: unde patet, ne bis id. repetat, frustra Passeratium, probante licet Heins. N. Prop. p. 670. seq. v. *monere Deos* prætulisse, cum prius recte explicuisset, Deos ad iram concitare, exasperare. *Fovere* etiam in ora ed. Ald. conjecerat Heins. Fluctuasse videtur Broukhusius, qui, prius cum *monere* prætulisset, deinde tamen *movere* pro, lacessere; irritare, s. ad perjurii vindictam commovere, exponit; [sed expositionem his verbis nullius reddit: ' Sed, ut dixi, omnino aptius est ac verius nostrum *monere.*' Quomodo igitur fluctuavit?] de cujus lect. sinceritate non dubitandum, præsertim cum ei opitulentur codd. fere omn. Leidd. quat. Voss. Dorvv. et mei, cum Borr. Groning. Ask. ceterisque, et primis, easque secutis vetustioribus, edd. Quapropter eam suo auctori reddidi. Hoc quoque præferebat Hemst. [qui illud languidum judicavit.]' *Burm. Vulp.* habet *monere*. Sed lectionem Palatt. C. Com. Bon. omniumque edd. loco movendam non esse censet Barth. etiam propter Horat. Epod. 17. 3.—27, 28 ' Pro *inciderit* vidi qui magnopere contenderet *accid.* esse scribend. eo quod verbum hoc ap. bonos scriptores fere occurrat in rebus malis: sed non est opus; nam et isto altero sic utuntur.' *Broukh.* Qui *incid.* pulchre judice Barth. ' Sensus exigit, ut *mihi* reponatur, in periculo hnj. itineris versanti, si quid mihi humanitus contingat; ad vitandam δυσφημίαν: et ita Markl. idque confirmatum inveni a Colot. et Vat. 1. 5. *Audax o nimium* Mentel. Recte Broukh. *inciderit* tuetur contra non neminem, qui *acciderit* in rebus calamitosis tantum habere locum contendebat. Francium innui opinor, qui sic margini cod. sui ascripserat. Posset etiam *tibi durius inciderit* cum cultissimo Santenio referri ad pœnam perjurii, Cynthiæ imminentem a Diis irritatis: et *nostro dolitura periclo* intelligi, ut Propertius sentiret dolores Cynthiæ ex perfidiæ pœna, a Diis commotis illata.' *Burm.* Lachm. sic legit: *Aud. ah nimium et n. d. periclo, Si q. f. tibi d. incid.*—29 ' Nihil certius *Muta*, correc-

NOTÆ

quæ tanto amore conjugem Capaneum prosequebatur, ut, cum in bello occubuisset, in ejus rogum ardentem se ipsa conjecerit.

22 *Argivæ pudicitiæ*] Argivi dicti sunt Græci ab Argis: ubi Juno præcipue colebatur; unde Argiva Juno ap. Virgil. Æn. III.

Quam tua sub nostro mutetur pectore cura;
Sis quodcumque voles, non aliena tamen;
Quamve mihi viles isti videantur ocelli,
Per quos sæpe mihi credita perfidia est.
Hos tu jurabas, siquid mentita fuisses,
Ut tibi suppositis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos attollere solem?
Nec tremis admissæ conscia nequitiæ?
Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum invitis ducere luminibus?
Quis ego nunc pereo, similes moniturus amantes.
O! nullis tutum credere blanditiis!

præposteram annus temporum *vicissitudinem adducet, quam tui amor e meo pectore deleatur: tu esto, quicquid cupies; non tamen alterius* eris: *aut quam mihi oculi isti habeantur viles, per quos mihi sæpius infidelitas permissa est.* Per *hos* enim *pejerabas, ut tibi in subjectas manus decideront, si aliquid fuisses mentita. Istos vero* nunc *audes erigere contra solem* istum *potentem* tuæ perfidiæ testem? *Neque* male tibi *conscia perpetrati sceleris contremiscis? Quis* vero *te cogebat varios colores mutare, lacrymasque invitis oculis exprimere? Quibus* illecebris captus *jam pereo, similes* mei *amatores admoniturus. O* quam *securum* est *nullis* puellarum *blandimentis fidem habere!*

* * * * * * * * * * * * .

tione Mureti, ex cujus vetustis libr. *labantur* scribi debet.' *Broukh.* Barth. quoque *labantur* scribend. censet, et *Muta* exhibet, sed monet Vulpio *Nulla*, ut magis perspicuum, præferend. videri, et cum eo facere Heins. N. Prop. Omn. codd. *Multa*. ' *Muta* emendandum ed. Græv. ascripserat Markl. *Nulla* profert Passeratius ex veteri lib. Pro *Muta* vel *Multa* hic mallem *Alta*, et pro *vasto*, quo epitheto carere possumus, commode reponi posset *retro*. Recte a Mur. *labentur*, pro *labantur*, quod in omn. fere codd. tamen legitur, emendatum.' *Burm. Muta* veriss. esse lect. sed *labentur* mutari non debuisse, censet Lachm.—30 ' Male *Annis* pro *Annus* Mentel. [Dresd.] Borr. quod rejiciendum, ne bis id. dicatur. *Inversas vices* optime illustrant quæ viri docti notarunt ad Ov. 1. M. 626. ne quis hic *vias* reponat, quæ voces frequenter inter se confunduntur.' *Burm.*—31 ' *Fædere* Heins. sed et planior et elegantior est vulg.' *Barth. Fœd.* damnat etiam Burm.—33 ' *Quamve m. v.* a Beroaldo est; proba et recta. In membranis erat *Quam mihi ne v.* vel *Quam tibi ne v.* nullo sensu, quamvis aliquem quæsierit Passeratius.' *Broukh. Barth.* qui monet in Posth. esse *Quam in ne.* ' *Quam tibi me* Leid. 1. tres Voss. Dorvv. meus 1. *Quam tibi ne* [Dresd.] Colbertt. meus 2. Exc. Scal. Mentel. Ask. Neap. 1. *nec* 2. *Miki ne* Leid. 2. Groning. [at vid. sup.] Voss. 4. *Quam mihi ne v.* Regg. Aliquid lucis hic se desiderare notaverat Franc.' *Burm.* qui Beroaldi lect. exhibet. Veram lect. elicuisse Ernestum Schulzium, *Nam mihi ne v.* censet Lachm. defendit et exhibet.—34 *Tibi* Brix.—35 ' Eriges orationem et animabis vividius, si refingas *Quos*.' Bronkh. Rejicit Burm. his verbis: 'Sed *Hos* meus uterque, quod Francio magis arridebat.'—36 ' *Et tibi* Voss. 1. quod f. mutatum, quia præc. vs. ' *Hos*' intelligebant pro, Per hos. Sed ' jurabas' est, jurando optabas. *Exciderint* Voss. 3.' *Burm.*—37 *Pot. os* Mentel.—39 ' *Fictos* vel *nullos col.* Heins. qui etiam conjecerat *multi p. coloris.* Certe *multos pallare colores* mire dictum esse in ora lib. sui notaverat Markl. *Quid te* Borr. et Mentel. quod sæpe viri docti prætulerunt.' *Burm.*—40 *Liminibus*

Leid.—41 ' *Queis*. Scrib. *Quis*. Dicam ad II. 13.' *Broukh.* *Quis* exhibent Barth. Burm. Lachm.—42 *Nulli* Markl.

ELEGIA XVI.

VERBA JANUÆ CONQUERENTIS.

Quæ fueram magnis olim patefacta triumphis,
Janua Tarpeiæ nota pudicitiæ,
Cujus inaurati celebrarunt limina currus,
Captorum lacrymis humida supplicibus;
Nunc ego, nocturnis potorum saucia rixis,
Pulsata indignis sæpe queror manibus.
Et mihi non desunt turpes pendere corollæ
Semper et exclusi signa jacere faces.

Ego, quæ quondam aperta fui magnis triumphis, janua Tarpeiæ castitati cognita, cujus limina fletibus rigata supplicibus captivorum deaurati currus frequentarunt: jam vulnerata nocturnis ebriorum jurgiis violataque insanis manibus frequenter conqueror. Neque mihi jugiter desinunt dependere fœdæ coronæ, faceque jacere ante me *indicia* amatoris *exclusi. Neque* ego, *insignis et famosa*

3 *Celebrabant* Bon.—5 *Huc ego* Ask. *Curis* Bon.—7 ' *Non desunt* Marcil. ad Persium p. 131. sed male. *Coronæ* Dorv. 2. *Turpes corollæ* licet a codd. agnoscantur, hoc tamen loco, literis transpositis, malim *putres pendere corollæ*, post peractam ante fores noctem mane flaccidæ et aridæ; quibus congruit verbum 'pendere,' idque apte convenit desertæ ac despectæ a juvenibus fœminæ.' *Burm.* Videnda. jubet Barthius Heinsium N. Prop. et Adv. p. 326.—8 ' Sic Lips. V. L. III. 12. cum Dousa. Nam vulgati, inque his Bon. et Guarn. *exclusis* exhibent, durius atque obscurius. *Sig. tenere* Guarn. Palat. 1. *Exclusis ligna j. facis* Venet. 1500.' *Barth.* ' *Exclusis* Leid. 2.

NOTÆ

1 *Quæ fueram*] Puellæ in arce Tarpeia habitantis januam inducit conquerentem, quod sæpius ab ebriis amatoribus pulsetur, quod domina sua turpis sit, et libidinibus infamis, quodque Poëta suis ipsam carminibus jugiter interpellet, adeo ut eam quiescere non permittat.

2 *Tarpeiæ*] Capitolinæ, a Tarpeio monte, in quo ædes erant puellæ, januæ conquerentis dominæ.

7 *Turpes pendere corollæ*] Solebant Veteres sertis et floribus ornare fores amicarum, ipsisque coronas floreas appendere: ut sup. vidimus ap. Tibull. Lucret. etiam lib. IV. ' At lacrymans exclusus amator Floribus et sertis operit, postesque superbos Unguit Amaracino.' Ov. I. Amor. 6. ' At tu, non lætis detracta corona capillis, Dura super tota limina nocte jace.'

8 *Exclusi signa jacere faces*] Solebant ap. veteres Romanos, cum to-

Nec possum infamis dominæ defendere noctes,
  Nobilis obscœnis tradita carminibus,
Nec tamen illa suæ revocatur parcere famæ,
  Turpior et sæcli vivere luxuria.
Hæc inter gravibus cogor deflere querelis
  Supplicis, ah! longas tristior excubias.

versibus impudicis, sustineo turpis heræ meæ *noctes purgare. Neque tamen ipsa turpior adduci* potest, *ut existimationi suæ consulat, et* hujus *ætatis corruptos mores non sectetur. Inter has querimonias cogor graviter conqueri mœstior* facta *ob prolixas vigilias* amantis mihi *supplicantis. Ipse* enim *nusquam patitur car-*

quat. Voss. Regg. Colbertt. Dorvv. mei, Mentel. Borr. Groning. Ask. et pr. edd. *Exclusæ signa jacere facis* Perreins. Heinsius ed. Ald. 2. in qua etiam *exclusis*, ascripserat: 'Leg. *exclusæ faces signa* per appositionem. Lipsius *exclusi*, minus bene.' Sed præ ceteris præfero Heins. conj. *excussæ*, et legend. *Semper et excussæ signa jacere facis.* Eum vid. N. ad Prop. p. 670. Possis etiam *extinctæ facis*, ex Persii S. v. 166. F. enim *exclusis* vel *exclusi* originem suam debet glossatori, qui *excussas* vel *extinctas faces* amatoris *exclusi* signa notaverat, idque deinceps plerisque codd. inhæserit. Voss. 1. 3. *tenere*, quod et in meo utroque. *Pendere signa* Dorv. 2. quod male ex præced. vs. repetitum.' *Burm. Exclusi* verissime correxisse Lipsium censet Lachm. —9 '*Infames* Livin. magis poëtice: nam de accusativorum terminatione in *is* jam non disputamus.' *Broukh.* '*Infames* Posth. magis poëtice, ut 'dominæ' sit casus tertius.' *Barth.* '*Possim* Voss. 2. *Infames* Ayrm. *Mores* pro *noctes* aliquando conjeceram: sed nihil nunc muto. *Noctes* enim de quocumque amoris ac nequitiæ commercio.' *Burm.*—10 'Pro *tradita* f. scripserit *reddita.* Neque tamen male Passeratius *tradita* exponit, traducta, infamata. Perperam Vat. 5. *crimin.*' Id.—12 *E* pro *et* Dresd. *Segni* Heins. ad marg. Ald. Burmanno non probante. Ceterum hoc distichon pro panno assuto ab homine balbutiente haberi velit Lachm. et uncinis includit.—13, 14. '*Has int. gravius c. d. querelas S. a longis t. excubiis* refinxit Scaliger: sed non persuasit Passeratio τὸ 'inter' id. esse quod, præter. *Deflere* etiam per se stare debet, quod duriusculum videtur: nisi dicas partic. *de* intendere verbi significationem. Parva mutatione commodum, puto, sensum eliciemus: itaque sic habe: *Hæc int. gravibus c. d. querelis S. ah longas t. excubias. Hæc* e vet. libro depromsit Passeratius. *Gravibus querelis* præferunt octo Mss.

NOTÆ

tam noctem frustra neque recepti dominæ foribus pervigilassent amatores, faces extinctas ad januam abjicere; quas dum prætereuntes et vicini mane conspicerent, facile intelligebant amatores eam noctem insomnem traduxisse, illiusque domus heram non nimis esse honestam et pudicam. Faces autem illæ abjectæ, sicut et corollæ et cantilenæ appensæ, signa fuerunt ebriorum amantiumque exclusorum. Dolet autem Janua se non posse pudorem et famam heræ suæ defendere, quamvis id summopere optaret, cum alius noctu carmina cantilenasque obscœnas postibus affigat, alius fores corollis exornet, alius extinctas faces ad limen abjiciat, quæ quidem omnia, se tacente, satis dominæ suæ mores impudicos produnt et testantur.

12 *Sæcli vivere luxuria*] 'Sæcli' pro, sæculi, per syncopen. Non potest revocari puella turpior a turpi

Ille meos nunquam patitur requiescere postes,
  Arguta referens carmina blanditia:
Janua, vel domina penitus crudelior ipsa,
  Quid mihi tam duris clausa taces foribus?
Cur nunquam reserata meos admittis amores,
  Nescia furtivas reddere mota preces?

dines meos somnum capere, garrula assentatione jugiter *recinens* hos *versus: O Janua*, tua *etiam hera ipsa durior, cur mihi tam crudelibus valvis occlusa stes? quare nusquam aperta meos amores ingredi sinis*, tu *quæ nescis miserata* ad dominam *perferre vota* mea *clandestina? An nullus curis meis dabitur modus? An*

omnesque edd. antiquæ. *Ah* liquido comparet in nostro 1. quod et in uno Palat. [sc. 1.] Gebhardus invenerat. *A* pro *ah* in membranis frequentissime reperitur.' *Broukh.* quem Vulp. secutus est. ' *Has int.* edd. vett. et recentt. magno numero. *Hæc* Exc. Heins. [Adv. II. 15.] comprobant. *Gravibus querelis* edd. recentt. excepta Leid. quæ Scaligeri emend. adoptat. *Ah* jam Livin. emendare volebat. *Longas excubias* Broukh. de *longis excubiis* fecit, parva licentia, ad sensum necessaria. Heins. sic constituit: *Hæc i. gravius: c. perferre querelas Supplicis, ah longis trita sub*, vel *tritior, excubiis:* audacissime.' *Barth.* ' *Has* male Leidd. quat. Voss. Borr. Groning. Dorvv. mei. *Hæc in. gravius c. d. querelas Supplicis at longas t. excubias* Ayrm. *Gravibus querelis* Borr. Groning. Regg. Colbertt. aliique. *Deflere* pro, supra modum flere. *Supplicis a longis t. excubiis* Leidd. tres Voss. Ask. Dorv. 1. et meus 2. *Ex longis t. excubiis* Dorv. 2. *Supplicis ah* Passeratius et cod. Heins. qui id probat. *Tritior* Exc. Scal.' *Burm.* Lachm. edidit *Hæc int. gravibus c. d. querelis, S. a longis t. excubiis:* et inter alia, 'Sed si quis,' ait, 'hoc [sc. *defl.* sine accusativo positum] Propertio indignum aut 'duriusculum' judicabit, reponat *Has igitur.*'—17 ' *An penitus crudelior* comparativo junctum hic non æque offendat ac ' penitus infestissimus' superlativo ap. Vell. II. 27. viderint viri eruditi. F. in hac voce latet *pœnis crudelior:* vel, si ita mavis, *precibus crudelior*, i. e. ad preces meas surdior ipsa domina. Eleganter enim 'crudelis' cum tertio casu jungitur. Idem in mentem venit Eldikio.' *Burm.* ' Passeratius, Junxit, inquit, ut Plaut. Amph. ' Magis majorem in modum:' et Captiv. ' Non invenies hoc certo magis certius.' His addi potest Liv. IX. 8. ubi vid. Drakenb. et vid. Duker. ad Thucyd. VII. 29.' *Kuin.* Lachm. monet Ruhnkenium ' penitus infestissimum' historicum scripsisse negare; et, ' Equidem usu quidem,' ait, ' minus probari, ceterum nulla ratione impugnari illud genus loquendi arbitror posse. Non dissimile certe Sall. Ju. VII. 5.' Ac sane, quod difficillimum inprimis est.'—18 ' *Jam duris* Palat. Bon. Neap. Heinsii Excerpta Italica habebant *noces* pro *taces* perperam.' *Barth.* Ayrm. *Quæ mihi tam duris clausa patet foribus.* Heins. *Quin mihi tam d. c. pates foribus?* cui favere posse putat Burmannus Tibull. I. 2. 9. *Tam surdis* Franc. Sed *duris foribus* hic nullam controversiam moveri præstat, judice Burm. qui hæc addit: ' *Jaces* C. Com. *Noces* Perr. v. c. Vat. 2. et Dorv. 2. quod jure rejecit Heins. N. p. 671. quia hæc janua non reserata moto cardine stridorem non dabat. *Tacet* Voss. 2.'—20 *Furtivis*

NOTÆ

vita, corruptis moribus, et luxuria ætatis istius. Cujus rei culpam rejicit in tempora, ut sup. El. 7. ' Ætatis tempora dura queri.'

14 *Tristior excubias*] ' Excubiæ' hic pervigilia ante puellarum fores intelliguntur.

15 *Nunquam requiescere postes*] Non

Nullane finis erit nostro concessa dolori?
Tristis et in tepido limine somnus erit?
Me mediæ noctes, me sidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

semper in tepenti limine amarus mihi *sopor erit? Me noctes mediæ, me occidentia astra* sub dio *jacentem, et ventus Eoo frigore adurens miserantur. Tu una nus-*

Dresd. *Furtiva cedere mola prece* Heins. N. Prop. et Adv. p. 327. Sed *reddere preces* commode explicari posse censet Burm.—22 'Turpis Colbertt. et duo nostri, ac Borr. neque aliter vulgatæ pleræque: sed male. Irrepserat hæc vocula ex superioribus: jam enim bis habuimus non procul ab init.' *Broukh.* 'Turpis Guarn. non male. *Tristis* tamen ad commiserationem aptius est, et jam in Mur. ed. reperitur: unde jure illud tuetur Vulpius cum Broukh.' *Barth.* 'Turpis Leid. 1. tres Voss. Dorvv. et mei: sed *Tristis* Vat. 1. 2. Groning. et pr. edd. Heins. conj. *Tristis an in rigido.* Id certe hic convenientius esse epitheton, quam *tepido*, pro quo etiam *gelido* reponi posset, docet vs. 24.' *Burm.* Præfert *Tristis* Kuin. et pro *tepido* legi posse *tacito*, sed Catull. 63. 65. confirmare *tepido* putat. Defendi posse Heinsianum *rigido*, et Burmann. *gelido* (quod suavius esse statuit) putat Lachm.: 'interpretes tamen,' ait, 'me non adversante, limen incubando tepidum intelligunt; quam expositionem non solum Catulli quem afferunt locus, sed Persius quoque 1. 109. adjuvat.'—23 'Si standum erit pluribus suffragiis, jam istud *prona* in exilium eat licebit: nam sane *plena* in septem libr. legi nunquam diffitebimur: idque homines doctissimos aut mutasse aut non cepisse pronuntiat J. F. Gronov. III. Obs. 3. cui ego hic quidem non accedam, 'Non si me infestis discerpat filiu' dictis.' In Scal. libro erat *prona:* estque in optimo illo Groning.' *Broukh.* 'Plena Bon. Guarn. cum edd. plerisque: sensu sat bono per se. Sed præferenda videtur *prona:* nam Poëta tria distinguit tempora: nisi f. 'mediam noctem' de initio capere velis, ut sæpe fit ap. Lat. ut id. sit quod, nox ipsa.' *Barth.* ''Medias noctes' dixit, ut alibi 'Mediæ nequeunt te frangere noctes:' idque imitatione μεσῶν νυκτῶν Græcorum, licet de una nocte agatur. Male autem *sidera plena* in Leidd. quat. Voss. Regg. Colbertt. Borr. [Dresd.] Ask. Dorv. 1. et meis, cum pr. edd. Ald. et aliis vetustioribus. Quod licet retinend. censeat Gebhardus III. Crepund. 19. et cum eo alii, optime tamen *prona* vindicavit Livin. et Broukh. idque legitur etiam in Dorv. 2. Exc. Mod. et in v. c. invenit Scaliger, probavitque, *plena* ineptum pronuntians: et Scaligero, cum adhuc ei blandiretur, obsecutus est Scioppius III. Suspect. Lect. Ep. 22. cujus sententiam veluti 'eruditorum patris et Deorum sobolis' illic amplectitur, sed postea plusquam caninum in modum ei oblatrans. Recte vero notat Broukh. intelligi partem illam noctis, quæ post mediam noctem sequitur, et diluculum præcedit.' *Burm.*—24 'Dolet omn. membr. quod cur Scaliger ineptum dixerit, fateor me ignorare.' *Broukh.* 'Dolat Scaliger e marg. cod. et ita Basil. Reliquæ meæ *dolet.* Vulpius tamen testatur in ed. pr. esse (quod et in cod. suo invenit Scaliger) *videt.* Ipse conjicit *domat*, verbo Homerico δάμναται, quod de hyeme posuit Homerus: [sed et ipse probat *dolet.*] *Assidue me dolat* Schopp. ad c. 46. in Priap. 9. vitio memoriæ.' *Barth.* 'Me dolat Vat. 5. et Voss. 4. idque cod. sui oræ etiam ascripserat Markl. *Videt* placebat Heinsio, et legitur in Colot. Vat. 5. Sed *dolet* in Borr. Voss. 3. et pr.

NOTÆ

sinunt amatores exclusi dormire pestes, quibus suffixi sunt. Nam faces accensas ostio illidebant exustionemque domus minitabantur.

Tu, sola humanos nunquam miserata labores,
  Respondes tacitis mutua cardinibus.
O utinam trajecta cava mea vocula rima
  Percussas dominæ vertat in auriculas!
Sit licet et saxo patientior illa Sicano,
  Sit licet et ferro durior et chalybe;
Non tamen illa suos poterit compescere ocellos:
  Surget et invitis spiritus in lacrymis.
Nunc jacet alterius felici nixa lacerto;
  At mea nocturno verba cadunt Zephyro.

quam mihi hominum permota reddis verba *reciproca postibus* tuis *silentibus.* O *utinam mea vox, transmissa per foramen hiulcum, ad aures heræ pulsatas penetret. Quamvis ipsa durior sit rupe Sicula, atque etiam ferro et chalybe; attamen meos non sustinebit cohibere oculos, exorieturque suspirium cum fletibus coactis. Jam* Cynthia *decumbit fortunato alterius* amatoris *brachio fulta; sed sermones mei*

edd. ut et in Regg. et uno Colb. nam in altero *domat*: ut conjecerat Franc. qui non immerito ambigebat, an *me dolet* pro, mei miseretur, ut exponebat Broukh. recte dici possit. *Dolet* defendit J. I. Pont. II. Analect. 13.' *Burm.* —25 ' *Dolores* Groning. cum quinque aliis et primitus cusis. Puto ex marg. irrepsisse, et fuisse interpretamentum *τοῦ labores.*' *Broukh.* Sic etiam statuit Barth. qui addit Heins. tentasse in Adv. p. 328. *heu magnos* vel *vanos* vel *tantos* pro *humanos.* ' *Dolores* tres Voss. Dorvv. meus 1. a m. sec. Mentel. Borr. Ask. Regg. et Colbertt. Sed *labores* præfero cum Heinsio, nam paulo ante præcessit ' dolori' vs. 21. et sic Markl.' *Burm.* Lachm. censet Scaligerum primum tacite *labores* dedisse, monet Neap. et Palatt. etiam legere *dol.* idque revocat, quamvis fateatur nihil interesse, idemque vocab. jam ante ab Nostro scriptum esse.—26 ' *Respondens* Bon. *Responde* Venet. 1500. Ald. 1. Basil. *Respondes* Guarn. Ald. 2. ed. Mur. cett. *Responde carmin.* Regius. [Hoc tribuit Regiis et Colbertt. Burmannus.] *Carmin.* etiam in nonnullis vidisse se ait Broukh. ad El. 18. 9.' *Barth.* ' *Responde* Leid. 2. Exc. Scal. et priscæ edd. *Carmin.* Exc. Mod. Borr. Groning. [Observa, lector, Burmannum hic et alibi distinguere Exc. Mod. et Groning. aliquando tamen his verbis jungere: ' Exc. Mod. seu Groning.'] et meus 1. Patruus meus N. ad Virg. III. Æn. 250. nunquam hic repetend. monet, et similia ejusmodi locutionis exempla affert. F. legi posset *nuntia carminibus.* Sic enim sup. vs. 20. ' Nescia furtivas reddere mota preces;' et huic interpretationi favent quæ mox optat, ut vox tantum sua per rimam trajecta ad amicæ auriculas perveniat.' *Burm.*—27 Vitiose *jacula* pro *vocula* Voss. 2.—28 *Tendat* C. Com. *Vergat* Gryph. 1. cum reliqq. et sic legit Grut. XII. Suspicion. ineditar. 4. —29 *Torrentior* C. Com. *Potentior* vitiose affert Delr. Comm. ad Sen. H. Œt. 143.—32 *Heu* pro *in* Heins. sed *in lacrymis* pro, inter lacrymas, poni pronuntiat Burm.—33 Gebh. profert e Palat. *nexa:* sed vulg. bene se habere putant Broukh. et Barth. ' Licet *nixa* tueantur codicum Exc. et edd. priscæ, non tamen rejiciend. puto *nexa*, propter ' alterius lacerto:' præ-

NOTÆ

29 *Saxo patientior Sicano*] Rupe Sicula durior. Sicilia dicta est etiam Sicania, a Sicanis, Hispaniæ populis, qui Siciliam olim occupavere. Vid. Thucyd. VI.

Sed tu sola mei, tu maxima causa doloris,
  Victa meis nunquam, Janua, muneribus.
Te non ulla meæ læsit petulantia linguæ,
  (Quæ solet ingrato dicere turba joco,)
Ut me tam longa raucum patiare querela
  Solicitas trivio pervigilare moras.
At tibi sæpe novo deduxi carmina versu,
  Osculaque impressis nixa dedi gradibus.

irriti *nocturno Zephyro excidunt. At tu*, o Janua, *unica malorum meorum causa maxima, nullo modo meis donis victa. Nunquam te linguæ meæ procacitas violavit* conviciis, *quæ consuevit vulgus immerenti loco proferre: ut me feras longis raucum questibus anxias noctes* in *compito ducere. Sed tibi frequenter versus novo modulamine peregi, et basia fixi contactis liminibus. O infida, quoties me ad tuos cardi-*

sertim cum 'oscula nixa' sequantur vs. 42. *Inuexa* legebat Heins. Vid. Markl. ad Stat. Sylv. p. 321. *Num jacet* Aymr.' *Burm.*—34 *Ac* Ayrm. *Et* Bon. *Cadent* Voss. 1.—38 'Passeratius e vet. libro legit *imperito d. turba l.* Nescio quis fuerit ille liber: sed Regg. Colbertt. Groning. [Bon.] nostri, tum quos Gebh. inspexit, habent *irato d. tuta l.* vel *tota l.* quod est in Borr. unde miras argutias comminiscitur Gebh. sed quæ nihil ad Bacchum. Heinsius N. ad Ov. IV. F. 408. legebat *irato d. pota joco*, vel *probra j.* neque id libenter admisero. Scaligeri correctio, *trita*, felix est, et, meo arbitrio, verissima: quam tamen ille satis male interpretatur. Palmerius, cum videret vulg. lect. stare non posse, hanc nobis ante contra non caram excudit *iratis d. tritalegus.* O Properti, o Properti, ecquid tibi aures tinniunt?' *Broukh.* 'Irato mei libr. etiam Dresd. qui et *turba loco:* sed *tota* marg. *Verba loco* Aldd. Gryph. Basil. Grass. Reliquæ vel *tuta*, ut Venet. 1500. Parisinæ, Mur. Græv. Lond. vel *tota*, ut Brix. Gebhardus varie tentavit *irato d. dura joco*, vel *ingrato d. tincta j.* vel *bucca loco ἀπροσδιορίστως.* Vulp. Gött. [Burm. et ipse Barth.] receperunt emendationem Scaligeri in ejus ed. 1. *iratus d. trita loco:* namque ed. 2. habet *iratus d. tuta loco.* Canter. volebat *ingrato d. tuta loco:* quod mihi placet: ut *tuta* intelligatur lingua casu recto, *ingratus locus* vero sit janua. Facit huc Plaut. Curc. I. 2, 66-68. Grævius teste Heins. volebat *ingrato d. multa loco,*' Barth, 'Q, *s. iratus d. trita loco.* Locus manifeste corruptus est. *Quæ solet irato dicere tota loco* Leidd. quat. Voss. Dorv. 1. Exc. Mod. Groning. Regg. Colbertt. mei, et pr. edd. *Tota* quoque Ask. sed *verba* in marg. quod etiam legitur in Dorv. 2. Colin. *Iratus* Exc. Scal. *Ingrato* Frut. *Trita* est ex v. c. Scal. *Turba* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. ut conjecerat Livin. *Tunta* 5. In Rouill. *irato d. tuta loco:* in cujus marg. J. Dousa *ingrato* conjecerat, et in aliis *multa* pro *tuta* legi notaverat. Heins. in Ep. ineditis ad Græv. *irato d. pota joco*, et N. ad Prop. p. 672. ut *iratum jocum* vocet convicium s. dicterium acrius. Idem quoque *d. torva* vel *acerba* conjecerat. *Irato joco* etiam Ayrm. *Loco* tamen hic vindicavit Patrius N. ad Suet. Aug. 49. et *loco* de janua ipsa vel aedibus exponit Bronkh. *Irato d. trita joco* etiam legebat Markl. Francio videbatur Broukhusius verum loci sensum eruisse: sed illud *Quæ* et *trita* ad ejus gustum non faciebat, et ideo pro *trita*, si per codd. liceret, [Vid. sup.] legend. annotaverat *verba.*' Burm. Non dubitat Lachm. quin Heins. recte divinaverit *ingrato d. torva loco.* Waard. *iratus d. multa dolor:* quod non probat Kuin.—42 'Nixa *oscula* displicent, et f. huc intrusa sunt ex vs. 33. Recte igitur Græv. et Heins. in Epistolis mutuis tam editis quam ineditis, *fixa:* et sic id. Heins. N. ad Prop. post Adv. p. 672. et ita Ayrm. *Nixa* etiam hic non proba-

Ante tuas quoties verti me, perfida, postes,
  Debitaque occultis vota tuli manibus?
Hæc ille, et si quæ miseri novistis amantes,
  En! matutinis obstrepit alitibus:
Sic ego nunc dominæ vitiis, et semper amantis
  Fletibus, æterna differor invidia.

nes converti, ac preces debitas abditis manibus fudi? Hæc iste queritur, *et alia, quæ* vos *infelices amatores scitis, aveque mane* canentes *strepitu* suo *interpellat. Ita ego heræ* meæ *libidinibus et importuni amatoris querelis perenni traducor infamia.*

bantur juveni in hisce sagacissimo Er. Hub. Eldikio, qui literis Zutphaniæ d. 24. Julii 1773. ad me datis, *fixa* vel *spissa* præferend. existimabat, quem etiam *gradus* non immerito offendebant, ubi sermo ad januam dirigitur; ideoque Poëtam scripsisse suspicabatur *Osculaque inspersis mixta dedi lacrimis.* Certe *oscula lacrimis mixta* hic commode admitti possunt: sæpe enim vox *mixta* in alias degeneravit. Illud vero *inspersis* juvare etiam potest El. 12. 16. Divinabam aliquando, an pro *impressis gradibus*, quam scripturam suspectam habebam, quia in Voss. 4. *implexis* legitur, (*imprexis* in Ask.) hic reponi posset *Osculaque inflexis fixa dedi genibus.* Huic conj. astipulatur similis locus Tibull. 1. El. 5. 41-44. *Gradibus* sane hic alienam lect. esse, inde quoque colligi posset, quod in nonnullis codd. turbatur; nam *manibus* est in Borr. et Heinsiano; sed id mox sequitur. Vulg. tamen lect. *gradibus* vel secutus est, vel probasse videtur Heins. in Monobiblo El. 6. hunc l. respiciens: 'Seu cum non faciles,' &c.' *Burm. Genibus* legit et Passeratius.—44 *Serta* Markl. *Vota* tamen propter 'Debita' non solicitanda videntur Burmanno.—45 *H. velle* Bon. *Vovistis* Heins.—46 *Heu* vel *Eu* Id. *Hæc* Livin.—47, 48 '*His ego* Passeratio et Heinsio legend. videbatur. *Deferor* Leid. 1. tres Voss. Dorv. 1. mei, [Bon. Guarn. Dresd.] Borr. Colb. Vicent. sed male. *Amatis* pro *amantis* Heins. præcedit enim 'novistis amantes.' Markl. legebat *Sic ego nunc d. vitiis, nunc semper amantis Fletibus alterna differor inv.* quod minime displicet; nam sensum cum præced. versu bene connectit. Hanc igitur conj. amplector. *Nunc semper* etiam conjecerat Franc.' *Burm.* Marklandi conjectura 'lusus est, ut opinor,' ait Lachm. 'sed meherculé pulcher. Propertius ipse, si rediret, acciperet: critico tam facili esse non licet.'

NOTÆ

46 *Obstrepit alitibus*] Ad auroram tu obstrepero concinentes aves insuque pervigilat canendo, suoque can- festat.

ELEGIA XVII.

AD CYNTHIAM, DE MARIS TEMPESTATE.

Et merito, quoniam potui fugisse puellam,
Nunc ego desertas alloquor Alcyonas.
Nec mihi Cassiope solito visura carinam;
Omniaque ingrato littore vota cadunt.

Jure equidem accidit, ut *ad solitarias Alcyonas ego jam verba faciam, quandoquidem tam durus fui, ut amicam* meam *desererem. Neque Cassiope aspectura* est, *ut solebat, meum navem, cunctaque vota* mea irrita *perent* in *littore ingrato.*

Ad Cynthiam Dresd.—1 ‘ Volscus edidit *At:* quod secuta est Colin. Tamen formula fuisse videtur *Et merito.*’ Broukh. ‘ *At* Ald. 1. Basil. Gryph. 5. Grass. *Procellam* Venet. 1500. [et v. c. ap. Pocc.]’ *Barth.* Passeratium et Broukh. recte *Et* vindicasse censet Burm.—2 *Hunc* Borr. *Aloquor halc.* Ald. 2.—3, 4 ‘ *Nec m. C. s. v. carinam Ominat* restituit Scaliger, et probavit eruditis suam correctionem: non item expositionem. Vulg. lect. valde est inconcinna.’ *Broukh.* ‘ *Caliope* Guarn. *Solitam* Venet. 1500. quam lect. Passeratio tribuit Vulpius. Reliquæ edd. omn. *solito*, quod Græv. pro, ex solito, dictum vult. *Tusura* Palat. unde Gebh. *tuitura* facit. *Ominat*, deleto signo distinct. præc. vs. Scal. 1. et in Leid. quoque servatum videbis, improbantibus Passeratio, Heins. et Vulp. Scal. 2. vulg. præfert cum meis rel.’ *Barth.* ‘ In his codd. *Canope, Casiopæ*, in illis *Calliope*, in aliis aliæ librariorum aberrationes sunt. Heins. in suis ineditis ad Græv. Epist. locum h. sic constituebat: *Nec mihi Cassiope e solio visura carinam est.* [*Est* in fine versus addunt Pocc. quoque et Pocc. Passeratius legit *Nec m. C. solitam vis. carinam est.*] In alia ad eund. Græv. Epist. præferebat Heins. *solitam visura carinam est.* Græv. in Epist. ad Heins. T. III. Syllog. p. 227. legebat *ex solito*, ut solet; vel *mihi solito* conjungebat in iisd. Epist. p. 202. 210. Infeliciter vero Ayrm. legebat *Nec mihi Cassiope solito ductura carinam.* Patruus meus ad Suet. Ner. 22. prolixe de hoc Propertii loco egit, et emendand. conjecit, *Nec mihi Cassiopen, solet ut, visura carina Ominat.* In N. ad Auctorem Elegiæ ad Messalam Tom. I. Anthol. Lat. p. 295. et 296. sic restituend. judicavi *Nec mihi Cassiopen solito visura carina est, Omniaque ingrato littore vota cadunt:* 2. *solito* pro, ex solito, capias; 2. *mihi solito* cum Græv. conjungas. [‘ Burmanni tamen lectione et explicatione de Epiri portu admissa, *solito* indicaret Propertium sæpius eo iter fecisse, cujus tamen repetiti itineris nulla in reliquis Elegiis

NOTÆ

1 *Et merito, &c.*] Exordium est abruptum, quo Poëta noster utitur, ut tota hac Elegia tempestate jactatus, dum navigaret, sese ipse increpet, meritoque sese pati significet mortem sibi minitantes fluctus, quandoquidem Cynthiam suam deserere potuit; quam tamen dicit funus suum diligenter curaturam fuisse, si forsan Romæ, ubi ipsa erat, mortem obiisset.

2 *Desertas alloquor Alcyonas*] Alcyones sunt aves solitariæ et marinæ, quæ diebus septem brumæ tempore ova parere, totidemque iisdem incubare dicuntur; quo tempore mare mitius esse fertur et navigabilius.

3 *Nec mihi Cassiope*] Nullam, in-

Quin etiam absenti prosunt tibi, Cynthia, venti. 5
Aspice quam sævas increpat aura minas.
Nullane placatæ veniet Fortuna procellæ?
Hæccine parva meum funus arena teget?

Immo vero, o *Cynthia, tibi etiam absenti favent auræ: vide quanto cum fragore venti minas intentant. An nunquam ulla oborit fors sedatæ tempestatis? An ista exigua arena cadaver meum operiet? Tu vero in melius tuas imprecationes diras*

---

vestigia reperiuntur.' *Kuin.*] *Carina* vel *carinam est* in variis codd. legitur. Miror Broukhusio *Ominat* adeo placuisse, ut in contextum receperit. *Ominat visura*, pro, visuram, exponebat Scaliger, et veteris Tragici Pomponii exemplo *ominat*, pro, ominatur, fulcit. Non tam facilis ceteroquin Broukhusius est in verbis Accii, Pacuvii, vel similis ævi scriptorum Propertio ingerendis, si Gebhardi aut Guyeti hac in re judicium castiget. Itaque illud *Ominat* unius auctoritate Scaligeri, cujus tamen manes quo majori veneratione colo, eo magis invitus a tanto viro dissentio, (neque enim cum Passeratio dicam, cum hic 'nugari,') Poëtæ nostro non obtrudendum, sed revocandam esse pristinam lect. censui; præsertim cum omn. codd. quorum lectiones adhibui, et pr. ac vetustiores edd. constanti consensu *Omniaque ingrato, &c.* tueantur. Francio etiam *Ominat* insolens videbatur, qui legebat *Nec mea Cassiopen solito visura carina, Omniaque ingrato, &c.* Eld. legebat *Nec mihi Cassiope solito visura carinam est Lumine, at ingrato littore vota cadunt.*' Burm. Wyttenbach. in Bibl. Crit. Amst. Vol. II. P. II. p. 9. conjicit *Nec mihi Cassiope solidam visura carinam est.* Unice veram existimat Kuinoel suam lect. quæ expressa est in Vulp. Burm. et vetustioribus Edd. Lachm. legit *Nec mihi Cassiopes statio visura carinam est.*—5 'Ingratum hunc rhythmum nullæ tollunt membr. veteres, cui vellem mederi possem ead. ope, qua El. 8. 11. 'Tyrrhena arena' remotum fuit.' *Burm.* 'Tollere studuit Waard. qui pro *absenti* legend. præcipit *adversi.* Sed Schrader. Emend. 5. p. 105. recte vulg. tuetur auctoritate Homeri, Virgilii, aliorumque; neque accedit viro cuidam docto, qui *venti* in *flatus* mutaverat.' *Kuin.* Vulg. lect. tuetur Lachm. rationemque soni istius explicat.—6 '*Increpat* edidi auctoritate veterum codd. [' certe,' ait Kuin. 'in Vossiano, teste Heinsio, et Dresd. sic legitur, neque tamen quicquam mutand. Vid. II. 16. 29.'] non *increpat*, ut Broukh. Ita enim Nostro usitatum post 'Aspice.' *Scævas* cod. Voss. tam in h. vs. quam vs. 29.' *Burm.* 'Ne de omnibus codd. Burmannum intelligas, ad El. 2. 9. 'Sic e codd. Voss. corrigend.' notat, quorum nulla ap. nos fides est. *Increpat* ad dictum l. firmavimus.' *Lachm.*—7 'Dousa P. reponebat *placata procella:* sed non erat opus.' *Broukh. Placata* Heins. sed nihil opus esse statuit Barth. *Placata puella* in Mss. *Venit* Dorv. l. —8 'In Franc. 1. et Borr. erat m. *corpus*, interpretatione triviali *τοῦ funus.*' Broukh. Burm. Barth. qui notat Heins. conj. *rara*, sed *parvam* esse vilem et tenuem arenam, qua corpora naufragorum ejecta teguntur, ipsa maris alluvione. *Siccine* Markl. sed *Hæcc. arena* Burm. monet esse referend. ad 'littus

NOTÆ

quit, mihi stella Cassiope tranquillitatem denuntiat. Cassiope porro seu Cassiopeia sidus est, quod stellis tredecim constare dicitur, exoriens cum Sagittario. Fuit autem Cassiope Andromedes mater; quæ, quod olim se Nereidibus prætulisset, in cœlum translata dicitur, ubi capite resupino volvi videtur.

5 *Prosunt tibi, Cynthia, venti*] Venti, qui me agitant adversi, tibi famulantur, tibique favent, o Cynthia, quæ meum cupias exitium et ruinam.

Tu tamen in melius sævas converte querelas:
  Sat tibi sit pœnæ nox et iniqua vada.
An poteris siccis mea fata reponere ocellis?
  Ossaque nulla tuo nostra tenere sinu?
Ah! pereat quicumque rates et vela paravit
  Primus, et invito gurgite fecit iter!
Nonne fuit levius dominæ pervincere mores,
  (Quamvis dura, tamen rara puella fuit,)

muta. Hoc esto contenta supplicio, quod nigræ tempestas et mare navibus infestum me agitant. Sustinebisne illacrymabilibus oculis in tumulo *corpus meum componere, et nullas meas reliquias* in *tuo gremio retinere. Eheu pereat, quisquis* ille fuit qui *naves et vela primus instruxit, et invito mari navigavit. Numquid non fuit facilius* ferox *puellæ ingenium domare,* (quæ, *quamquam sæva est et diffi-*

---

ingratum' vs. 4. in quo querelas has effunderet.—10 ' Gebh. e codice Palat. *sat t. sat.* Nostri nihil mutant: sed efficacius videtur *sat* geminatum: non tamen ut cum Gebhardo bubulum cor habere eum dicam, cui non arriserit.' *Broukh.* ' Propter unicum lib. nihil mutand. *Sit t. sit* Dresd.' *Barth.* Vulg. retinent Burm. et Lachm.—11, 12 *Appon.* Brix. Inepte Posth. *oppon.* judice Barth. Sic et Leid. 2. Colb. Exc. Mod. Palat. et pr. edd. *Expon.* Græv. Ep. ad Heins. T. IV. Syllog. p. 202. ' sed Heinsio,' ait Burm. ' *mea fata reponere* cum Passeratio præferenti [N. Prop. et Adv. p. 242.] subscribit p. 210. et recte. Subintelligitur enim, tumulo, vel toro mortuali. Tentaverat etiam Heins. in Ep. ad Græv. ineditis, *An poteris siccis, mea vita, reponere ocellis, Ossaque adusta tuo,* &c. Eund. vid. II. Adv. 5. p. 243. et N. Prop. p. 673. *Ossa tenere sinu,* ut ap. Sen. ad Helv. 2. circa fin. Ubi vid. Lips. et Passeratium ad h. l.' *Burm. Muta* pro *nulla* conj. Barth. XXI. Adv. 1. de quo hæc Broukh. ' Non libet exagitare manes viri eruditissimi, et multis aliis meritis notam tam abnormem inurifacientis; sed hæc talia monere debent illos, qui stantes in uno pede solent integra volumina conscribillare.' Addit is Groning. invertere *nulla* et *nostra*, sed id improbat cum Barth. nostro, qui putat *nulla* esse multo elegantius τῷ *muta*.—14 ' *In invito* Dorv. 2. Novi qui conjecerat *Et primum inv.* Sed vulg. minime solicitand. probant loca veterum poëtarum, primum maris navigatorem detestantium.' *Burm.*—15 ' *Melius* habet Broukh. sine addita nota; præeuntibus tamen Aldd. Mur. et aliis paucis. Sed *levius*, quod Bon. et Ed. pr. habent, prætulit Vulp. cum reliquis edd. *Lev.* etiam melius respondet voci ' durus' in vs. subjecto.' *Barth.* Id. sentiunt Lachm. et Kuin. qui omnes citant Horat. I. C. 24. 19. ' *Lev.* Perr. v. c. tres Voss. Dorv. 1. meus 2. Colb. et Neap. 2. *Dominæ mel.* Dorv. 2. Alibi Noster ' Nonne fuit satius.' Male ex solemni codd. confusione *amores* Vossianus, Mentel. Borr. meusque 1.' *Burm. Mel.* Vicent. Ber. 1487. Volsc. 2. sed 1. *lev.*—16 *Rata* Voss. 1. 3. *Cara* in aliis: quod præfert Wyttenbach. in Bibl. Amst. Vol. II. P. II. p. 11. et Ast.

NOTÆ

13 *Quicumque rates et vela paravit*] Qui primus naves invenit et navigavit, dicitur aliis fuisse Jason, aliis Semiramis, aliis Danaus, aliis Erythras Rex. Tibullus existimat Tyrios primos navigasse, I. 7. 20. ' Prima ratem ventis credere docta Tyros.' Icarus autem primus vela invenisse traditur: Dædalus vero malum et antennam. Simile est ap. Horat. I. Od. 3.

Quam sic ignotis circumdata littora sylvis
Cernere, et optatos quærere Tyndaridas?
Illic siqua meum sepelissent fata dolorem,
Ultimus et posito staret amore lapis;
Illa meo caros donasset funere crines,
Molliter et tenera poneret ossa rosa:

cilia, nihilominus est insignis eximia forma,) *quam ita perlustrare littora cincta nemoribus incognitis, ac Tyndaridas* nautarum votis *expetitos invocare? Si casus aliquis, ubi ipsa est, 'miserum meum amorem tumulo inferret, extremusque lapis abjecto amore* mihi *poneretur; ista meis exequiis dicasset dilectos* sibi *capillos, et benevole ossa* mea *collocasset* in urna *mollibus rosis* plena. *Illa meum nomen*

p. 14. Plurium tamen codd. auctoritas, ait Kuin. *rara* tuetur. Quod exhibent Burm. Broukh. Barth. et Lachm. quorum primus et ultimus id defendunt.—17 *Circumdare* Dorv. 2.—18 *Optatas* Voss. 1. 3. Burmm.—19 'Repone e Groning. *sepelissent*, quod optime respondet τῷ 'donasset' et 'clamasset,' uti et 'staret' bene convenit cum 'poneret.' Est et *sepelissent* in Regg. Colbertt. pr. edd. Reliqui *peperissent*, leviter corruptum e priori.' *Broukh.* 'Sepelirent Gryph. Græv. Lond. Scal. minus concinne. *Sepelias.* meliores libr. scr. et impr. Codex Palat. ap. Gebh. monstrum lectionis habet, *Ille si qua meum fefellissent facta dolores:* unde ille legit *Illi si qua m. sep. fata d.*' Barth. *Peperiss.* Voss. 4. Mentel. Borr. Burm. 1. *Sepelirent* Exc. Scal. *Sepelias.* Burm. Lachm. exhibent.—20 '*Exposito* Græv. in Epist. ad Heins. T. IV. Syllog. p. 202. quod probabat Heins. vel *apposito* legebat. *Honore* Exc. Scal. quod non repudiand. videtur, et *exposito honore* capi posset pro, vulgari, tralatitio honore, atque humanitate. Pro *lapis* Markl. conj. *labos.* Sed non persuadet.' *Burm. Honore* etiam probat V. D. in Bibl. Amst. Vol. II. P. II. p. 11. Sed locus medicina non eget, judice Kuin.—21 '*Donaret* et mox *clamaret* Guy. quod probo; sequitur enim 'poneret.' [Sed *poneret*, ait Kuin. positum est pro, posuisset: et jubet vidend. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 2. 2.] Pro *funere* in Vossiano *murmure. Damnasset* Heins. male: idem etiam in ora ed. Ald. conjecerat *Illa meo cineres donasset funere caros:* sed tunc præstaret *munere* ex Vossiani scriptura *murmure*, nisi quis substitui præferat *Illa meos caro donasset munere manes.* In re funesta aptius hic puto epitheton fore, si legamus *Illa meo rasos donaret funere crines:* et *funere* pro, funeri, positum, ut passim ap. Nostr. Possis etiam *casos crines*, ut in Epicedio Drusi 95. et seqq. 'Laceros crines' vocat Lucan. IX. 57. &c. ex quo l. *laceros crines* ex vestigiis

NOTÆ

18 *Quærere Tyndaridas*] Tyndaridæ, i. e. filii Tyndarei; quia nempe ex Leda, uxore Tyndarei, quam Jupiter compressit, nati dicuntur Castor et Pollux; quos Horat. eadem Od. vocat 'fratres Helenæ lucida sidera;' quia nempe navigantibus tempestate jactatis prosperi et salutares apud Antiquos crediti sunt. Alio nomine vocantur Œbalii fratres ab Œbalia, Laconiæ in Peloponneso regiuncula.

19 *Illic*] Nimirum Romæ, ubi erat Cynthia, Propertii amica.

20 *Ultimus staret lapis*] Sepulcrum significat, juxta illud lib. IV. El. ult. 'In lapide hoc uni nupta fuisse legar.' Ita etiam Tibull. I. El. 3. 'Quod si fatales jam nunc explevimus annos, Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.'

21 *Donasset funere crines*] Mos erat apud Veteres, ut, cum mortuos sepul-

Illa meum extremo clamasset pulvere nomen,
  Ut mihi non ullo pondere terra foret.
At vos, æquoreæ formosa Doride natæ,
  Candida felici solvite vela choro.
Si quando vestras labens Amor attigit undas,
  Mansuetis socio parcite littoribus.

suprema cineribus inclamasset, quo mihi tellus non esset oneri. Sed vos, Nymphæ *marinæ, pulchræ Doridos filiæ, pandite vela alba fortunato choro* vestro. *Si* vero *aliquando Cupido* vos *invisens vestras contigit aquas, pacato mari*, mihi vestro in amore *consorti* benignæ *ignoscite.*

literarum pro *caros* hoc quoque in l. reponere liceret: idque conjecturis modo propositis, si mei arbitrii res sit, præferrem. Hæc emendatio egregie firmatur ex imitatione Sannazarii, qui totum hunc Propertii l. optime æmulatus est, I. El. 3. 19.' *Burm. Caros* veram lect. pronuntiat Kuin. et alc edidit Lachm. qui exhibet *donasset funere.*—22 *M. in* Franc. et Heins.—23 *Leg.* videtur *munere* pro *pulvere* Broukhusio, qui illud multis defendit. Tu cave, ait Barth. quicquam mutes. Nec *munere*, nec Heinsii *murmure* placent Burmanno. —24 'In Mem. invenerat Passeratius *Tu m.* unde refingit *Tum m.* Nihil verius.' *Broukh.* '*Ut* edd. fere omn. etiam Broukhusiana prior: sed posterior et Gött. *Tum.* Nihil mutand. putarem. *Pulvere* Posth. e vs. præc.' *Barth.* Plurimorum Mss. auctoritate *Ut* retinend. videtur Burmanno. *Ut* revocat Lachm.—25 *Ut* Burm. 1. *F. e D.* Voss. 1. *Formosæ* Heinsian.—26 '*V. noto* noster 1. *Vota choro* Groning. *Vela ch.* reliqui omnes: quomodo ediderat Scaliger, et ante eum viderat legend. Hermol. Barbarus Castigat. ad II. Plin. 37. Etiam vett. Illæ edd. *vela choro* habebant: idque videre licet ex Ant. Volsci Commentario.' *Broukh. Vela notho* Guarn. *Choro* Neap. Mentel. Brix. Venet. Ald. 1. *Noto* 2. Gryph. Mur. Basil. quod placebat Francio, et habent Voss. 1. 3. Franc. 2. suaque imitatione Sannazarius comprobavit. *Vela choro* exhibent Barth. Burm. Lachm.—27 *Nostras* Bon. *Vestrasque libens* Palat.—28 *Mansuetus* Brix.

NOTÆ

cro composuissent, comas etiam tonderent, tumuloque imponerent. Ita etiam Ov. Ep. Canaces: 'Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis, In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.' Quem quidem ritum Romani mutuati sunt a Græcis, qui hoc primi leguntur fecisse ap. Homerum, Il. XXIII.

22 *Tenera poneret ossa rosa*] Florum sertorumque, sed maxime rosarum, adeo studiosi quondam fuerunt Romani, ut non solum in deliciis haberent vivi in rosis jacere et corollis; sed iisdem etiam mortuorum corpora spargerent, monumentaque exornarent. Quod non modo significat hoc in loco Propertius, sed etiam III. 16. 'Sertisque sepulcrum Ornabit.' Tibull. II. El. ult. 'Illa mihi sancta est; illius dona sepulcro Et madefacta meis serta feram lacrymis.' Ap. Virg. v. Æn. ubi Æneas Anchisæ parentat, 'Purpureosque jacit flores, ac talia fatur,' &c.

23 *Clamasset pulvere nomen*] Satis et abunde apud Tibullum diximus de solenni apud Antiquos ritu, quo mortuorum nomina per aliquot dies conclamabantur, et post ultimam conclamationem cadavera efferebantur, ut comburerentur, ut tradit Servius ad illud Virgilii: 'Animamque sepulcro Condimus, et magna supremum voce

NOTÆ

ciemus.'

25 *Doride natæ*] Doris Oceani et Tethyos fuit filia, quæ Nereo nupsit, ex quo Nereidas Nymphas marinas genuit.

ELEGIA XVIII.

LAMENTATUR SOLUS.

Hæc certe deserta loca, et taciturna querenti,
Hoc vacuum Zephyri possidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impune dolores,
Si modo sola queant saxa tenere fidem.
Unde tuos primum repetam, mea Cynthia, fastus? 5
Quod mihi das flendi, Cynthia, principium?
Qui modo felices inter numerabar amantes,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.

Ista quidem loca solitaria, nihilque respondentia conquerenti, liberamque ab arbitris sylvam tenet Zephyri flatus. Ibidem fas est arcanos tuto dolores verbis exprimere, si tamen rupes desertæ silentium fidemque servare possint. Undenam, o mea Cynthia, superbiam tuam et sævitiam *commemorare incipiam? quodnam mihi, o Cynthia, querendi initium præbes?* Ille ego, *qui nuper in numero fortunatorum amatorum recensebar, jam compellor in amore tuo sustinere infamiam. Quod-*

Ad Cynthiam Dresd. Borr. Francc. pr. et pleræque edd. Sed Ald. 2. Rouill. sic: *Solus lamentatur de fastu Cynthiæ ac* (sic Barth. at Burm. habet *et*) *levitate.*—1 Malit Broukh. *tacitura*, propter vs. 4. Sed *taciturna* id. valere censet Barth. *Tacitura* habet Exc. Scal.—2 *Hoc* v. Ms. Guyeti, unde legit *Hic v.*— 3 *Pof.* Posth.—4 *Movere* Leid. 1. Voss. Heinsian.—5 *Recitem* Voss. 4. Pro *mea* Heins. *dic.*—6 *Quod* Palat.—7 *Internum.* Ald. 1. *Num. inter* Voss. 2.

NOTÆ

1 *Hæc deserta loca*] In agris sylvosis ac desertis locis commoratus Poëta liberius de Cynthiæ fastu et levitate conqueritur, seque tandem fatetur optare ut Cynthiæ suæ, qualiscumque demum sit, nomen et laudes jugiter resonare non desistant. Tum forsan, cum hæc cecinit Propertius, in prædiolo suo versabatur ad Clitumni fontes. Vid. Plin. VIII. Ep. 8.

2 *Zephyri aura*] Zephyrus, ventus ab occasu flans contra Eurum, qui Latine dicitur Favonius; de quo supra pluribus ad Catullum et Tibullum.

6 *Cogor habere notam*] Dedecus, ignominiam, quod nempe impudicæ puellæ serviam.

Quid tantum merui? quæ te mihi crimina mutant?
An nova tristitiæ causa puella tuæ?
Sic mihi te referas levis, ut non altera nostro
Limine formosos intulit ulla pedes.
Quamvis multa tibi dolor hic meus aspera debet;
Non ita sæva tamen venerit ira mea,
Ut tibi sim merito semper furor, et tua flendo
Lumina dejectis turpia sint lacrymis.
An quia parva damus mutato signa colore;
Et non ulla meo clamat in ore fides?

nam tam magnum scelus admisi? quænam te incantationes abalienant a me? Estne altera amica iræ tuæ causa? O nimis *credula! ita ad me redeas, quemadmodum nulla alia puella domum meam ingressa est. Quanquam* vero *iste meus mœror tibi plurima mala debet, attamen ira mea non adeo vehemens erit, ut tibi jure fiam jugiter doloris causa, et* ut *oculi tui fœdentur effusis fletibus. An quia exigua* tibi *præbemus indicia amore mutato, nullaque in meo vultu fides clamat? Vos eritis*

Feliciter 4.—9 ‘ Bene Lips. et Palm. *crimina:* quæ crimina? novus amor alterius puellæ.’ *Broukh.* Sed nonne, quærit Barth. de hoc loquitur pentameter? Hoc certum est, addit, librarios sæpe in voc. *crimen* et *carmen* peccasse. Legit *crimina.* ‘ *Carmina* Leidd. quat. Voss. Dorvv. mei, Groning. Neap. Borr. pr. edd. Aldd. Colin. Rouill. Gryph. aliæque: idque tuetur Passeratius, et carmina magica intelligit cum Beroaldo, et ante eos Volscus: quod jure explodit Broukh. Bene Lips. IV. Ant. Lect. 11. fin. *crimina* emendavit: quod probant sequentia, in quibus levitatem, asperitatem, et superbiam ei objicit. *Crimina* etiam Perr. v. c. et Colot. Exc. Præstiterit tamen f. ut per *crimina* intelligamus Propertii delictum et notam mutati amoris, ut seq. suadet versus.’ *Burm.* Per *crim.* intelligi criminationes, quibus alii odium Cynthiæ sibi conflaverant, notat Goldast. ad Dosith. III. p. 39. *Crim.* verissimam censet Lachm.—10 *At*, et in fin. sine interrog. signo, Palat.—11, 12 ‘ *Lenem* Dorv. 2. In aliis [inter quos Dresd. qui habet *lenis ut*,] *lenis*, quod metro adversatur, nisi interpretatio sit vocis *levis* pro leni et benigna, quo sensu hic capiend. notaverat J. Dousa, et ita exponebat Dorv. in Misc. Obs. Vol. I. p. 133. vel distinguend. putabat *Sic mihi te referas, levis.* Ayrm. *te referas, levis ut non altera.* Scaliger vero ad El. 8. 19. pro *levem* capiebat. Pro *ut non* Ask. *aut non. Non altera ulla* displicebat Heinsio. *Illa* Mentel. Neap. Patruus meus conjecerat *alta:* sed similia exempla dederunt viri docti ad Min. Fel. 11.’ *Burm.*—13 *Præbet* Voss. 3.—14 *Scævo* Heinsian. Voss. 1. *I. mihi* Markl.—15 *Meritæ* Guy. Heins.—16 ‘ *Deletis* et *delectis* varie legitur in membranis: male.’ *Broukh.* ‘ *Deletis* Posth. *dilectis* Dresd. vitiose.’ *Barth.* Hi *deject.* exhibent cum Lachm. et Burm. qui sic loquitur: ‘ *Delectis* Leid. 1. Dorv. et Neap. *Dilectis* Voss. 1. 2. meusque 2. *Deletis* Heinsian. Exc. Mod. seu Groning. *Dejectis* Borr. Sed longe præfero, quod conjecerat Heins. *defectis.* Idem Heins. pro *turpia* corrigend. censebat *turgida. Turpia* non rejecerim.’ Waard. *deject.* tuetur; et observat *ft. dej. lac.* aut inter se construen-

NOTÆ

9 *Quæ te crim.* [*carmina*] *mutant*] Intelligit vel cantus magicos, seu incantamenta, quibus amantium mentes permoventur, vel alterius poëtæ carmina, quibus animum puellæ delinivit.

Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,
Fagus, et Arcadio pinus amica Deo.
Ah! quoties teneras resonant mea verba sub umbras,
Scribitur et vestris 'Cynthia' corticibus!

testes, fagi et pinus Deo Arcadio dilectæ, siqua forsan arbor aliquem amorem sensit. Heu quam sæpe voces meæ subter umbras vestras molles insonant, ac in vestris cedicibus Cynthiæ nomen imprimitur! Heu quot mihi tua sævitia mala attulit,

da esse; aut, ne alterutrum otiosum sit, pro *fi.* legend. *flentis;* vel denique, quod ipse præfert, agnoscend. esse in his pleonasmum.—17 'Male Livin. et Palm. *colore* substituunt.' *Broukh.* '*Colore* Palat. ap. Gebh. qui tamen vulg. præfert.' *Barth.* '*Calore* Groning. primæque et Aldd. edd. Sed *colore* tuentur tres Voss. Vat. 5. Mentel. Exc. Scal. Dorvv. et meus 2. in cujus marg. *calore* a manu recentiori: et sic Frut. et J. Dousa, ut indicet, incerto se colore esse; idque exigit seq. vs. 'meo clamat in ore fides:' i. e. signa amoris manifesta pallore dat. Recte igitur Livin. *calore*, quod ex suo Ms. profert, ut ineptam lect. damnavit. Miror Broukh. *colore* rejecisse ideo, ne binis versibus bis idem dicat Poëta; f. in hanc cogitationem adductus a Passeratio, qui 'meo clamat in ore fides' male sic interpretatus est: Res ipsa loquitur ac vociferatur, me amare, cum in vultu pallor et macies conspiciatur. F. etiam legi posset *An quia rara domus mutato signa colore?*' Burm. In *col.* acquiescend. putat Ast. p. 14. *Cal.* exhibet et defendit Lachm. Sic et Barth. exhibet.—18 *Ut* Burm. 1. *Non nulla* Voss. 1. 3. Dorv. 1. Neap. prave, judice Barm. *Nonnulla* Bon. *Non illa* Passeratius.—19 'Inepta [et sic judicat Barth. qui monet aliter atque Burm. *ardor* esse in Groning.] valde lect. est *ardor*, quæ habetur in Leidd. Voss. 1. 2. 4. unoque Dorv. meo 1. sed in 2. a m. recent. *ardor* margini erat ascriptum: neque aliter in pr. edd. sed vere *arbor* Aldd. et reliquæ, ut et Voss. 3. Dorv. 2. [Dresd.] Borr. et Groning.' *Burm.*—20 'Bene *amica* reposuit Dousa F. quod confirmant sex libri.' *Broukh.* '*Amata* edd. præt. Broukh. et Gött. omnes. *Amica* Bon. Nihil mutand. pronuntiat Vulpius.' *Barth.* qui edidit *amica* cum Lachm. '*Amica* recte Borr. Vat. 1. 2. Neap. Mentel. meus 1. Perr. v. c. et pr. edd. idque agnoscunt Regg. et unus Colb. in quibus, transpositis arborum nominibus, legitur *Pinus, et A. fagus amica D. Amata* perperam Voss. 1. 3. Dorvv. et meus 2. Aldd. Rouill. aliæque: quod tamen arridebat Marklando, ex Ov. III. Tr. 1. 42.' *Burm.*—21, 22 'Emendand. cum Guyeto *Te q. Teneras umbras* h. l. recte alii improbarunt. Ego ex Vat. 1. et Exc. Colot. *tremulas* reponi vellem, ut in aliis etiam legi notat Passeratius: quia id propius vulgatæ inhæret, quam *virides*, ut hariolabatur Guy. qui seq. vs. recte emendabat, *Scribitur et teneris. Vestras umbras* et *teneris corticibus* prætulit nuper Koppiersius in Obs. Crit. 11. p. 136. [et sic Schrader.] transpositione non improbanda. [Quam transp.

NOTÆ

19 *Vos eritis testes*] Solennis et antiqua formula passim ap. scriptores usurpata. Ap. Ov. III. F. 'Testes estote, Philippi.' Ita etiam Virg. XII. Æn. 'Esto nunc, Sol, testis.' Propert. II. 9. 'Sidera sunt testes,' &c.

20 *Arcadio*] Arcadius Deus est Pan. Virg. Ecl. x. 'Pan Deus Arcadiæ venit.' Pinus vero Pani sacra est; ex qua sibi nectit coronam. Ov. I. F. 'Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta.' Lucret. IV. 'Cum Pan Pinea semiferi capitis velamina quassans,' &c.

22 *Scribitur et vestris corticibus*] Pastorum mos est in arborum corticibus scribere amicarum suarum no-

Ah! tua quot peperit nobis injuria curas!
Quæ solum tacitis cognita sunt foribus.
Omnia consuevi timidus perferre superbæ
Jussa, neque arguto ficta dolore queri.

quæ sunt tantum nota januæ tuæ *muta!* Ego *pavidus* semper *solitus sum pati fastidiosæ* puellæ *imperia, neque* consuevi *injurias importuno clamore conqueri. Pro*

Lachmannus statuit Burmannum merito potuisse pronuntiare præclaram ac verissimam.] Sed *teneris* conjecisse Guyetum jam monuerat Heins. N. Prop. p. 673. idque imitatione sua probasse videtur Sannazarius I. El. 2. 15. Eleganter etiam Herm. Cannegieterus suis ad me literis hic legend. conjecerat *Ah quoties tremulas res. m. v. sub umbras, Scribitur et lectis* CYNTHIA *corticibus:* nisi quis pro *lectis* cum Ruhnken. præferat *quernis. Scribetur vestris* male Colbertinus. *Nostris* Mentel. Borr. [Bon.]' *Id.* Vulg. tuetur Barth. *Teneras* defendunt Kuin. et Ast. p. 15. *Tremulas* probavit Degen. in Anthol. p. 146. *Ah quoties* legit Lachm.—23 'Scaliger legit *quæ* pro *quod*, ut *curas* sit verbum. Non repeto quæ corrumpendo huic versui congeaserunt alii. Sed neque Scaligeri expositio satis placet. Melius fuerit nihil argutari.' *Broukh.* Cui assentit Barth. qui hæc monet: '*Nostris curis* membr. Palat. quod Gebh. explicat, ut *peperit* absolute poni dicat: contorte. Scaligerum sequuntur Lond. et Leid. Palm. emendabat, *Ah t. quot*, contra totius Elegiæ seriem et connexionem.' 'Lips. IV. Ant. Lect. 11. legebat *At tua quot peperit nobis injuria curas. Ah tua quot* Palm. probante Passeratio: ['et Degen. Anthol. p. 146. recte: vulgaris enim lect. *An tua quod*, a Vulp. Broukh. et Burm. expressa, est inepta.' *Kuin.*] id certe præstat emendationi Scaligeranæ: quod recte improbatum Broukhusio. Neque se commendat mihi conjectura Pontani II. Anal. 2. substituentis *Ah tua quot peperit nobis injuria dura.* Lipsianum etiam Francio non displicebat. *Nostris curis* in membranis Gebhardi. *Nostris* etiam in Voss. 4. *Num tua quot* conj. Heins. *Dederit* pro *peperit* Ayrm. qui distinguebat, et interpretabatur, ut ante eum Scaliger.' *Burm.*—24 '*Sunt* vidimus in septem libr. ita ut Passeratii *sit* per eos quidem valere possit, neque juvet Gebhardi favor.' *Broukh.* Cui assentit Barth. cum *τῷ sit* obstent omnes libr. *Sit* mallet tamen Burm. qui monet id Passeratium offendisse in v. c.—25 '*Tumidus* male Dorv. 1. *Timidis* etiam perperam Leid. 1. menuque cod.' *Burm.*—26 Auro non caram esse lect. in Mem. *ficta* pronuntiat Broukh. qui eam quamplurimis citationibus defendit. Recipiunt Burm. et Barth. qui monet edd. omn. præter Broukh. et Gött. *facta* exhibere, Vulpium id tueri, at Heins. *fata* emendare, qui sic esse Mss. observet. '*Fæta* Leid. 1. *Fata* 2. quat. Voss. Mentel. Borr. Dorvv. meus 1. *Facta* male 2. et pr. aliæque edd. *Ficta* recepit Broukh. et bene illustravit: quod et in Vat. 1. legitur, et sic conjecerat Markl. Sed neque *arguto* placebat Heinsio, quia mox sequitur vs. 30. 'Cogor ad argutas dicere solus aves:' neque valde id mihi blanditur. An f. *astuto dolore?* quod *ficta* suadere videntur.' *Burm. Ficta*, utpote difficiliorem lect. e qua etiam reliquæ facile prodire potuerint, genuinam putat Kuin.

NOTÆ

mina: atque etiam aliquando carmina amatoria Veteres in codicibus arborum exarare consueverant. Virg. Ecl. 5. 'Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi.' Id. Ecl. 10. 'Tenerisque meos incidere amores Arboribus.' Vetus poëta incertus: 'Quando ponebam novellas arbores mali et pyri, Cortici summæ notavi nomen ardoris mei; Nulla fit exinde finis vel quies Cupidinis, Crescit arbor, gliscit ardor, ramus implet literas.'

Pro quo, devexi fontes, et frigida rupes,
Et datur inculto tramite dura quies:
Et, quodcumque meæ possunt narrare querelæ,
Cogor ad argutas dicere solus aves.
Sed, qualiscumque es, resonant mihi 'Cynthia' sylvæ;
Nec deserta tuo nomine saxa vacent.

quibus, o fontes Diis sacri, gelidaque saxa, nunc mihi in *senticosa semita tristis et amara quies datur, ac cogor ad volucres solitarias referre quicquid mei dolores possunt commemorare. At, quæcumque* tu *sis,* o *Cynthia,* te unam *mihi personent nemora, neque* unquam *rupes incultæ nomen tuum referre cessent.*

Facta defendit Lachm.—27 '*Pro quo divini f.* fere libri: unde ridicule Palm. faciebat *Pro quo, o Di, vivum f.* [Quæ conj. et a Passeratio, Barthio, Burmanno non lenissime damnatur.] Optime Scaliger *Pro quo, Di, vivi f.* Optime, inquam, et ex tripode. Verum, quod negat fontes Veteribus *divinos* fuisse dictos, fefellit eum sua memoria.' *Broukh. Di, vivi* Leid. improbante Vulpio. 'Videtur sane,' ait Barth. 'Propertius fontes tantum ac rupem alloqui. *Clitumni f.* Grut. in Suspic. Hi sane videntur intelligendi.' '*Divini f.* Leidd. quat. Voss. [Dresd.] Dorvv. mei, Borr. Groning. Regg. Colbert. Ask. et primæ easque secutæ edd. Jac. vero Gronov. ad Tac. IV. H. 52. excogitaverat *Pro quo Di, rivi, fontes:* quod merito rejecit Patruus meus ad Virg. III. Æn. 442. Gruteri ingenium exsculpsit *Clitumni f.* et vs. seq. *Et d. in culto tramite,* infeliciter sane. In aliis *Mollis et in nuda,* unde Dousa F. *Mollis et in dura* fecerat. Scaligeri emendationem refutavit Passeratius. *Pro quibus et vivi fontes* conjecerat Franc. Sed *fontes* quoscumque, et multo magis *Clitumni fontes,* ab hoc l. maxime alienos arbitror. Queritur enim Poëta, se pro injuria toties a Cynthia accepta et patientia ac fide sua nihil aliud retulisse, quam ut in asperis, frigidis, et incultis locis somnum humi capere cogatur; frequenti poëtis expostulatione. Vidit hoc Heins. qui N. Prop. p. 673. conjecit *Pro quo dumosi,* vel *devexi,* aut *continui montes:* ex quibus *dumosi m.* præ ceteris arridet: [præplacet hoc et Degenio Anthol. p. 147.] Vidit hoc etiam Markl. qui in marg. ed. Græv. cui notulas suas alleverat, conjiciebat *Pro quo, Di, nudi montes:* quod sua non destitutur elegantia. Venustam quoque esse interjectionem *Di,* eaque Græcos etiam sæpe usos in indignatione vel admiratione, notaverat Markl.' *Burm. Divini f.* non placet Kninoell, qui *fontes* tamen defendit, et *devexi f.* veram esse lect. existimat. Lachm. contendit esse scribend. *Di, nivei montes.*—29 *Iterare* Heins. in ora ed. Ald. *Puellæ,* quod est in Bon. damnat Barth.—30 *C. et a.* Regg. Heinsian. Leid. 2. *C. a.* 1.—31, 32

NOTÆ

27 *Devexi* [*Divini*] *fontes, et frigida rupes*] Et fontes et rupem alloquitur, ut El. 17. Alcyonas, hoc in loco aves, et ut Turnus X. Æn. ventos. 'Divinos' autem poëta vocat fontes, quemadmodum dixit II. 26. 'Aurea divinas urna refudit aquas.' Nonnulli putant, et quidem merito, per divinos fontes et frigidam rupem Propertium hic intelligere Clitumnum patrium flumen, ad cujus fontes adjacebat collis et templum priscum et religiosum, ubi stabat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætexta, præsens Numen, et fatidicum, ut pluribus auctor est Plinius Junior VIII. Ep. 8. Quisquis autem, ut arbitror, Elegiam hanc Propertii cum iis, quæ Plinius eadem Epistola narrat, contulerit, facile intelliget deserta loca et solitaria, et nemus ab arbitris liberum, et fontes, et frigida saxa, et aves, et

'*Resonant mihi* rectissime Scaliger. *Vacent* plures libri: unus *jacent*, alter *racent*: unde sponte enascitur *tacent*, quod et Livineio in mentem venerat.' *Broukh.* '*Resonent mihi* Guarn. Dresd. Vulp. *Resonent tibi* Brix. Ald. 2. Mur. Basil. *Ne* C. Com. *Vacent* Leid. Lond. Scal.' *Barth.* qui *resonant* et *tacent* exhibet. '*Resonent* Leid. 2. tres Voss. Exc. Scal. Mentel. Borr. Groning. Regg. Colbertt. Dorvv. meus 2. pr. edd. et Aldd. Colin. Rouill. Gryph. aliæque. *Resonant* tamen et vs. seq. *vacent* Scaliger et Markl. *Tibi* Leidd. Voss. 4. Neap. Vat. 1. 2. 5. Colot. meus 1. eædemque vetustæ edd. *Mea Cynthia* Exc. Mod. *Resonent te, Cynthia, sylvæ* Guy. Vid. sup. ad vs. 21. *Ne* Exc. Mod. seu Groning. *Vacent* Leidd. Vossiani, Dorvv. mei, et pr. edd. ceteræque: et sic Regg. et unus Colb. In altero *jacent*, quod et in Neap. Mihi *vacent* et *resonent* auctoritate tot codd. et priscarum edd. recipiend. videtur: et hoc longe præferebat Hemst. qui in Animadv. suis, rejecta *tacent*, duplicem loci h. interpretationem proponit; vel: Ut desertæ atque aviæ rupes nomen Cynthiæ sæpius a Propertio ingeminatum reddant et repercutiant: vel potius hoc sensu: Nec deserta saxa, fidem amoris mei testatura, nomine tuo inscripto careant. *Vacent* verissima lect. est. *Tacent* quidem non displicebat Francio; sed difficultatem vidit, quia addiderat: 'Sed quid fiet 'tuo nomine?'' *Burm.* *Resonent* et *vacent* exhibet Lachm.

NOTÆ

sylvas optime convenire iis quæ a Plinio referuntur.

31 *Resonant*] Ut Virg. Ecl. 1. 'Ipsæ te, Tityre, pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta sonabant.' Et IV. G. 'Eurydicen toto referebant flumine ripæ.'

32 *Nomine saxa vacent*] Semper Cynthiæ nomen referant. Ut Cic. pro Archia: 'Saxa et solitudines voci respondent.' Virg. Ecl. 5. 'Ipsæ jam carmina rupes, Ipsa sonant arbusta.'

ELEGIA XIX.

AD CYNTHIAM.

Non ego nunc tristes vereor, mea Cynthia, manes;
Nec moror extremo debita fata rogo.

O cara Cynthia, nihil ego timeo pallidos manes, neque de funeribus supremo busto

2 *Facta* Mentel. Voss. 3. obvia aberratione.—3 '*Honore* Heins. N. Prop.

NOTÆ

1 *Non ego nunc*] Significat Propertius se non tam mortis metu commoveri, quam se vereri, ne Cynthiæ suæ amore funus suum careat; testaturque istum sibi timorem ipsa sibi morte esse acerbiorem. Tandem dicit, dum vita superest, amori esse indulgendum.

Tristes manes] Manes dixerunt antiqui, animas hominum e corporibus egressas, vel Deos Inferos, ut docet Servius.

2 *Debita fata rogo*] 'Fata' dixit pro cadavere. Fata porro debentur extremo rogo, nimirum qui supremo accenditur; quia, ut ait Horat. A. P.

Sed ne forte tuo careat mihi funus amore,
  Hic timor est ipsis durior exequiis.
Non adeo leviter nostris puer hæsit ocellis,
  Ut meus oblito pulvis amore vacet.
Illic Phylacides jucundæ conjugis heros
  Non potuit cæcis immemor esse locis;
Sed, cupidus falsis attingere gaudia palmis,
  Thessalis antiquam venerat umbra domum.

debitis laboro; sed potius *ne forsan exequiæ meæ amore tuo priventur: iste* equidem *metus est* mihi *ipsa morte acerbior. Non ita tenuiter puer* Deus *oculis meis adhæsit, ut mei cineres amore* tuo *careant oblivioso. In inferis regionibus ubi est Phylacides heros uxorem* suam *dilectam non valuit obliviscì; verum umbra Thessalis rediit domum pristinam, cupiens delicias* suas *fictis manibus contrectarè. Iis in*

et Adv. p. 329. quia mox 'amore' sequatur vs. 6. [Hanc rationem tantum pro conjectura offert Burmannus.] Id vero in opt. scriptoribus fieri solet.' *Barth. Tibi f.* Borr. Burm. 1.—5 *'Noster p. exit oc.* cod. Gebh. et sic Guarn. nisi quod vitiose *nunc puer exit* habet. *Noster p.* quoque Brix. Ald. Mur. Gryph. 1. Basil. Lond.' *Barth.* 'Noster Mentel. quat. Voss. Regg. Colbertt. mei, pr. aliæque vetustæ edd. sed *nostris* in tribus Vat. Exc. Colot. reliquisque codd. Pro *hæsit* in Voss. 3. Groning. et Ms. Gebhardi *exit:* quod ille probavit et absurde exposuit. *Egit* Exc. Mod.' *Burm.*—6 *Jacet* eund. libr. Gebh. solenni lapsu habere monet Barth.—7 *Heres* Bon. 'Miror tot Propertii interpp. et conjecturarum fertilissimum Heinsii ingenium non offendisse *Illic* hoc vs. perperam positum, cum nulla loci alicujus, vel inferni, quod hic requirebatur, præcesserit mentio, et ad superiora referri non possit *Illic*, adeoque huc irrepsisse certus sum ex vv. 11. et 13. Non dubito itaque hic emendand. esse, *Ille et Ph.*' Burm. Jacobs. in Ep. ad Ast. p. XXIII. conj. *Olim et.* Ast. p. 16. *sic et.* Posse tamen vulg. commode defendi pronuntiat Kuin.—9 'F. *f. sua tangere.* Extremum *s* in *falsis* absorpsit *s* τοῦ *sua;* cujus vocis litera ultima adhæsit cum verbo seq. ut factum fuerit *atangere:* id deinde concrevit in *atting.* Certe τὸ 'gaudia,' ubi de persona dicitur, asciscit fere sibi 'mea,' 'tua,' 'sua.'' *Broukh.* Neq male, judice Barth. Sed propter 'palmas' posse 'gaudia' intelligi etiam de amplexu censet Burm. qui vult *cupido.*—10 *Thessalus* Guarn. Dresd. Regg. Colb. 2. Franc.

NOTÆ

'Debemur morti nos nostraque.'

5 *Puer hæsit ocellis*] Cupido Deus Amoris, qui ex aspectu nascitur, et instabilis est; de quo Horatius IV. Od. 13. 'Pulchris excubat in genis.'

7 *Phylacides*] Sic dictus est Protesilaus, qui primus e Græcis navi in Trojanum littus egressus occisus est a quodam viro Dardano; quem cum mortem obiisse cognovisset ejus uxor Laodamia, optavit ut ipsius umbram videre posset; quæ, cum obtinuisset a Plutone, ut sibi per tres horas cum marito colloqui liceret, in ejus amplexibus expiravit. Rem aliter narrat Hyginus Fab. 103. et 104. qui dicit Laodamiam in pyram ardentem se conjecisse, in quam pater Acastus Protesilai effigiem conjecerat. Protesilaus autem dicitur Phylacides ab avo Phylaco, qui Phylacam urbem Thessaliæ condidit.

8 *Non potuit immemor esse*] Non potuit non recordari Laodamiæ di-

Illic quicquid ero, semper tua dicar imago;
Trajicit et fati littora magnus amor.
Illic formosæ veniant chorus heroinæ,
Quas dedit Argivis Dardana præda viris;
Quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma
Gratior: et Venus hoc, si Dea justa, sinat.

locis quodcunque ero, jugiter dicar imago tua. Transcendit etiam Inferorum fluvios magnus amor. Iis in locis floret heroidum pulchrarum cœtus, quæ viris Argivis ex Dardana præda contigerunt. Quarum nulla mihi fuerit te pulchritudine præstantior, o Cynthia; sic etiam istud tellus justa patiatur. Quanquam diutur-

1. pr. edd. *Thessalis* defendit Burm. *Verberat* Voss. 1. Burm. 2. In ed. Volsci *noverat*. Pro *antiquam* Jacobs. *affectam:* quam ingeniosam, sed non necessariam pronuntiat Kuin.—11 *Dicit* Regg. Colb. 2. Leid. 2. pr. edd. inter quas Brix. Damnat Burm.—12 ' *Traicit* noster 1. Colin. et Venet. princeps. [Hanc non esse ed. pr. colligend. e Barthio, qui monet p. XXIV. editionem omnium primam Broukhusio ne cognitam quidem.] Quæ vera est scriptura.' *Broukh.* ' Addo,' ait Barth. ' etiam in Ald. 2. et Gryph. 1. scribi *Traicit. Traiciet f.* Dresd. quod locum communem sapit.' F. legend. *Trajicit f.* conjecit Burm.—13 ' Passeratius *vernant* videtur legisse: ita certe exposuit: quod unde habuerit non possum conjicere: libri vett. nihil mutant.' *Broukh. Barth.* qui addit: ' Gebh. negat se in ullo lib. hanc deprehendisse lect. Neque Broukhusii neque nostri libri quicquam mutant; nisi quod Silv. cum Dresd. *veniat* exhibet. *Illinc* Palat.' ' *Illinc* Mentel. *Illuc* Voss. 4. *Veniat* minus bene in Borr. Voss. 1. Dorv. 2. et meo. *Vernant* Exc. Colot. et Vat. 1.' *Burm.*—15 Seriem sermonis postulare *Harum* censent Broukh. Barth. Heins. N. Prop. et Adv. p. 329. et Franc.—16 *Hæc* Bon. ' Locus manifestam corruptelam præ se ferre videtur, et æstuat valde Passeratius, ut *justam tellurem* exponat benignam ac propitiam, vel quia omnibus paret, aut communis hominum mater sit. Volseo exponebatur: Tellus, quæ ante diem nos perimat; et male alios inferna loca intelligere notavit. Broukh. *tellurem*, quæ Deos manes continet, interpretatur. Reliqui altum silent. Parenthesi hæc verba includit Ayrm. Markl. ascripserat ex Ov. Ibide 168. ' Respuet invisum justa cadaver humus.' Vulpius hunc sensum affingit: Tellus nolit mihi succensere, si te unam omnibus priscis heroinis anteposuero. Hæc quam contorta sint, non opus est multis ostendere. Assentior Heinsio, qui in voce *tellus* latere ulcus fuit odoratus: sed licentiæ criticæ nimis indulsit conjectando *et scelus hoc ne Cytherea sinat:* ut *cita* scriptum fuerit, et hinc *ita* venerit, omisso *ne*. Certe illud *ita* hic valde friget: sed *justa* non rejiciend. videtur. Molliori curatione locum h. affectum sic sanare tenta-

NOTÆ

lectæ conjugis, sed rediit in domum pristinam, ut eam videret.

10 *Thessalis umbra*] Umbra nempe Protesilai, qui fuerat Thessalus. Sic dicitur Ovidio in Epistola Laodamiæ ara Thessalis: ' Nulla caret fumo Thessalis ara meo.'

13 *Formosæ chorus heroinæ*] Heroidas sive Heroinas forsan significat, de quibus II. El. 28. loquitur, quæ Græcis obtigerunt in divisione Trojanæ prædæ; scilicet, Iliona, Cassandra, Briseis, Andromache, Tecmessa, &c.

14 *Dardana præda*] Trojana, de qua Virgil. ' Pueri et pavidæ longo ordine matres Stant circum.'

Quamvis te longæ remorentur fata senectæ,
  Cara tamen lacrymis ossa futura tuis;
Quas si, vita, mea possim sentire favilla,
  Tum mihi non ullo mors sit amara loco.
Quam vereor, ne te, contemto, Cynthia, busto,
  Abstrahat a nostro pulvere iniquus Amor;
Cogat et invitam lacrymas siccare cadentes!
  Flectitur assiduis certa puella minis.

ne te senectutis fata retineant, tui *tamen cineres dilecti meis fletibus erunt. Quæ tu* modo *vivens possis sentire, me cremato; mihi mors nusquam sit molesta.* Sed eheu! *quam timeo, ne*, meo *rogo neglecto*, alterius *amor injustus te*, o *Cynthia*, *a meis cineribus arceat, ac fletus ebortos exsiccare* te *invitam cogat. Continuis* enim

bam: *et Venus hoc, si Dea justa, sinat. Si Dea justa* apto colore poëtico inseretur, quia formosis invidiosa Dea est.' *Burm.* Ast. p. 17. legit *Gratior. At Tellus hoc ita justa sinat: Quamvis, &c.* At interpretatio, quam dat huic lect. videtur Kuinoeli contorta, qui astipulatur potius Burmanno. Vulg. defendit Lachm., qui monet *Tellurem* esse inferos, Gr. χθόνα; et Propertium *justos* inferos sperare, ut se Cynthiam heroinis præferre patiantur; tandemque hoc votum vocat ' tenerrimum, cujus nullam literam perire volumus.'—17 *Longa senecta* malebat Franc.—18 ' *Fut. meis*, quod rectum videtur, exhibent omnes libri.' *Broukh.* ' *Tuis* ed. Scal. contr. sensum ipsum Poëtæ. *Cana t. l. causa f. m.* vel *Sparsa t. &c.* Heins. audacissime.' *Barth.* Alteri conj. obstat Burmannus: ' *Sparsa lacrymis ossa futura*, pro, ossa lacrymis spargentur, quis ferat? sive *meis* vel *tuis* legatur, utrumque Francio durissimum videbatur. Tentabat Eld. *Cara tamen simulacro ossa futura meo. Lacrymis tuis* revocand. puto [et recte, judice Astio: quod probant et Waard. Kuin. Lachm. et Ast.] ex aliis edd. Certe *cara lacrymis tuis*, s. *meis, ossa* hic valde obscura sunt.' *Burm.* Hoc distichon post sequens transfert Lachm. —19 ' Melius Aur. *Quæ tu, Vita, mea possis*, notante ad cod. sui oram Dousa P.' *Broukh.* ' Locus satis adhuc obscurus. *Qua tua viva* Leidd. quat. Voss. Dorvv. mei, Ask. et pr. aliæque vetust. edd. Passeratius, cum in vett. libr. reperisset *Quæ sine te me possis*, legend. conjecit *Quæ sine te viva possim sentire favilla.* Ayrm. *Quod si viva meas possis sentire favillas:* cui favent Exc. Mod. in quibus habetur *Quæ tu viva meam possis sentire favillam.* Minus certe hic mihi arridet distinctio Heinsii N. Prop. p. 674. *Quæ meu dum viva possis sentire favilla Te, mihi non ullo, &c.* ut *te viva* conjungantur. Recte autem me fecisse opinor, quod *viva* huc revocaverim, quæ lect. a tot codd. et vetustis edd. confirmatur. Nam quod Broukh. ediderit, nullius cod. consensu suffultum, etiam improbabat Hemst. cui *viva* majorem hic vim habere videbatur.' *Burm.* qui cum Barth. et Lachm. edidit *Quæ tu viva mea possis sentire favilla.* Quæ erat vulg. lectio. Vulp. non opus esse mutatione pronuntiavit. Eld. tentavit *Quum tu viva meam possis sepelire favillam.* Ast. legit *Quæ si, vita, tua possis miscere favilla Tunc mihi, &c.* Cui repugnare videtur Kuinoeli vs. 17. Waard. legit *Quas* (sc. lacrymas tuas) *si, vita, mea possim sentire f.* Wassenburg. in literis ad Waard. datis *Hac tu, vita, meam possis lenire favillam.* Cui conj. magnopere putat Kuinoel Passeratii librorum lectio.—20 *Rogo* Francc. Borr. quod non placet Broukhusio.—21 Burm. notat *contente* esse in Leid. 1. et *contenta* in Mentel. Vid. ad 1. 2. 3.—22 *A* legunt Broukh. Barth. Burm. Lachm. et est in Heinsian. Mentel. Borr. aliisque. *E* tres Voss. Groning. Dorvv. Bon. Ald. 2. Mur. Gryph. 5. Gebh. Livin. Græv. *Funere* Heins. sed Burm. ' non solicitat vulgatam.'—23 *Cogar et invitas* Voss. 1. Burm. 2. *Invitas* Colb.

Quare, dum licet, inter nos lætemur amantes. 25
Non satis est ullo tempore longus amor.

mixis constans etiam *puella* tandem *vincitur. Itaque, donec fas est, invicem simul una amantes gaudeamus; nullo temporis spatio diuturnus satis est amor.*

quod damnat Burm. qui aliquando tentabat *calentes*, sed tandem 'nil mutat.' —24 'Guy. *assidua prece;* idque firmabat locis Nostri et Tibulli: cui viæ si insistemus, nusquam addicentibus libris, jam nihil omnino in ullo scriptore tam obscurum erit, quin id tibi audax aliquis interpolator clarius reddat, quam solis esse solent radii cum sudum est.' *Broukh.* quem merito rejecisse Guyeti emend. censet Burm. *Mixis* defendit et Markl. *Certe p.* Colin. *Victa* Franc. Possis etiam, ait Burm. *recta p.*—25 'Versus hic durus videbatur Francio. Mollior f. ad ejus aures accessisset, si ita scripsisset Auctor, *Dum licet, inter nos igitur lætemur amantes.* Sed ejusmodi numeros, nonnullis ingratiores visos, sæpe prætulit Poëta, quos frustra transpositione verborum mollire alii tentarunt. Suum itaque Propertio relinquamus genium. Amat autem Noster finem Elegiæ, post alia, quæ præcesserant minus læta, voce hac 'quare' absolvere, proposita ratione ista corrigendi.' *Burm.*—26 Guy. *Non satur est u. t. lætus a.* Quæ est, ait Broukh. hæc intemperies corrigendi, immo corrumpendi? Acclamat Heinsius, inclamat Barthius.

NOTÆ

25 *Inter nos lætemur amantes*] Ut Catullus ad Lesbiam: 'Vivamus, mea Lesbia, nosque amemus.'

26 *Non satis est ullo tempore longus amor*] Æternus et sine fine debet esse amor. Unde II. 15. 'Errat qui finem vesani quærit amoris; Verus amor nullum quærit habere modum.'

ELEGIA XX.

AD GALLUM.

Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore,
Id tibi ne vacuo defluat ex animo:

O *Galle, istud te admonemus pro* nostra *necessitudine nunquam intermissa, ut illud tibi ex otiosa memoria non excidat. Frequenter incauto amatori* adversa

1 *Hæc* Brix. Ald. 1. '*Hæc* male Mentel. Regg. Borr. alique: nam *Hæc* non admittit sequens *Id:* licet utrumque *Hoc* et *Id* eod. disticho cumulatum offendat. Itaque non displicet, quod in Leidd. et Voss. 2. 3. legitur, *At pro continuo te, Galle, monemus amore.* Elegans est usus τοῦ *At* initio orationis, cum quadam increpatione et admonitione. *Hoc,* sequente *id,* displicuisse

NOTÆ

1 *Hoc pro continuo*] Exemplo Herculis, cui Nymphæ Bithynicæ puerum Hylam rapuerunt, monet Poëta Gallum, ut formosum puerum, quem in

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Crudelis Minyis dixerit Ascanius.
Est tibi non infra speciem, non nomine dispar,
Thiodamanteo proximus ardor Hylæ.

fortuna occurrit; infestus Minyis testis fuerit Ascanius. Est tibi amor pulchritudine non inferior, nec nomine impar, proxime accedens ad Hylam Thiodamanteum.

etiam Heinsio videtur, quia altero versu *Fors tibi* conjecerat. Pro *defluat* vitiose in Heinsiano *defleat*: nisi *deleat* voluerit librarius, quanquam *defluat* minime sollicitand. sit, quia aptissimum est verbum de illis, quæ memoria elabuntur: ut bene hic observavit Passeratius.' *Burm.*—2 *Hoc* repetere Guyetum, et Heinsio neque *Hoc* neque *Id* placere monet Barth.—3 *Fortunam occurrere* Heins. sed vulg. multo plus gravitatis habere pronuntiat Barth. et tuetur Burm. *Decurrit* Francc. Borr. *Curvit* Voss. 2. *Amori* in aliis. *Amandi* Ayrm.—4 'Mur. cum istud tenebrionis Volsci commentum *dux erit* esse putaret a libb. vett. ejecto *Ascanio*, reponebat *Æsonius*, contra fidem historiæ.' *Broukh.* '*Nimius dixerat* Bon. *Minius dixerat* Guarn. *Dixerat* plerique codd. et Brix. unde Volscus *dux erit*, quod ad edd. Ald. Mur. Gryph. 1. Basil. transiit, et a Turnebo II. Adv. 15. defenditur. *Dixerit* est ex emend. Scal. consentiente Aurato in Notis Dousæ non editis: et sic liquido scribitur in Dresd. *Æsonius* hic et vs. 16. reponit Mur. contr. fidem historiæ.' *Barth.* '*Minyis*, s. Argonautis, restituerunt viri docti, ex corrupta codd. vett. scriptura, in quibus vel *nimius*, ut in Leid. 1. Voss. 2. 3. Borr. Colb. meoque 1. *Minimus* 2. *Minuis dixerat* Regg. In aliis *duxerat*, ut in Perr. v. c. in cujus tamen marg. a m. recent. *Minyis dixerit*: quam lect. verissimam esse jam vidit Beroaldus: et ita restituend. monuit Scaliger tam N. ad h. l. quam ad Catalect. p. 249. sive ad Elegg. Virgil. ad Messal. vs. 24. Male Volscus, Turnebus, et Frut. *dux erit*: quod merito improbavit Passeratius. His accedat rectum J. F. Gronovii judicium tam in Obss. quam in Gustu ad Stat. Theb. II. 108. De hac igitur lect. non dubitand. est, neque de altera *Ascanius*: nam humani aliquid hic passus est Mur. cui *Æsonius* pro Jasone reponend. videbatur. Carrion. ad Val. Fl. III. 596. *dux erit* male affert, et refutat illos, qui *Æsonius* legunt, Muretum cogitans. Quod autem Rutgers. totum hoc distichon trajiciend. post vs. 14. et legend. censuerit *Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti Crudelis. Minyis dixerit Ascanius. Quæ miser, &c.* viros eruditos ei consensuros dubito: et huc f. respexerit Gronov. III. Obs. 3. init. ubi, Elegiam hanc Propertii recensendam sumens, scribit 'eam a summis viris tractatam, nondum tamen satis intellectam, et hos nimium nimiumque sibi indulsisse. Equidem nullam trajectionem versuum admiserim.'' *Burm.*—5 *Et* Dresd. *Spem* Guarn. *Specie* Heins. quod damnant Barth. Burm. hic quod *infra specie* sine exemplo putat: ille quod *specie* statuit esse citra necessitatem. *Infra speciem* Burm. 2. sed *juxta* 1. in marg. *Specimen* Mentel.—6 *Thermodonteo*

NOTÆ

deliciis habebat, diligentissime defendat a rapina Nympharum Ausoniarum, nec incomitatum vagari sinat, ne idem patiatur, quod in Hyla passus est Hercules.

4 *Crudelis Minyis Ascanius*] Minyæ dicti sunt Argonautæ, qui in Colchos ad vellus aureum cum Jasone navigaverunt; quod eorum plurimi ex Minyæ regis Orchomeni filiis orti fuerint. Dicti etiam sunt Minyæ populi omnes Orchomenii et Locris in Thessalia finitimi. Ascanius lacus et flumen est Bithyniæ juxta montem Olympum. Dicitur autem Ascanius crudelis Minyis, quia ex eo fuerunt Nymphæ, quæ Hylam rapuerunt Herculi; quem raptum adeo moleste

Huic tu, sive leges umbrosæ flumina sylvæ,
Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes,
Sive Gigantea spatiabere littoris ora,
Sive ubicumque vago fluminis hospitio; 10

Jam vero, seu iter facias secus fluvium nemoris umbriferi, seu aqua Aniena pedes tuos alluerit, seu deambulabis juxta littus in *regione Gigantea, seu quocumque erra-*

Dresd. *Thenodamantheo* Brix. quæ habet et *arbor. Thiodamantheo* Ald. 2. et ed. Mur. *Terodamanteo* in primo Leid. et Vossiano. *Therodamanteo* in utroque secundo et Burm. 2. *Therodantheo* Neap. *Therodamantheo* pr. edd. sed recte, judice Burmanno, *Thiodamanteo* Dorv. 2. et sic edidere Broukh. Barth. Lachm.—7 ' Scripti fere *Hunc tu*. Recte. Ita et Gronov. et jam olim Livin. quem observasse videbis id quod Gronovius a nemine observatum miratur.' *Broukh.* ' *Hunc* Bon. Vat. Dresd. Posth. ed. Græv. *Nunc* Brix. Venet. Add. cett. quod Livin. corruptum putat ex *Hunc:* ipse tamen reponend. judicat *Huic.*' Barth. ' *Huic tu* in marg. ed. Ald. Etiam conjecerat Heins. Male Passeratius *Hunc* tuetur, legitque *cupida rapina. Nunc* Leidd. Voss. 1. 4. et Dorv. 1. ut in pr. aliisque vetust. edd. *Legis* Leid. 2. Regg. et pr. edd. sed reliqua viris doctis suspecta propter *umbrosæ sylvæ* epitheton nimis generale, in quo latere nomen proprium *Thesprotæ* conjecerat Heins. vel cum Scaligero reponend. *umbrosæ flumina Silæ.* Nemus enim Brutiorum est *Sila:* de quo G. Fabric. et Heins. ad Virg. Æn. XII. 715. ubi *Silæ* hic quoque prætulit, et in Epist. ad Græv. Tom. IV. Syll. p. 303. Lacum Aricinum indicari censebat Livin. sed f. intelligitur Clitumnus.' *Burm.* Pocchus habet *Hunc tu... Nympharum semper cupidis defende rapinis.* Mihi, ait Lachm. utra lect. a Prop. sit, admodum incertum videtur, nec multum refert.—8 ' *Amerina* a Scaligero [e vet. libro] est. *Amæna* duo nostri cum Borr. *Amena* Groning. [Voss. 1. 2.] *Aniena* Regg. unus Colb. [Leid. et cett.] quare hanc revocavi priscam lect.' *Broukh.* ' *Aniena* servant vestigia corruptæ codd. lectionis, in quibus *amæna*, vel *amena*, ut in Mentel. *Aniena* Ask. et pr. edd. *Amerina* tamen Scaliger, lacum Vadimonis intelligens, quod probat Jul. Fontaninus in Hist. Liter. Aquil. 1. p. 12, sed illum Vadimonis lacum nihil huc facere recte notavit Broukh. Voss. 1. [Guarn.] et meus 2. *cinxerit. Tinxerat* 1. *Strinxerit* conjecerat Heins.' *Burm.*—9 *Gigantei* Regius. *Gigantea* præfert Burm.—10 *Vadi* Heinsian. Voss. Ald. 1. Colin. Sic Aur. idque plurimis

NOTÆ

tulit Hercules, ut Minyas seu Argonautas deseruerit, et a navigatione in Colchos destiterit. Ad Ascanium raptum fuisse Hylam referunt Hyginus Fab. 14. et Strab. XII.

6 *Thiodamanteo Hylæ*] Hylas fuit filius Thiodamantis, quem Hercules rapuit, in deliciisque habuit, adeo ut etiam ipsum cum reliquis Argonautis Colchos navigans secum duxerit. Verum, cum inter navigandum Hercules remum suum confregisset, e navi simul cum Hyla egressus est, ut alium in vicinis Mysiæ sylvis quæreret. Cum autem æstu sitique graviter laboraret, Hylam cum urna misit ad Ascanium fluvium, ut inde sibi aquam afferret; sed, cum ripa altior esset, quam ut stans aquam haurire posset, procumbens in pectus Hylas urnam e manibus amisit, quam cum recipere conaretur, prolapsus in flumen demersus est. Quod præbuit poëtis occasionem fabulandi Hylam raptum fuisse a Nymphis Bithynicis. Amissum porro Hylam Hercules ita doluit, ut dimissis Argonautis a navigatione in Colchos destiterit.

8 *Sive Aniena unda*] Anio fluvius est in agro Tiburtino, qui, e sublimi fluens, in vallem subjectam præceps fertur. Inf. III. 16. ' Et cadit in pa-

Nympharum semper cupidas defende rapinas.
Non minor Ausoniis est amor, ah! Dryasin.
Ne tibi sit duros montes et frigida saxa,
Galle, neque expertos semper adire lacus:

bunde fluminis hospitio excipieris, prohibe prædas Nympharum semper amantium. Non minor cruciat amor Dryadas Ausonias, quam Mysias. *Ne* mens *tibi sit,* o *Galle, confragosos montes, et rupes gelidas, et ignotos lacus invisere. Quæ* omnia

ipsius Propertii locis probavit Passeratius, sed repudiante Vulp.—11 ' *Cupidas semper* tres Voss. et Borr. [Gryph.] sed *semper cupidas* Vat. 5. et Mentel. *Semper cupidis defende rapinis* [Vaticanus,] Exc. Mod. seu Groning. Passeratius *Hunc tu....Nympharum cupida def. rapina:* [*cupida rapina* quoque ed. Paris. Morell. Græv.] sed rectius Gronov. allique *Huic tu....N. cupidas def. rapinas,* probante Heins.' *Burm.*—12 ' *Ah Dryasin* recte: nam scripti fere omn. *Hadriacis. Ha* scribebant pro *Ah.* In Heinsii exemplari Aldino scripserat nescio quis Italus *Non m. Ausonias est amor et Dryadas.* Vellem id firmaret aliquis codex antiquus: est enim lepidus.' *Broukh.* ' *Adriacis* Bon. Guarn. Palat. 2. C. Com. Dresd. Vat. cum ascripto tamen *amadriacis.* Eod. modo exaratum in Posth. *Hadriacis* Palat. 1. Lipsius 1. Ant. Lect. 4. vult *in Dryasin,* quod edd. Græv. Leid. Loud. præferunt. *Et Dryasin* Heins. *Ausonias urit amor Dryadas* Silv. *In Dryadis,* quod Aldd. Mur. Basil. Gryph. Grasseriana habent, est cont. rationes Grammat. quæ postulant *Dryadibus.*' Barth. ' *Adriacis* Regg. Colb. Exc. Mod. Leidd. tres Voss. Dorvv. et meus 2. *Adriaticis* 1. *Hadriacis* pr. edd. ut Vicent. Venet. 2. Rheg. et Volsci. *In Dryadis* Ber. Junt. Colin. Rouill. Italus ille in cod. Heinsii Aldino, quem innuit Broukh. est Perreius, quem ignorasse eum miror, quia singulis tribus poëtis, Catullo, Tibullo, et Propertio sub finem annotavit, se cum vetustis exemplaribus manu exaratis contulisse. Ille vero in marg. ex cod. vet. *in Driasin* ascripserat, et in ima pagina, *Nec minor Ausonias est amor et Driadas. Ac Dryasin* Ayrm. *Et Dryasin* Lips. Heins. Sed f. præstat quod in Voss. 4. occurrit, *Non minor Ausoniis ardor amadriadis:* unde *Hamadryasin* elicere facile est: ut vs. 34.' *Burm. Non m. A. est amor Hydriasin* legit Lachm.—13 ' In libr. vetustis [inter quos Dresd.] est *Nec tibi sit durum m. et turbida s. Duri m. et frigida s.* unus Colb. *Durum m. et frigida s.* Groning. *Turbida s.* etiam Mureti liber habebat. *Duros m.* ex conj. Lipsius ex scriptis reponit Heinsius N. ad Ov. II. A. A. 28. quod placet: [et Vulpio placet.] Deinde emenda cum Gronov. *torrida s.* ex illo *turbida.*' Broukh. ' *Nec tibi sint duri m. nec fr.* Bon. Palat. membr. et C. Com. *Nec tibi sit durum.* Cod. Palat. *Ne tibi sim duri. Turbida* Mureti liber, quo et Vat. alludit, qui *tumbida* legit: unde Lips. 1. Ant. Lect. 4. conj. *tabida. Torrida* Broukh. sed et 18. 27. est ' frigida rupes.' Edd. Brix. Venet. Ald. cett. *Ne tibi sit durum.*' Barth. ' *Nec tibi sit durum* Borr. Ask. Leidd. Voss. 3. 4. meusque 1. *Ne tibi sit durum* Regg. unus Colb. ac priscæ edd. ut legend. censuit Rutgers. V. L. p. 218.

NOTÆ

tulos lympha Aniena lacus:' 22. ' Hic, Anio Tiburne, fluis; Clitumnus ab Umbro Tramite.' Horat. 1. Od. 7. ' Et præceps Anio et Tiburni lacus.'

9 *Gigantea spatiabere littoris ora*] Maritima est regio juxta Cumas, ubi etiam Phlegræus campus, ubi et Gigantes habitasse quondam dicuntur, et cum Diis pugnasse. Strab. v. Diod. et Apollod. 1.

12 *Ausoniis est amor, ah! Dryasin*] Non minus, ait, amant formosos Nymphæ Ausoniæ, seu Italicæ, quam Bithynicæ, quæ Hylam rapuerunt. Ausonia porro dicta est Italia ab Ausonibus populis, qui Campaniam Latiumque incoluerunt, ab Ausone Ulyssis filio sic nuncupati. Vid. Strab. v. et Plin. Dryades sunt Nymphæ sylvestres, de quibus jam supra.

Quæ miser ignotis error perpessus in oris
Herculis, indomito fleverat Ascanio!
Namque ferunt olim Pagasæ navalibus Argo
Egressam longe Phasidos isse viam;

laboriosus Hercules errans in regionibus incognitis passus apud Ascanium crudelem conquestus est. Narrant enim quondam e portu Pagasæ navem Argo egressam ad

In altero Colb. *Ne tibi sint duri montes*, ut Voss. 1. 2. Dorvv. Neap. [Guarn.] et meus 2. *Duros* v. c. Passeratii. [Neque Lipsio, ait Lachm. accedit auctoritas ex cod. in quo ita legi Passeratius auctor est.] *Duro* Exc. Scal. *Duros montes* expressit Broukh. neque obsisto. Sed, quod *torrida* Gronovium secutus dederit, non assentior: quamvis olim id probaverim in N. ad Lotich. p. 686. *Turbida* Regg. unus Colb. Leid. 1. Voss. 2. Borr. *Turgida* conjecerat Vossius: sed *frigida* Leid. 1. quat. Voss. Dorvv. mei, alter Colb. et omn. fere edd. vetust. Sic 'frigida rupes' 18. 27. ubi 'fontes et frigida rupes' junguntur; qui locus f. permovit Livin. ut hic quoque *fontes* substitueret, præsertim quia 'lacus' sequuntur. Sed eum falli docet imitatio Theocritea, in Hyla 64. &c. *Frigida rupes* etiam præfertur a Passeratio, quem vid. p. 236. idque Francio ut simplicius arridebat, qui præterea conjecerat *Nec tibi sit (durum!) montes, &c.* et sic fere exposuit Gronov.' *Burm. Mont.* defendunt illa Valerii Fl. III. 506. Legit Lachm. *Ne tibi sit (durum) montes et fr.*—14 *Inexpertos* Guy. improbante Heinsio. *Experto* Livin.—15, 16 '*Quæ miser ignotis error perpessus in oris Herculis, &c.* sic distinguend. ut 'error Herculis,' pro ipso Hercule errante, jungantur. Vid. Lips. I. V. L. 19. et Muncker. ad Fulgent. p. 73. Quod tamen ab h. l. alienum judicabat Rutgers. et *erro* legebat, ut *Hylam erronem* dixerit Propertius, quia ad aquam petendam longius evagatus fuit; sed, an puer ac minister, aquatum missus, quia processerat ultra, *erro Herculis* recte dicatur, idque genius Linguæ Latinæ admittat, viderint alii. *Misera* Ayrm. f. connectens cum 'fleverat.' Pro *ignotis* male Voss. 4. *indomitis*. Heins. legebat *Quæ miseri ignotis error perpessus in oris Herculis admoto fleverat Ascanio:* vel *Herculis indomiti*: sed f. *indomitum Ascanium* hic vocat, quem sup. 'crudelem' vs. 2. vel durum, qui nullis lacrymis movetur: ut exprimatur Græcorum ἀδάμας vel ἀδάμαντος.' *Burm.*—17, 18 '*Pegasæ* vitiose Leidd. quat. Voss. Dorv. 2. [Dresd.] Neap. aliique, et pr. edd. *Pegasos* Perr. v. c. et Vat. 2. Alii *Pegasi. Pægasæ* ed. Volsci, licet in annotationibus recte exponat de Pagase, urbe Thessaliæ, in cujus portu navis Argo fabricata fuit; unde passim 'Pagasæa navis' dicitur, et 'Pagasæus Jason,' non *Pegasæus*, ut passim male in vetustis auctorum codd. et edd. *Argon* omn. fere codd. et pr. edd. *Argon Egressum* Heinsius: navium enim nomina, præsertim si ab artifice suo, ut Argo, vel a παραδήμῳ appellatæ essent, masculino etiam genere efferuntur: nusquam tamen 'Argus' eo genere occurrit. *Longæ* Mentel. et *esse* pro *isse*, ut Leid. 1. meusque. Sed *isse* vera lectio est. Pro *longe* Heins. *Colgi* scriptum fuisse, et inde *Colchi* legend. conjiciebat: sed nihil muto. *Argon* etiam ex cod. Dorv. probabat Markl. ut 'Echon,' 'Didon,'

NOTÆ

15 *Quæ error perpessus Herculis*] Quæ Hercules errans pertulit, qui, amisso Hyla, vagabatur de fluvio Ascanio conquerens, cujus Nymphæ puerum Hylam, delicias ipsius, rapuerant.

17 *Pagasæ navalibus Argo*] Pagasa fuit oppidum Thessaliæ, Pelio monti vicinum; juxta quod Argo navis, quæ in Colchos vexit Argonautas, ædificata est: unde dicitur ab Ovidio 'Argo Pagasæa,' M. VII. et a Val. Flacco, VIII. 378. 'Hac dudum Minyæ Pagasæaque puppis.' Vid. etiam Strab. IX. 'Navalia' porro sunt loca, ubi stant naves, ut testatur Servius ad libros IV. et XI. Æneid.

18 *Phasidos isse viam*] Phasis flu-

Et jam prætoritis labentem Athamantidos undis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.
Hic manus heroum placitis ut constitit oris,
Mollia composita littora fronde tegit.
At comes invicti juvenis processerat ultra,
Raram sepositi quærere fontis aquam:
Hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles,
Hunc super et Zethes, hunc super et Calais,

Phasin usque navigasse, eamque *jam transmissis aquis Athamantidos currentem appulisse ad Mysorum scopulos. Hic* in *littoribus tranquillis ubi heroum turba consedit, amœna littora dispositis* arborum *ramis cinxit. Sed comes indomiti juvenis longius erat progressus, ut investigaret aquam raram fontis in secessu abditi. Istum duo fratres secuti, Aquilonis filii, Zethes et Calais,* ipsique *hinc inde imminentes*

'Heron,' et sim. sed *Argo* casu quarto, ut 'Dido,' 'Hero,' 'Calisto,' 'Alecto,' et sim. etiam dicitur.' *Id.* *Argo* legit Lachm. et monet sic Volsc. 1. jam dedisse.—20 *Misenum* Colbertinus. Damnat Burm. Markl. ascripserat codici suo interpungend. *M. s. applicuisse, rat.* ut *Argo ratem* conjungamus. —21, 22 '*Placidis* vulgg. Broukh. cum Heins. Adv. p. 331. et N. Prop. *placitis* præfert. Facilis lapsus librariorum. Unde et Vulp. hanc emend. admisit cum Gött. Vulg. tamen lect. tueri queas ex I. 8. 20. III. 19. 7.' *Barth.* '*Placitis* probo. Male *undis* cod. Reg. et vitiose vs. seq. *tempora f. tegit*, pro *littora*, Voss. 3. *Teget* in aliis. *Legit* Voss. 1. et Heinsian.' *Burm.* *Placidis* defendit et exhibet Lachm.—23 *Invitis* Brix. *Injuncti* Ed. Mur. nihil tamen in Schol. annotat. '*Invitis* et *se positi* pr. edd. *Invitis* etiam Regg. *Processerit* Voss. 1. et Mentel. *Precesserit* Voss. 4. et Ask. Rutgers. V. L. *proc. urna* conj. sed postea eam ipse rejecit. Non placuit Heinsio N. Prop. p. 675. qui *urnam* Hylæ potius reponend. existimabat inf. vs. 43. Utroque tamen l. *urna* posset admitti.' *Burm.*—24 Heins. improbabat Rutgersii correctionem, *Sacram.*—25 *Sectari* Palat. 1.—26 *Zetis* Venet. 1500. *Hinc.... hinc* Heins. Adv. p. 332. '*Zetes*. Ita correxi. Græcis enim ubique Ζήτης. *Zethes* male omn. fere edd. tam vetust. quam recent. et Broukhusiana, ac Vulpii. In codd. *Zetus* vel *Zethus:* confuso nomine cum Jovis et Antiopes filio Zetho, Amphionis fratre.' *Burm.* Sed legend. monet Kuin. quæ in h.

NOTÆ

vius est Colchorum a Catullo, Apollonio, Ovidio, et Valerio celebratus, de quo pluribus apud Catullum nostrum in Epithalamio Pelei et Thetidos.

19 *Athamantidos undis*] Athamantis, idos, patronymicôs, est Helle filia Athamantis Thebarum regis; quæ, dum trajiceret fretum inter Thraciam et Asiam, ibidem demersa est. Inde liquet per Athamantidos undas Propertium intelligere Hellespontum, cui nomen dedit Helle.

20 *Mysorum scopulis*] Mysi seu Mysii populi sunt Asiæ, regionem Mysiam dictam inhabitantes, Bithyniæ et Phrygiæ ita contermini, ut eorum fines determinare non sit facile. Vid. Strab. XII.

21 *Manus heroum*] Argonautarum, in quibus summi heroes, Jason, Hercules, pluresque alii.

23 *Comes invicti juvenis*] Hylas, puer Herculis.

26 *Zethes et Calais*] Aquilonis filii, quos ex Orithyia suscepit, quique cum ceteris Argonautis ad vellus aureum profecti sunt. De his Ovidius VI. M. 'Implumes Calaisque puer Zethesque fuerunt.'

Oscula suspensis instabant carpere palmis,
Oscula et alterna ferre supina fuga.
Ille sub extrema pendens secluditur ala,
Et volucres ramo submovet insidias. 30
Jam Pandioniæ cessat genus Orithyiæ:
Ah! dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin.

suspensis manibus oscula prona eripere, alternaque fuga dare conabantur. Iste subter extrema penna suspensus secernitur, ramoque insidias alatas arcet. Nunc destinat proles Orithyiæ Pandionis insectari Hylam. *Ah ibat Hylas doloris causa*

rem notavit Fischer. ad Palæph. 23. 4. 15.—27 'Assentior [assentitur et Francius,] Livineio *plumis* legenti. Posses etiam *pennis* reponere e Papinio v. Th. Sed illud melius: et minus abit a ductu literarum.' *Broukh.* 'In alia omnia abit Vulp. quem vid. *Palmis* Brix. Aldd. Colin. Mur. Basil. Grasseriana, Gryph. Scal. Leid. Lond. Græv. Vulp. *Pennis* non improbat Heins. Adv. p. 332.' *Barth.* '*Palmis* Leidd. Voss. 1. 2. 4. Dorvv. mei, et pr. edd. *Plantis* Aur. et Vossius: ut 'digiti' pro pedum digitis. *Pennis* Guy. et Græv. Ep. ad Heins. T. IV. Syllog. p. 302. et hoc unice verum esse ascripserat Markl.' *Burm.* Recte, ait Kuinoel, Mits. p. 159. censet *palmis* multo magis Propertianam esse quam lectt. reli. neque ullam satis idoneam causam adesse, cur ea eliminanda sit, cum palmæ, ut *ταρσοὶ* Gr. declarent ipsas alas Boreadum. Quibus vv. dd. assentitur et Lachm.—29, 30 *Seducitur* Bon. *Concluditur* Brix. 'Miror nihil obscuro huic l. illustrando contulisse Broukhusium. *Secluditur* manifeste corruptum videtur: in quo verbo explicando misere se torquet Passeratius, neque satisfacit Vulpius. *Subducitur* Mentel. Voss. Ask. [Guarn.] *Concluditur* Regg. Leid. 2. 3. et pr. edd. *Producitur* Voss. 3. *Succluditur* 4. *Subcluditur* Colb. [Dresd.] Dorv. 1. et Borr. Græv. Ep. ad Heins. Tom. III. Syllog. p. 303. tentabat *Ille sub extremum intendens subducitur illis, Et volucrum ramo summovet insidias.* Sed melior videtur Heinsii conjectura Ep. seq. p. 304. *Ille sed extrema pendentes ludit in ala, Et volucres ramo, &c. In extenta ala* id. Heins. In N. autem ad Prop. post Adv. p. 675. conjiciebat *Ille sub extremam tendens se protipit umbram.* Sed ex his conj. præplacet omnium optima *Ille sed extrema pendentes ludit in ala.* Neque *volucres* cum Græv. mutand. in *volucrum* [quod habet Posth.].' *Burm. Seclud.* exhibent Broukh. Barth. Lachm. qui totum versum explicat. —31 '*Cessit* Groning. quod Livin. probat. Melius Gronov. *cessat*, quomodo est in altero Regio.' *Broukh. Cesset* edd. pleræque. *Orithyia* Dresd. '*Cessit* Voss. 1. Dorv. 2. Exc. Mod. seu Groning. Mentel. et sic Heinsius, vel potius *cessant*, ut uterque Calais et Zetes, Boreæ et Orithyiæ filii, intelligantur. *Cesset* tamen Leid. 2. quat. Voss. Dorv. 1. Ask. mei. Broukhusius *Orithyiæ* male hoc in vs. et II. El. 26. 51. edidit, punctis appositis: quod metro obstat, quia *Ὠρειθυία* Græcis est, et ideo secunda corripi nequit: sed contrahendæ sunt duæ ultimæ syllabæ, ut versus sit spondaicus: quod jam monuit Pierius ad Virg. IV. G. 463. *Orithiæ* hic legitur in Leid. 1. meisque,

NOTÆ

28 *Oscula supina*] Superne inversa, quia prono erant ore e cœlo volitantes Zethes et Calais supra Hylam, qui respiciens cœlum supino erat vultu.

31 *Pandioniæ Orithyiæ*] Orithyia dicitur Pandionia ab avo suo Pandione, patre Erechthei Athenarum regis, cujus fuit filia.

32 *Hamadryasin*] Quas Nymphas

Hic erat Arganthi Pege sub vertice montis
Grata domus Nymphis humida Thyniasin;

futurus *Hamadryadibus*. *Ibidem in ipsis radicibus montis Arganthi erat Pege, domus humida, jucunda Nymphis Thyniacis; supra quam rore educata poma pende-*

ut in edd. priscis, Vicent. et Rheg. sed in Venet. 2. *Orithyæ*, ad indicandam syllabarum contractionem. Optime Servius ad illud Virgilii XII. Æn. 83. 'quos ipsa decus dedit Orithyia,' annotat: 'Hic versus σπονδιάζων est; nam θυι diphthongus Græca est.' Eod. modo peccatur vulgo in nomine 'Ilithyïæ.'' *Burm.* Aut *cessat* aut *cessit*, non *cesset*, legend. censet Lachm.—32 *Ibat amadrias hinc* Bon. '*Ibat Hamadryas hinc* Regg. et Colbertt. Leidd. quat. Voss. Ask. Dorvv. meus 2. et pr. aliæque edd. versu admodum inconcinno. *Hinc ibant* meus 1. *Ibat hinc Hamadryas* Borr. *Ibat Hylas Dryasin* Ayrm. quod jam occupavit Rutgersius: ut sup. vs. 12.' *Burm.*—33 'Ita locum vexatissimum feliciter restituit Turnebus II. Adv. 15. In alia omnia iverant Dom. Calderinus ad Papin. I. Sylv. 5. Hermol. Barbarus ad Plin. VII. 48. Beroaldus, alii.' *Broukh.* *Arganti* Guarn. Dresd. '*Arganthonei* Muretus, quia 'Αργανθώνειον ὄρος vocat Apollonius: sed id. etiam ex Orphei Arg. 'Arganthum' illum montem dictum ostendit. *Phege*, *Phlegre*, et *Phelegre* codd. et edd. mult. Turnebus docuit *Pege* legend. Πηγὴ s. *pege* fons est: et sic in suo cod. scriptum esse testatur Heins.' *Barth.* '*Phlegæ* Leid. 1. *Phlegræ* meus 1. *Arganthi Phlegre* unus Colb. alter *Arganthi Fege*. Reg. 1. *Arganthi Phegæ*: 2. *Arganthophagi*. *Phrege* Voss. 4. *Phege* Leid. 2. tres Voss. Dorv. 1. Exc. Scal. et Ask. *Phegi* Dorv. 2. *Phlegæ* Mentel. *Phlege* Borr. *Phegie* Neap. [Contra dicit Lachmannus: 'Neap. (nam de hoc, ut in aliis multis, quæ non commemoramus, fallit Burmannus) *arganthiphege subvertite*.'] *Arganti Phegæ* pr. edd. *Arganti Phlegre* Groning. et Aldd. *Arganto* Perr. v. c. *Argantonini* Vat. 2. [Brix. Venet. 1500.] *Arganthonii* Vat. 5. *Arganthonei* Exc. Colot. quod favere posset Mureto, qui legebat *Hic erat Arganthonei sub*, deleta voce *Pege*. Neque felicius *Hic erat Arganti Phagi* Domitius Calderinus ad Stat. Sylv. p. 31. Mureti emendationem laudavit Toup. Emend. ad Suid. P. 1. p. 171. 172. sed mirari satis nequeo, viro eruditissimo in mentem venire potuisse, quod et Lipsio olim exciderat, *pege* voce Græca, πήγη, hic pro Latina, fonte, usum fuisse Propertium, idque in politissimo scriptore Romano sibi semper putidissimum visum fuisse addit; quod profecto æque insolens et putidum esset, ac si pro voce Græca κρήνη hic scripsisset *crene*, vel alio in l. *sub frondibus hules* pro *sylvæ* posuisset: certe non minus ridicule, quam quod nonnulli in optimo Epigrammate veteri scriptum fuisse existimarunt, 'Cui precor ut cineres sint ἴα, sintque rosæ:' pro *cineres lilia sintque rosæ*. Hinc amplexus fuit Toupius illud Mureti. Ne quid de versus duritie dicam, *Phege* suo l. minime movend. est, reclamantibus omn. codd. (quorum varietates, nomen proprium indicantes, vel ideo accuratius paulo ante produxi) et quicquid est priscarum edd. Locum vero hunc desiderare Marklandi εὐστοχίαν addit Toupius, quem solum in hujusmodi rebus nasum atque oculos habere dicit. Sed nihil suo exemplari ascripserat Marklandus, certus procul dubio, nulla alia hic emendatione opus esse, postquam

NOTÆ

supra vocavit Dryadas, vocat nunc Hamadryadas, utpote omnino easdem.

33 *Arganthi Pege*] Arganthus seu Arganthonius mons est Bithyniæ ad urbem Prusiam, ad cujus montis radices fuit fons dictus Pege, ubi raptus fuisse dicitur Hylas, ut noster hic refert poëta, cui concinit Strabo XII. qui ad montem Arganthonium raptum fuisse tradit Hylam Herculis puerum, dum iret aquatum.

34 *Thyniasin*] Bithynicis: Bithynia enim dicta etiam fuit Thynia a Thyno,

Quam supra nullæ pendebant debita curæ
  Roscida desertis poma sub arboribus;
Et circum irriguo surgebant lilia prato
  Candida purpureis mixta papaveribus;
Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui,
  Proposito florem prætulit officio.
Et modo formosis incumbens nescius undis
  Errorem blandis tardat imaginibus.

bant ex incultis arboribus nulli hominum curæ debita, et undequaque vernabant irrigato prato lilia alba rubris inserta papaveribus; quæ nunc colligens more puerorum teneris manibus, suscepto muneri hauriendæ aquæ *flores anteposuit: nunc vero ignarus in aquas jucundas inclinans errorem* suum *longiorem facit arridentibus* sibi

Turnebus *Pege* legend. monuisset: quod nomen proprium fontis est, unde ‘ domus humida Nymphis grata’ hic dicitur, non vero substantivum Græcum pro Latino, fonte. Non male itaque Scaliger *Pegæ:* [quod exhibet Lachm.] sed singulari *Pege* hic usus est Propertius, *Hic erat Arganthi Pege, &c.* quod procul dubio viris doctis ansam dedit cogitandi de *pege*, Latina terminatione ex Græc. πηγή desumta. Scrupulus quidem omnis tolleretur, si Apollonius κρήνην, ἣν καλέουσι Πηγήν, ejusque Scholiastes scripsisset, ὄνομα κρήνης Πηγή, οὕτω κυρίως. Sed f. indicare voluerunt, fontem hunc, magna aquarum copia scatentem, vocatum fuisse πηγὰς, s. vim aquarum: ita ut ex earum abundantia in nomen proprium ap. incolas abierit fons, vero nomine ‘ Ascanius’ dictus. Πηγή enim sua notione fontem significat, sed πηγαὶ de aquarum copia dicuntur. *Arganthum* vero Propertius vocavit montem, ut Orpheus Arg. Ad Suid. in Ἀργανθώνη Sevinus in Histor. Acad. Inscript. et eleg. Liter. Tom. III. p. 339. videtur etiam *pege* pro fonte, minore litera, non pro *Pege*, nomine proprio, accepisse.’ *Burm.*—34 ‘ *Thyniason, thiniasim, thimasini, thyniacis, tyniacis* aberrant codd. et edd. ap. Livin. Vulp. et Dresd. ap. me.’ *Barth.* Male in Borr. *Thyniacis*, recte in Neap. Perr. v. c. Mentel. Exc. Scal. aliisque, et edd. vett. *Thiniasin* esse statuit Burm.—35 ‘ *Nullæ* etiam tres e nostris: quomodo bene editum [e cod. suo] Scaligero.’ *Broukh.* *Nullæ* plerique codd. et pr. edd. ut Vicent. Venet. 2. Rheg. et Volsci, sed *nulli* Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliæque, ut Voss. 4. Hanc itaque l. referunt viri docti inter exempla, licet rariora, in quibus *nullæ* tertio casu pro, nulli, occurrat. *Nulli* tamen hic præferebat Heins. Dresd. *nullæ.*—36 ‘ *Rosida* omn. fere codd. et pr. edd. An *f.* pro *Rorida?* Burm. *Rosida* Brix. Venet. 1500. Gryph. 5. sed Gryph. 1. *Roscida.*—37 ‘ *Circum irrig.* edd. plurimæ, etiam Leid. *Circumrig.* formetur ad imitat. Gr. περιῤῥυτος.’ *Barth.* qui cum Broukh. edidit *circumrig.* Præferend. putavit Burm. et exhibet Lachm. omn. fere codd. veterum, Reg. Colb. Leidd. Vossianorum, Dorv. Francc. Borr. Groning. ceterorumque, et edd. priscarum lectionem *circum irriguo:* ut volebat etiam Titius ad Calpurn. Ecl. 1. 35. vel *circum rigno*, ut in v. c. Scal.—38 *Mixta* Groning. et sic edidere Lachm. et Burm.—39 *Quem* Francc. Dresd. Damnat Burm.—40 *Flores* Guy. ap. Heins. *Pertulit* Groning. Francc. Borr. Damnant Barth. Burm.—42 *Tradit* Vat. 1. Perr. v. c. Damnat Burm.—43 *Dimiss.* nonnulli

NOTÆ

Arganthones Nymphæ filio; seu a Thynis populis, qui eam regionem incoluerunt. Vid. Notas in Catullum nostrum et Plinium.

Tandem haurire parat demissis flumina palmis,
  Innixus dextro plena trahens humero.
Cujus ut accensæ Dryades candore puellæ,
  Miratæ solitos destituere choros,
Prolapsum leviter facili traxere liquore;
  Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa; sed illi
  Nomen ab extremis fontibus aura refert.

simulacris. Demum aggreditur manibus depressis in fontem *dextro humero innitens aquam trahere. Cujus pulchritudinem admiratæ, ejusque amore incensæ Nymphæ Dryades choreas reliquerunt consuetas,* ipsumque *procumbentem aquæ molli facile attraxerunt. Tunc Hylas edidit clamorem* a Nymphis *raptus. Cui Alcides procul responsa ingeminat. At illi ab imis fontibus nomen aër reddit. O*

codd. Damnat Burm. *Flumine* Voss. 2. Heins. *fl. in urnis:* non opus statuit Barth. Burmanno non minus blanditur quam Rutgersii *processerat urna* vs. 23. præsertim propter 'haurire.'—44 'Amplector elegantem Heinsii correctionem ad Ov. III. A. A. 307. [et N. Prop.] *Nixus et exerto.*' Broukh. Multis quidem locis, respondet Barth. probavit Broukh. ita pingi a poëtis, qui se ad opus aliquod accingant: sed quid hæc libris non addicentibus? Vulg. esse veram notat Markl. ad lib. sui marg. ita distinguens, *Innixus dextro, pl. trahens,* h. Vulg. quoque defendit Hemst. nec diffitens elegantissimam esse Heinsii emend. quam Burm. defendit, ac voluit recipere, recepissetque nisi motus esset auctoritate Hemsterhusii. Vulg. exhibet Lachm. —45 '*Quovis* in Vossiano, i. e. *Quojus:* ut vs. 49. 'Quoi procul Alcides' in Dorv. pro veteri scribendi modo. Sic *quoiquam* in Mss. et pr. edd. El. 9. 23. El. 12. 7. et alibi: quod ubique indicium præbet, tales codd. ex antiquioribus Mss. derivatos esse. *Hujus ut* Heins. f. quia in aliis codd. et edd. [inter quas numerat Barthius Ald. 1. et Basil.] *et.* Sed *Cujus ut* Regg. Colbertt. Borr. aliique. [Broukh. monet *C. ut* esse in Francc.] *Cujus innocensæ* in duobus libr. legi testatur Lipsius. [Sic Vat. ap. Livin.]' *Burm. Ut* exhibent Broukh. Barth. Lachm.—46 'Palatinus *deseruere.* Nihil mutand.' *Broukh.* Sic Bon. quoque, ex interpretatione, judice Barth. Vulg. vindicabunt, auctore Burm. quæ notavit Heins. ad Ov. Ep. XVII. 196. *Solidos* Dorv. 2. Damnant Burm. Kuin.—47 '*P. et l.* Heins. [N. Prop. et Adv. p. 233.] sensu id requirente. *Fragili texere* corrupte Voss. 3. *Texere* etiam Perr. v. c. Ald. 1. Junt. Colin. [Venet. 1500. Basil. Grasseriana,] ac Gryphii, quod Passeratius explicat, undis mersere. *Struxere* vitiose Vat. 1. Sed *traxere* Neap. Groning. aliique, et pr. edd. quæ verissima lectio est.' *Burm.* Monet Barth. Heinsium voluisse *lacerto* l. c.—49, 50 'Pro *Alcides* Gronov. in Obs. suspicatur *Elatides* vel *Ilatides* legend. ex Apollon. I. 1241. qui scribit raptum Hylam et clamantem primum auditum esse a Polyphemo

NOTÆ

47 *Prolapsum leviter traxere*] Apollonius fabulatur Nympham Ephydatiam Hylæ cervicem manibus fuisse amplexam, ut ipsum exoscularetur, dum aquam hauriret, sicque ipsum in fontem dejecisse præcipitem. Valerius autem Flaccus Dryopen vocat Nympham, a qua raptus dicitur Hylas. Theocritus tres simul Nymphas Hylam in fontem præcipitasse fabulatur.

His, o Galle, tuos monitis servabis amores,
Formosum Nymphis credere tutus Hylan.

Galle, his exemplis delicias tuas defendes, ausus Nymphis pulchrum Hylam committere.

Elatide, et ab eo nuntium rei ad Herculem perlatum fuisse. Sed secutus est Noster Theocritum, in Hyla 55. Rutgers. V. L. p. 223. longe aliter interpungit, emendatque, *Tum sonitum rapto corpore fecit*, HYLA *Cui procul Alcides iterat. Responsa sed illi Nomen ab extremis, &c.* quod probavit Alardus ad Val. Fl. III. p. 213. Hanc tamen Rutgersii conjecturam, quamtumvis blandientem, et quæ Hemsterhusio mirifice placuit, rejecit Dorvillius, non levi gustu in perspiciendis veterum poëtarum, Propertii præsertim, elegantiis exercitatus, [verba Hemsterhusii in eum ipsum vertit; dixerat Hemst. se certum habere hæc talia gustu quodam in percipiendis Veterum elegantiis exercitato potius dijudicari quam conquisitis studiose argumentis,] in Misc. Obs. Tom. I. p. 134. eamque everti notat a formula illa in fine versus, 'sed illi,' non tantum aliis poëtis, sed Propertio præ ceteris, amata. Neque transitu illo in sequentem versum, Propertio minus frequenti quam Catullo, opus erit, si cum Heinsio legamus *Quem procul Alcides iterat: responsa sed illi Nomen ab extremis montibus aura refert. Iterat responsa* tamen conjungenda, neque *responsa* cum ceteris sic connectenda videntur, *sed responsa illi nomen refert aura.* Neque placet *montibus* cum Heinsio substitui pro *font.*' Burm. 'Fonteinius, referente Huschkio in Ep. ad Sant. editioni suæ Broukhusianæ ascripserat *Alcides ter Hyla respondet, at illi*, quæ lect. propius accederet ad verba Theocr. XIII. 58. sed propius, inquit Huschk. responderet literis conjectura illa, si legeretur *Alcides ter Hyla responsat, at illi.* Recte, sed nihil mutand. videtur, cum codd. repugnent, omninoque Propertius paulo aliter rem tractaverit quam Theocritus.' *Kuin.* Lachm. legit *C. p. Alcides iterat, responsa det: illi.* Kuinoelis lectionem exhibent Burm. Barth.—51 *Monitus* conj. Broukh. agnoscit Passeratius, habent Colot. Perr. v. c. Vat. 2. Neap. Dorv. 1. C. Com. Dresd. Damnat Burm. Amplectitur Lachm. Markl. sublata in fine prioris versus distinctione, conjungebat 'servabis credere.' Assentit Lachm.—52 'Heins. in alio lib. *rursus*, in alio *jussus*, (quod et Dresd. habet) exaratum calamo invenit: quod utrumque propius, quam

NOTÆ

49 *Alcides iterat responsa*] Cum Herculeslylæ clamorem, dum raperetur a Nymphis, iterum exaudivisset, statim iterumque respondit; cumque ipsum quærens non inveniret, quantum potuit per sylvas et lustra avia Hylam suum inclamavit, ita ut etiam, juxta illud Virgilii Ecl. 6. 'Littus Hyla, Hyla, omne sonaret.' Quod quidem mirum in modum Valerius Fl. III. Arg. expressit. Factum est autem, ut, in memoriam clamoris Herculis ita dolentis Hylæ sui vicem, instituta sit festivitas quædam apud Prusienses, in qua Hylas per montes et sylvas vocabatur a Thiasorum choro, ut refert Strabo XII. unde etiam Solinus 47. 'Prusiadem urbem alluit Hylas flumen, et perspergit Hylas lacus, in quo periisse credunt delicias Herculis Hylam puerum, Nymphis rapinam; in cujus memoriam usque adhuc solenni cursitatione lacum populus circumit, et Hylam voce clamant.' Quam quidem annuam cursitationem Strabo libro supra laudato cum Hylæ inclamatione non circa lacum, sed in montibus et sylvis, fieri solitam fuisse tradit.

50 *Nomen aura refert*] 'Aura' hic ponitur pro, Echo, quæ dicitur ab Ausonio Aëris filia. Echo namque

cautus Heinsii, ad *visus* accedit, quod in meis plerisque reperitur, Brix. Venet. Aldd. cett. Græv. Lond. Vulpius tamen cum Broukh. *tutus* retinuit.' *Barth.* qui et ipse retinuit. '*Tutus* ex suo Ms. Scaliger, quod recepit etiam Rutgers. *Visus* Leidd. Vossiani, Borr. Regg. unus Colb. Groning. Dorvv. et mei: et sic pr. aliæque edd. *Risus* vel *rursus* alii Mss. *Jussus* Vat. 5. et alter Colb. *Nisus* Heins. vel *cautus:* quod ultimum Francio etiam placebat.' *Burm.* qui *tutus* exhibet. *Fisus* legit Lachm.

NOTÆ

Hylam ab Hercule inclamatum referebat, quomodo voces reciprocas efficere solet per concavos vallium sinus, et densos vertices, aëre resultante. Quod etiam apprime et graphice expressit Valerius Fl. III. 526. 'Rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat Avia; responsant sylvæ, et vaga certat imago.'

ELEGIA XXI.

GALLUS LOQUITUR.

Tu, qui consortem properas evadere casum,
Miles ab Etruscis saucius aggeribus,
Quid nostro gemitu turgentia lumina torques?
Pars ego sum vestræ proxima militiæ.

Tu miles, qui vulneratus ab aggeribus Tuscis festinas communem mihi tecum *effugere cladem, cur oculos lacrymis tumentes mei desiderio* huc illuc *torques? Ego*

'Superiori adjungunt omn. fere codd. Regg. Colbertt. Borr. [Guarn. Dresd.] Ask. Leidd. Vossiani, Dorvv. mei, et pr. edd. f. quia Gallo præcedens Elegia inscripta est, qui tamen diversus est ab illo, cujus infelix sors tempore belli Perusini hic describitur, unde *Epicedium in Gallum* præfigitur in Vat. 1.' *Burm. In Gallum hoc epicedioium cantatum est* Ald. 2. *Galli epitaphium* Long.—1 *Taxum* Palat. 1.—3 'Qui Groning. quod ex suo cod. etiam affert et probat Livin. et ex C. Com. Gebh. Optime Heins. *Quid nostro interitu.* [Voluit quoque *Huc n. interitu t. l. torque* Adv. p. 335. Ei imposuisse idiotismum Propertianum, sc. *nostro* pro, nostri, statuit Barth.] *Limina* prave Mentel. *Torquens* Voss. 1. et meus 2.' *Burm.* Legit Lachm. *Qui nostro g. t. l. torques, Pars.*—4 *Par ego sum nostræ* Voss. 1. *Par* Mentel. *Maxima*

NOTÆ

1 *Tu, qui consortem*] Gallus, qui in bello Perusino fuerat interfectus, loquens inducitur, admonensque socios ex acie fugientes, ut sorori suæ mortem ipsius denuntient, ossaque sua fuisse per Etruriam dispersa.

2 *Etruscis aggeribus*] Thuscis, Tyrrhenis. Etruria enim dicta etiam est Tuscia; quam etiam Tyrrheni tenuerunt, unde dictum est Tyrrhenum Mare. Per Etruscos autem aggeres significat Poëta bellum Perusinum, quo Augustus L. Antonium Perusiæ obsedit, et fame ad deditionem

Sic, te servato, possint gaudere parentes,
  Hæc soror Acca tuis sentiat e lacrymis,
Gallum, per medios ereptum Cæsaris enses,
  Effugere ignotas non potuisse manus:
Ut, quæcumque super dispersa invenerit ossa
  Montibus Etruscis, hæc sciat esse mea.

super fui pars vestræ militiæ. Ita parentes tui *te salvo et incolumi lætari possint. Soror* mea *cognoscat e tuis fletibus rem* ita fuisse *gestam, Gallum* nempe, *e mediis Cæsaris armis servatum, nequivisse manus incognitas evadere. Quisquis autem in montibus Etruscis dissipata & sparsa ossa repererit, ista mea esse intelligat.*

Perr. v. c. et Voss. 3. [Guarn. Venet.] sed *proxima* superscr. a m. sec. Versum nonnihil quidem durum, sed sensum meliorem, reddit, Burm. judice, Heinsii conjectura, *Pars ego sum vestræ improspera militiæ.*—5 *Ut* pro *Sic* Bon. '*Si* in meo 2. *Ut possint* inscritur in omn. codd. et edd. vetustis: [memorat Barthius edd. Brix. Venet. Aldd. Basil. Livin. Gebh.] sed recte Passeratius delend. *ut* monuit, notatque nonnullos pro *servato ut* legere *servatom, s. servatum:* unde id desumsisse videtur editor Elector. Etonens. p. 111. ubi quendam conjecisse *servatom* addit: sed *te servato gaudere* locutio est Nostro usitatissima.' *Burm.* Legit Lachm. *Sic te servato, ut possint.*—6 '*Nec soror* male Vat. 5. Exc. Mod. seu Groning. Leidd. [Bon. Guarn. Dresd.] Regg. unus Colb. Voss. 3. 4. meus 1. Borr. et pr. edd. *Ne s.* Neap. duo Voss. et Dervv. meus 2. et Colb. 2. sed jam Beroaldus *Hæc s.* legend. monuit. *Acta,* pro *Acca,* quod Scaligero debetur [improbante Passeratio] est in omn. illis Mss. nisi quod *Atta* in Dorv. 1. [*acta* est quoque in Brix. Venet. Aldd. cett.] quod nomini proprio fœminæ Romanæ posset astipulari. *Apta* Palat. 1. Hoc igitur præferrem conjecturæ Heinsii, qua *uda* vel *aucta* tentaverat, propter 'lacrymas.'' *Burm.* Lachm. legit *Nec soror acta.*—7 *Ignes* Regius. *Elapsum* in ora lib. sui Markl. F. cogitabat Virgil. Æn. I. 243. II. 318. Sed, quia nulli codd. huic correctioni opitulantur, vulg. solicitare non ausit Burm.—8 *Vias* Voss. 4. *Minas* 3. Guarn. Frustra, judicante Burm. *in notas* conjecit Frut. *Hic notas* Heins.—9 *Et quicumque* Leid. 1. Voss. 1. 3. Borr. Franc. Aldd. Junt. Colin. et Gryph. In ceteris Mss. et pr. edd. *Et quæc.* ut ex lib. suo Scaliger: et sic in edd. plerisque: etiam Broukh. Vulp. Burm. Lachm. Barth. *Quæc.* legend. Dousa pronuntiavit, diserteque legitur in Palat. 1. et Dresd. *Ut quæc.* ex v. c. Passeratius: quod probat Burm. *At quæc.* Ayrm.

NOTÆ

coëgit. Perusia porro numeratur inter principes Etruriæ seu Tusciæ civitates, quæ tota hujus belli incendio conflagravit.

7 *Gallum*] Videtur hic fuisse Cornelius Gallus, Propertii propinquus, quem perisse significat bello Perusino Elegia proxime sequenti, et Elegia ultima libri II. Hunc Gallum Virgilius dilexit, Eclogamque unam in ejus laudem scripsit.

10 *Montibus Etruscis*] Apenninum, quo ad Boream clauditur Etruria, videtur intelligere.

ELEGIA XXII.

AD TULLUM, DE PATRIA SUA.

QUALIS, et unde genus, qui sint mihi, Tulle, penates,
Quæris pro nostra semper amicitia.
Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepultæ,
Italiæ duris funera temporibus,
Cum Romana suos egit discordia cives: 5
(Sis mihi præcipue, pulvis Etrusca, dolor:
Tu projecta mei perpessa es membra propinqui:
Tu nullo miseri contegis ossa solo.)

O *Tulle, scire cupis pro nostra perpetua necessitudine quis* sim, *ac unde ortus* sim, et *quænam sit mea familia, quænam mea patria. Si tibi cognita est Perusina clades patriæ exitium duris Italiæ temporibus, quando discordia Romana suos* in mutuam *impulit* perniciem *cives, (sis mihi præsertim,* o *terra Etrusca, causa doloris; tu* namque *passa es corpus mei cognati* jacere *discerptum et dispersum,*

Ad T. de origine ejus Vat. ap. Livin. *Ad T. de genere suo* Dresd. *Ad T. de patria sua* edd. vetust. ' Et huic et præced. carmini,' ait Lachm. ' aliquid epigrammatici inesse ipse, opinor, sentis: ut nihil nos cogat Heinsium sequi, Adv. p. 335. et hoc et illud majoris carminis fragmenta esse judicantem.' Hæc El. majoris fragmentum videbatur et Francio.—1 *Quæris* Heinsian. Damnat Burm. *Unde domus* Voss. 3. Conj. Burm. *unde domo*, ut ap. Sen. ad Helv. 6. *Parentes* Dresd.—3, 4 *Sepulcra* Leidd. Vossiani, Dorvv. Bon. Burmm. Regg. Colbertt. Borr. Groning. membranæ Vlamingii, et pr. aliæque edd. Bosch. N. ad Petron. Sat. cap. ult. *sepulcra* affert, quod probasse videtur Markl. nam ascripserat locum ex II. El. 1. 27. Sed nec male, judicante Burmanno, Scaliger *patriæ sepultæ*, ut in Mem. Id magis poëticum videtur Kuinoeli. Legit Lachm. *Si P. tibi p. s. n. sepulcra, Italiæ et duris f. t. Sepultæ* edidere B. B. B.—6 *Sis* legend. monuit Scaliger, et ita legunt plurimæ edd. auctore Barth. *Fis* conjecerat Heins. *Sic* Voss. 3. Dorv. 2. Ms. Vlamingii, et Mentel. *Sit* Leid. 2. Voss. 1. 2. 4. Regg. Colbertt. Borr. Dorv. 1. Ask. Burm. 2. nam in 1. *Tu*, quod conjecerat Markl. *Sis* vel *Væ* Passeratius. *Præcipue hæc pulvis* Vat. 5. *Sit mihi* pr. edd. et Aldd. Junt. Brix. Venet. Basil. Gryph. Grasseriana, Græv. Lond. cett. *Sis* exhibent B. B. B. *Quæ* Fezzarii liber. *Sic* exhibet Lachm. et defendit.—7 *Et* pro *Tu* Voss. 1. 2.

NOTÆ

1 *Qualis, et unde genus*] Tullum, cui librum hunc primum dedicavit, quem seorsim edidit, utpote quem unicum scribere constituerat, docet, quis et qualis ipse sit, quo genere et familia, et qua ex patria natus.

3 *Si Perusina tibi patriæ*] De bello Perusino ab Augusto contra L. Antonium Triumviri fratrem gesto, quo urbs Perusia incensa et excisa est, vid. Appian. v. Civ. et Suet. Aug. 14. et 15.

6 *Pulvis Etrusca*] De Etruria jam sæpius supra et pluribus. Ad hanc sermonem convertit, ut de ipsa ob miseram et crudelem sui propinqui

Proxima supposito contingens Umbria campo
Me genuit, terris fertilis uberibus. 10

neque ullo in *loco tegis humo* istius *infelicis ossa,*) *Umbria vicina* Perusiæ ruinis, *contigua subjecto campo, pingui solo dives, me tulit.*

Burm. 2. ut vs. seq. *Et nullo* cum repetitione in Voss. 3. Unus Colb. pro *membra* habet *verba*, quod damnat Burm.—9 *Subjecto* affert Scaliger ad Manil. I. 580.—10 *Terræ* Gebh. ut Virgilio ' Divitis uber agri,' ac sim. pro fertilitate, ubertate. Sed desiderat Burm. exemplum, quo *ubera terræ* eo sensu occurrere probetur, plurali numero. Hic autem, ait, *terræ uberes* adjectiva notione recte dicuntur, ut ' uberes fruges' Horat. IV. Od. 15. 5. Nihil mutand. pronuntiat Barth. *Finis primi libri Pro. Nav. incipit secundus* Groning.

NOTÆ

Galli necem conqueratur, qui in bello Perusino occubuit, ut vidimus Eleg. proxime superiori.

9 *Proxima contingens Umbria*] Umbria, proxime contigua Perusinæ regioni, patria fuit Propertii. Sed, an ipse Mevania exortus sit, an Hispello, ut vir eruditissimus Thaddæus Donnola contendit, an Ameria, an alia civitate, non declarat. Plures tamen illi patriam Mevaniam tribuunt. Umbria porro regio fertilis est, abundans, et opima; unde Umbri, quorum gens dicitur Italiæ antiquissima, dicuntur pingues et obesi. Catullus noster: ' Aut porcus Umber, aut obesus Etruscus.'

SEX. AURELII PROPERTII

ELEGIARUM

LIBER II.

ELEGIA I.

AD MÆCENATEM.

Quæritis unde mihi toties scribantur amores?
Unde meus veniat mollis in ora liber?
Non hæc Calliope, non hæc mihi dictat Apollo.
Ingenium nobis ipsa puella facit.

Rogatis, cur nam toties a me componantur versus amatorii? cur nam libellus meus teneri in omnium *ora veniat? Nec Calliope, nec Apollo mihi dictat carmina,* sed

S. Prop. Aurelii Nautæ lib. II. Dresd. Ald. 2. Gryph. *Ad Mæcen.* Ald. 1. Colin. *Mecæn.* Ald. 2.—2 ' *Ora* recte castigatum fuit a viris eruditis. Olim legebatur *ore:* quod frustra propugnat Scaliger: sed *veniat in ora* jungenda sunt.' *Burm. Ore* Groning. *Ora* exhibent B. R. B. L.—3 Sic edidit Burm. auctoritate Palatt. (ut ipse dicit: sed eam auctoritatem refutare vult Lachm. his

NOTÆ

1 *Quæritis unde mihi*] Alterum hunc librum suo nuncupat Mæcenati Propertius, significatque se libentissime scripturum fuisse carmen heroicum, si facultas et ingenium non defuissent, sed hoc ipsi sibi munus a Diis non fuisse concessum. Fatetur tamen se non parum in elegis et amoribus scribendis ingenio et arte valere, viresque et argumenta sibi a Cynthia ex minimis rebus affatim et abunde suppeditari.

3 *Calliope*] Una ex Musis, quæ mater Orphei dicitur fuisse, et heroico carmini præesse existimatur, juxta illud: ' Carmina Calliope libris Heroica mandat.'

4 *Ingenium puella facit*] Hoc idem

Sive illam Cois fulgentem incedere vidi, 5
Hoc totum e Coa veste volumen erit;

una mea *Cynthia mihi dat ingenium. Seu* namque *ipsam Cois vestibus micantem procedere conspexi, liber unus integer de Coa veste* mihi *scribitur. Seu crines ejus*

verbis: '*Dictat*, postquam divinando Livineius invenerat, ab Heinsio in N. Prop. p. 677. libro Palatino ascriptum, Burmannus auctoritate codd. Palatt. esse edidisse ait; Gebhardo, qui solus libros Palatinos vidit, tacente:') idque probabant in notis suis Livin. Heins. et in libri sui marg. Marklandus. Quod nescit Burm. cur repudiatum fuerit. *Dictat* astruit Schraderus v. Emend. *Cantat*, quod alios codd. et vetustas edd. occupavit, edidere B. B. et Lachm. qui id tuetur. Passim, ait Burm. Apollo, Calliope, vel Musæ bonis poëtis carmina 'dictare,' lyram suam illis 'donare' vel 'cedere' dicuntur. *Non mihi Call.* Leidd. Heinsian. Borr. Dresd. C. Com. Palat. Burm. 2. et pr. edd. Addicit Barthius Ald. 1. Colin. Grasserianam. *Non mi Call.* Douss. allisque. *Non hoc Calliope, non hoc mihi* Exc. Scalig. In Regg. et uno Colb. *Non mihi Calliope, non hæc mihi*, sed in altero *Non hæc Calliope, non hæc:* quam veram lect. probat Burmanno B. B. B. L. imitatio Ovid. v. Tr. 1. 27. et exhibent.—5, 6 '*Sive togis illam f. inc. Cois:* de veritate hnj. lect. neminem unquam dubitasse, id vero nimis est mirificum. Beroaldi flagitium est, verba corrupta trajicientis, ut versui consuleretur. Regg. Colbertt. Borr. habent *Si. il. C. f. i. togis.* Groning. *Si. il. Cæis f. i. cogis.* Nostri *Chois....togis.* Primitus cusi et Volscus [in ed. 2. Nam in 1. cum Beroaldo et Vicent. aliisque *Si. togis il. f. i. Cæis* vel *Cois* eum legere monet Lachm.] *Cæis....togis.* Ex his non erat difficile veram eruere lect. *Si. il. Cois f. i. totis.*' Broukh. 'Bon. Dresd. *chois....cogis. Cois....vidi* Vat. quæ lect. vera est.' *Barth.* '*Si. il. Choie f. i. cogis* duo Voss. Vat. 2. 5. Dorvv. Francc. *Si. il. Cæis f. i. cogis, Hoc t. e Cæa* Groning. *I. vidi* Voss. 4. *Ceis* et *Cea* etiam Leid. 2. ut hæc passim variantur. *Longis f. i. Cois* legebat Ayrm. *Cogus* est in multis codd. et Ask. marg. *Togis* meus 2. in cujus marg. *cogis*, ex qua vitiosa scriptura enatum fuit *lögis*, i. e. *longis*. Broukh. *Cois f. i. totis* edidit; [quod improbat Vulpius,] sed *Cois f. i. totam* placebat Patrno meo ad Virg. x. Æn. 539. Heins. N. p. 677. conjicit *tunicis f. i. Cois*, quod minime displicet, favetque repetitio elegans ejusd. vocabuli in fine præcedentis et initio sequentis versus, *f. i. Cois, Hoc totum e Coa veste:* vel potius *Totum de Coa veste*, ut legebat Schrader. II. Obs. 6. quod non immerito amplexus fuit Kopp. Obs. 11. p. 137. et huic lect. favent codd. nam *Hoc* desideratur in Voss. 4. et *de Coa* in eod. et Ask. [*Totum de* citra necessitatem esse putat Barth. Scribi posset, ait, leviore mutatione *Hac totum e. C.* sed hac etiam nihil opus pronuntiat.] Aliæ edd. *Si. togis il. f. i. Cois:* sed recte Scaliger notavit, *togas* meretricibus et damnati pudoris mœchis convenire. F. præ ceteris præferenda esset Patrui mei ad Virg. conjectura, quam tamen Heinsio perperam tribuit Schraderus; nam verbum 'incedere' a vs. 7. 'Seu vidi ad frontem' &c. male dependere, contra loquendi consuetudinem, adeoque hic ex uno

NOTÆ

fere omnes, qui versus amatorios scripserunt, testantur; se nempe puella duce et argumenta suggerente carmina composuisse. Neque illud sane mirum est, cum nihil potius poëtas fingat, quam amor, aut faciat amantes, quam poësis. Unde illud Platonis: 'Amor ita poëta sapiens est, ut et alium poëtam efficere possit. Quilibet enim, licet ante rudis et Musarum expers, poëta fit, ubi primum Amor eum afflaverit.'

5 *Cois*] Cos sive Coos insula est in Mari Ægæo, in qua vestes fiebant

Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos,
Gaudet laudatis ire superba comis;
Sive lyræ carmen digitis percussit eburnis,
Miramur, faciles ut premat arte manus; 10

effusos aspexi per frontem vagari, gestit incedere glorians de capillis suis a me *celebratis: seu lyræ chordas digitis eburneis tetigit, stupemus quomodo manus*

---

cod. Vossiano et Livinei Vaticano [*Si. il. Cois f. i. vidi Totam de* offerre duos V.. scribit Schrader. in Emend. cap. 6. p. 113. 4.] legend. esse *incedere vidi*, nondum probare possum; neque enim minus elegans repetitio est, *Cois fulgentem incedere totam, Totum de Coa, &c.* quam *incedere vidi*, et, post interjectum alium versum, 'Seu vidi ad frontem.' Markl. in ora libri sui legend. ascripserat *Coa f. i. veste:* idque propter repetitionis elegantiam, *Hoc totum e Coa veste.* Id. tamen huic conjecturæ præferebat, *Cois f. i. textis.* Hemst. ad h. l. animadverterat: 'Ulcus aliquod in h. versu inveteratum latere, codd. satis ostendunt, cui vereor ut Broukhusius remedium tulerit. Hoc certius affirmare licet, minus eum attendisse, cum explicaret, omni corpore undique pellucentem ac perspicuam; hoc vel monuisse sufficit, ne putidum videatur apud Linguæ Lat. peritum accuratius enodare, quid 'fulgere' his in locutionibus valeat.' Sed censuram hanc in Broukhusium nimis rigidam esse agnoscet, quicumque ejus notam inspexerit; usum enim elegantem verbi 'fulgere' de ipso Cynthiæ corpore in veste Coa pellucida candido illustravit, ut Passeratium, 'fulgentem' male ad purpuram trahentem, refutaret. Certe 'fulgere' ita simpliciter etiam occurrit, ap. Senecam.' *Burm.* Ast. p. 20. legend. censet: *Si. vagis il. f. i. Cois* damnat Kuinoel. Legit Huschk. *Si. il. C. f. i. novi:* rejicit Kuinoel, et putat lect. genuinam esse *Si. il. C. f. i. vidi.* Hos et seqq. vss. ita collocat et legit Lachmannus: *Sive lyræ....manus; Seu vidi.... comis; Sive il. Cois f. i. coccis, Hoc totum in C. v. v. erit; Seu cum p. somnum d. ocellos, &c.* Quæ multis defendit.—7 *Ad fontem* unus Voss. unde oræ codicis sui Burm. P. annotaverat scripsisse f. Propertium *ad fontem sparsis er. capillis.* Sed noster Burm. statuit vulg. defendi per 3. 13. et 22. 9.—9 'Dousa F. reponit *percurrit:* quomodo et Lernutius videtur legisse: sed repugnant omnes libri.' *Broukh.* Exhibent et tuentur *percussit* B. B. *Percurr.* defendit Burm. qui putat *percuss.* Marklandum prætulisse ad Stat. Sylv. p. 181. *Lyra* vult Hemst. Improbat Burm. Heinsius, Adv. II. 1. volebat *lyræ stamen d. percussit eburnæ*, et in N. quas illius Adversariis adjecit Burmannus, p. 677. probabat *lyræ stamen* vel *lyra eburna. Digitis eburnis* agnoscunt omnes codd. et e suis affert Nestor in Vocab. p. 50. in 'Ebur.' Idque sua imitatione probasse putat Burmannus Petrum Bembum, Eleg. ad L. Borgiam p. 240. Locum h. optime constitutum iri putat Burmannus, si admiseris *lyræ stamen*, sed servaveris id, quod Bembo etiam placuisse putat, *digitis percurrit eburnis. Percussit* esse unice veram, et improbandas esse Heinsii conjecturas validissime putat Kuin.—10 'Palm. sibi valde placet cum suo *tremat.* Verum,

NOTÆ

quondam tenuissimæ ex bombyce ad fœminarum ornamentum, quæ Coæ dicebantur. De his jam sup. pluribus. Fuit etiam et in ea insula Æsculapii templum celeberrimum, necnon etiam Junonis ædes, de cujus insignibus librum scripsit Theodotus, ut refert Vitruv. VII. Quænam autem fœminæ togas gestarent apud Romanos jam sup. vidimus: unde facile est divinare, qualem hic Poëta puellam intelligat.

8 *Superba comis*] Ad naturam pavonis alludit, qui laudatus superbit, et alas et caudam gemmantes referentem colores expandit.

Seu cum poscentes somnus declínat ocellos,
  Invenio causas mille poëta novas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
  Tunc vero longas condimus Iliadas;
Seu quicquid fecit, sive est quodcumque locuta,
  Maxima de nihilo nascitur historia.
Quod mihi si tantum, Mæcenas, fata dedissent,
  Ut possem heroas ducere in arma manus;
Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo
  Impositum, ut cœlo Pelion esset iter;

habiles industrie inflectat: sive quando cupientes soporem oculos inclinat, ego Vates tunc reperio mille nova argumenta scribendi; *sive ablata veste mecum certat; tum maxime longas Iliadas componimus: sive denique aliquid aut quodvis egit, aut dixit; ex re minima amplissima datur dicendi materia. Quod si mihi fata tantum* ingenii *concessissent, ut valerem* carminibus *heroicas copias in aciem deducere; non ego cantarem Titanas, neque Ossam Olympo superpositum, quo Pelion esset ad*

quod id de vetere cod. depromtum dicit, in eo sane fucum facit lectori suo. Usus est libro antiquo, ut ipse prodit, quem evolvendum acceperat a J. Posthio. Eum librum ego, sæpe ac diligenter inspectum, tale nihil habere liquido affirmare possum. Est ibi *premit:* quomodo et Livin. invenerat.' *Broukh. Premat* exhibent B. B. B. ' *Premat* Hemsterhusio mutand. videbatur in *regat.* Hæc enim annotaverat: ' Si *regat* scriptum foret, ego quidem *premat* minime desiderarem.' Sed, præterquam quod codd. huic lect. non astipulentur, nihilque varient, nisi quod *premit* in nonnullis, *facilis* in aliis, *Mirentur* in Excerptis Mod. omnes tamen constanter *premat* tuentur; unde ego quidem, si *regat* in vulgatis extaret, vel unius cod. auctoritate *premat* huc revocarem.' *Burm.* Struchtmeyer, Animadv. Crit. II. 1. legit *Sive lyra carmen digitis percussit eburnis, Miramur faciles ut regat arte manus.* Neque *premat* placuit Cannegietero ad Avian. F. 9. 7. sed id rectum esse pronuntiat Kuin.—11 ' *Somnus* habent Regg. Melius ceteri *somnum*, quomodo primus e suo restituit Scaliger.' *Broukh. Somnus* Leid. 2. Dorv. 2. Groning. edd. pr. et aliæ priscæ: idque tuetur Livin. Rectius tamen, judice Burm. *Somnum* ex aliis codd. prætulerunt VV. DD. (inter quos Heins. ad Val. Fl. VIII. 66. et ad Ov. M. VII. 155.) quod a Neapolitano et Borr. firmatur. *Somnus* præfert Kuinoel, et elegantiorem lect. putat.—14 *Tum* Guarn. sic postulant fere usu, ut statuit Barth. Ald. 2. *illiadas.*—15 *Quicquam* Guy.—17 *Q. m.* Leid. 2. edd. pr. et aliæ vetustiores. Numerat Barthius Aldd. Colin. Mur. Basil. *Quod* cett. codd. *O mihi* conjecerat Heins. vel *Quod si oris tantum.* Astruit Burm. Rejicit Barth.—18 *Ut possem cantu* Heins. *Ut possim* Voss. 4. *Posses* Leid. 1. *Possent* 2. *Et possem* Burm. 1. *Manus?* Ald. 1. Basil.—20 ' *At cœli* Dresd.

NOTÆ

14 *Condimus Iliadas*] Prolixa scribimus carminum opera. Alludit ad opus illud Homericum de Trojæ expugnatione compositum.

18 *Heroas manus*] Copias heroum ad prælium deducere versibus meis. Ita dicitur Antimachus Thebaidos quondam scriptor viginti et quatuor libros Carminum edidisse, antequam Thebas duces perduxisset.

19 *Non ego Titanas canerem*] Non ego bellum Titanum scriberem. Ti-

Non veteres Thebas, nec Pergama nomen Homeri,
Xerxis et imperio bina coisse vada;
Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altæ,
Cimbrorumque minas, et benefacta Mari.

cælum via; neque etiam canerem *antiquas Thebas, neque Pergama, Homeri famam, neque duo littora* ponte *juncta Xerxis jussu, neque prima Remi imperia, vel* altos *superbæ Carthaginis spiritus, aut Cimbrorum minas, aut res a Mario pra-*

Cæli edd. plur. vett. et recent. etiam Græv. et Lond. quod tuetur Lachm. *Cælo* placuit Broukh. Vulp. et Gött. *Cæli pervium ut esset* Guy. invitis libris.' *Barth.* Guyeti emend. rejicit Burm. qui *cælo* rectum censet. *Cæli* omn. fere codd. quorum ap. Burm. Excerpta sunt, ut et Leidd. Vossiani, Dorvv. Burmm. *Cælis* conjecerat Ond.—21 ' *Nec* Groning. Colb. 2. Supra bis habuimus ' Non:' ita hic bis *Nec:* sed et vulg. stare potest.' *Broukh. Nec* Exc. Mod. Neap. Voss. 1. 3. Dorvv. Burm. 2. quod probat Burm. *Non* præfert Lachm. quod res divinas ab humanis accuratius distinguere putat.—22 *Et Xerxæ*, vel *Et Perse*, vel *Et Xerxi* Heins. N. Prop. et Adv. p. 256. ' *Xersis* Leid. 1. Voss. 2. 4. Dorvv. Neap. [et Venet. 1500.] *Aersis* Mentel. pro vera scriptura *Persis*, ut in Heinsiano et aliis Mss.' *Burm. Xerxis et imp.* B. B. B. exhibent. Legend. vult Lachm. vel *Xerxi aut imp.* vel *Xerxive imp.*—23 *Regna aut* Neap. *Remi, animos* Gryph. 5. *Aut animos* omn. codd. et edd. *Muros* tamen *Carthaginis* afferunt Dousa et Boxhorn. ad Sulpiciæ Satyr. 19. Quid si, ait Burm. *arces* propius ad *animos* accederent, ut ap. Horat. Epod. 7. 5. sed *animos*, addit ille, pro virtute bellica et mentis robore ac firmitate intelligere possumus, unde passim ' animos viresque ' de mentis et corporis præstantia jungunt.—24 *Cymbrorum* Ald. 1. Colin. Gryph. Grass. *Cimbrorumve*

NOTÆ

tanas Tellus mater incitavit in Saturnum, quos tamen Jovis ope devictos detrusit in Tartarum.

Non Ossam Olympo] Non etiam celebrarem bellum Gigantum, qui cum Jove pugnantes ter conati sunt imponere Ossæ Pelion, et Ossam Olympo. Ossa porro mons est Thessaliæ, quondam Olympo conjunctus, sed ab Hercule abscissus qua parte per Tempe amœnissima illa loca fluit Peneus. Olympus etiam mons est Thessaliæ Ossæ vicinus, cujus vertex usque adeo dicitur esse sublimis et excelsus, ut nubes transcendere et cœlum ipsum attingere creditus sit. Unde factum est ut poëtæ sæpius Olympum accipiant pro ipso cœlo. Sunt autem quatuor hujus nominis montes; primus est in Thessalia, alter in Mysia, ad cujus radices urbem Prusam Hannibal condidit; alius in Cypro: quartus denique ad Mare Rubrum in Æthiopia, non procul ab urbe Helenepoli, qui exoriente sole ad quintam usque diei horam flammas emittit.

20 *Pelion*] Thessaliæ etiam mons ad Sinum Pelasgicum vergens, partim pineo, partim querneo nemore contectus.

21 *Veteres Thebas*] Non canerem bellum Thebanum, quod Ponticus et Statius apud Romanos descripserunt.

Nec Pergama nomen Homeri] Nec bellum scriberem Trojanum, quod Homerus viginti quatuor Iliados libris complexus est, et unde tantam famam et gloriam consecutus est. Pergama proprie fuerunt urbis Trojæ arces, ut Servius testatur.

22 *Xerxis et imperio*] Xerxes rex fuit Persarum, qui duo littora Hellesponti ponte junxit; cujus histo-

Bellaque resque tui memorarem Cæsaris; et tu
Cæsare sub magno cura secunda fores.
Nam, quoties Mutinam, aut civilia busta Philippos,
Aut canerem Siculæ classica bella fugæ;

clare gestas. Sed *celebrarem tui Cæsaris et res et prælia, tuque post magnum Cæsarem proxima cura* mihi *esses. Quoties enim dicerem Mutinam, vel Philippos civilia monumenta, vel navalia prælia fugæ Siculæ, atque solo æquatas priscæ*

legit Lachm. *Minæ* Regg. et pr. edd. *Manus* ex Palatino Gebhardus: sed non audit Burmannus. *Manus* etiam Bon. e vs. 18. ut censet Barth. *Mari* Broukh. 1. *Mari* 2.—27 *Bella* Bon.—28 *Maxima regna* Voss. 3. *Cl. vela* corrigebat Heins. II. Adv. 1. et N. p. 678. *Cl. pulea* Ayrm. Non probat

NOTÆ

riam scripserunt Herod. in Polyhymnia et Urania, Plut. in Themistocle, Justin. II. et Æmil. Probus. Ipse etiam Lucan. II. 'Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem Constrinxisse vias, multum cum pontibus ausus Europamque Asiæ Sestonque admovit Abydo.'

23 *Regnave prima Remi*] Nec etiam originem celebrarem urbis Romæ, a Remo fratre Romuli, quem Romulus interfecit. Initio enim Remus et Romulus regnabant, juxta illud Virgilii: 'Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.'

Animos Carthaginis altæ] Nec etiam bella Punica canerem, ut Sil. Italicus. Alta Carthago dicitur etiam Virgilio: 'Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas.'

24 *Cimbrorumque minas*] Cimbrorum bellum significat, qui Germaniæ fuerunt populi Oceano vicini ad Boream; qui latrocinando in Asiam usque penetrarunt, quique e patrio solo egressi, novas sedes quærentes, Imperium Romanum evertissent, nisi Marius Arpinas in illa tempora incidisset, qui Cimbros, in Galliam et Italiam properantes, ad Aquas Sextias et ad flumen Athesin variis certaminibus oppressit. Unde dicit Poëta 'et benefacta Mari:' res a Mario præclare gestas, qui nimirum Cimbros et Teutones et Ambrones delevit, summo Reipublicæ Romanæ bono natus; unde dicitur a Cic. pro Sextio, 'ad salutem Imperii Romani natus.'

27 *Nam, quoties Mutinam*] O Mæcenas, mea Musa te semper jungeret armis Augusti, quoties canerem aut Mutinam aut Philippos, &c. Istis porro omnibus significat bella ab Cæsare Augusto gesta, quibus interfuit Mæcenas, Mutinense, Philippense, Siculum, Perusinum, Ægyptiacum, et Actiacum. Per Mutinam autem, quæ est urbs Italiæ in Flaminia, intellige bellum Mutinense, quo D. Brutum, obsessum Mutinæ ab Antonio, Hirtius et Pansa consules Romani liberarunt.

Philippos] Philippi urbs est Thessaliæ, in cujus campis ab Augusto Brutus et Cassius devicti sunt; ubi etiam antea Jul. Cæsar Pompeium deleverat: unde bis ad Philippos acies Romanæ decertarunt, juxta illud Virgilii: 'Romanas acies iterum videre Philippi.' Dicuntur autem Philippi 'busta civilia,' quod ibi cives innumeri bello civili occubuerint.

28 *Siculæ fugæ*] Bellum Siculum designat adversus Sextum Pompeium,

Eversosque focos antiquæ gentis Etruscæ,
Et Ptolemæeæ littora capta Phari;
Aut canerem Ægyptum, et Nilum, cum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis;

nationis Etruscæ domos, ac littora expugnata Phari Ptolemaïca: vel canerem Ægyptum devictam, *ac Nilum, quando adductus in urbem septem ostiis* ipsius

Burm. qui *vela* cum Heinsio præferret.—30 *Ptolemenei...fari* Dresd. *Ptolemenæi, Ptolom. Ptolemæa* multæ edd.—31 Sic legit Lachm. (qui *eversosve* in vs. 29. et *Aut Ptol.* in vs. 30. legerat) *Aut canere inciperem et N.... Et regum....* Quæ defendit. ' *Contractus* Posth. e pronuntiat. Ital. *Cyprum* quoque pro *Ægypto* Guárn. manifesto errore.' *Barth.* Schrader. Emend. p. 115. legit *Aut Ptol....Et canerem Ægyptum et N.* ne Ægyptus a Pharo disjungatur. *Cyprum et Nilum* in plurimis codd. ut tribus Voss. Groning. Borr. Vat. 5. Colb. 2. Mentel. Dorvv. Burmm. *Cyptum* Neap. *Et nullum contactus* Mentel. *Contractus* Voss. 1. et Dorv. *Attractus* Neap. et Voss. 2. *Qui tractus* 3. *Captus ad* 4. *Et nilum contractus in urbem* Burm. 1. *In orbem* vitiose ed. Gryph. judicante Burm. qui putat veram lect. esse *cum tractus in urbem*, quod putat ' debilis ibat ' exigere, ' quia in triumphis et regiones subactæ, et flumina illis vicina, unde Ægyptum et Nilum conjungit, fractis cornibus debiles et

NOTÆ

Pompeii Magni filium, ab Augusto gestum; ex quo S. Pompeius devictus aufugit cum sex tantum navibus, reliquis omnibus amissis, et bello captis ad numerum 350. et amplius. De his vid. Suet. Aug. 16. et Dion. XLIX.

29 *Focos gentis Etruscæ*] Perusinum bellum intelligit ad Perusiam in Etruria gestum, quo fuit eversa Perusia soloque æquata; ut sup. I. ult. vidimus ad illud, ' Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulcra.' Dicitur porro gens Etrusca antiqua, quod in antiquissimis Italiæ numeretur, utpote quæ ex Sardibus Lydiæ originem duxerit.

30 *Ptolemæea Phari*] Pharos, insula Ægypti, fuit colonia Julii Cæsaris, Alexandriæ ponte juncta; in qua fuit turris immensæ altitudinis operibus mirificis exstructa, quæ nomen ab Insula accepit. Bellum porro Alexandrinum significat Propertius, de quo vid. Suet. Aug. 17. Dion. LI. et Plut. Anton. Pharos dicitur Ptolemæea ab Ægypti regibus; qui dicti sunt Ptolemæi a Ptolemæo, Lagi filio, qui primus hujus nominis ibi regnavit: unde etiam Lagidæ vocati sunt. Antea vocabantur Pharaones, ut habetur in Sacris Codicibus. Solinus ab hac Pharo dicit vocari ' pharos ' machinas in portubus ad prælucendi ministerium fabricatas, quod ex hac Pharo Alexandrina facibus accensis nocturnæ navigationes dirigerentur. Sostratus autem Cnidius ob salutem navigantium turrim Pharon fabricasse, permittente Ptolemæo rege Ægypti, primus dicitur.

31 *Ægyptum, et Nilum*] Cum canerem Ægyptum devictam et in formam provinciæ redactam, et Nilum, qui, coactus in triumphum una cum captivis Romam venire, fractus fluebat. Solebant enim Romani, sicut oppidorum et regionum, ita et fluminum simulacra in triumphum portare; fingebanturque fluvii fracti et victi lentius fluere. Ut ap. Virg. VIII. Æn. ' Euphrates ibit jam mollior undis.' Et: ' Contra autem magno mœrentem corpore Nilum.'

32 *Septem aquis*] Quia nimirum

Aut regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in Sacra currere rostra via;
Te mea Musa illis semper contexeret armis,
Et sumta et posita pace fidele caput.
Theseus infernis, superis testatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

captivis languidus fluebat; vel regum cervices constrictas vinculis deauratis, et ut Actia rostra navium *vehebantur per sacram viam: te jugiter mea Musa istis armis adjuvaret, fidum caput, sive accepta sive repulsa pace. Theseus apud inferos testem laudat Ixioniden, Achilles* vero *apud superos Menœtiaden. Sed nec tenui*

lentius euntes ferebantur in ferculis et thensis.'—34 'Fervere Heins. reponit, prob. Burm. ad Anth. Lat.' *Barth.* 'Fervere Heins. sed non obsequor: nam spolia hostilia, ut hic rostra navium in victoria Actiaca relata, curru triumphali simul vehebantur. Corrupte vero *insana via* in Borr. Francc. *Sacræ viæ* in Colb. *Rastra* male Groning. *Actiaca in S.* male affert Dorleans ad Tac. p. 191.' *Burm.*—35 *Et te Musa* Dorv. 1. *Et mea* 2. Colbertt. *Contexerit* Guarn. Dresd. Palatt. C. Com. Leidd. tres Voss. Mentel. Borr. unus Dorv. Burmm. et edd. Brix. et Græv. ut quidem monet Barthius: Lachmannus dicit impressos, quos viderit, omnes habere *contexeret*, præter Volsc. 2. in quo *contexerit* sit. *Contexuit* Groning. et seq. vs. *Te sumta.* Burmanno *semper* valde suspectum, languidum, et prorsus inutile videtur. Quærit an f. substitui possit *illis insertum intexeret*. *Contexeret* B. B. B. L.—37, 8. 'Hi vv. quantumvis Propertii genium spirantes, quomodo huic l. conveniant, non facile quis dixerit. Aut male huc aliunde intrusi sunt, aut desiderantur nonnulla: unde hiulca hæc et ἀνακόλουθα pronuntiat Vulpius. Toto disticho, quod erronis instar e sua sede ejectum vagatur, hinc amoto, optime sequentia cum præcedd. cohærent. Locum f. commodiorem invenire posset sup. 1. 19. post vs. 6. Neque tamen conjecturam hanc certam

NOTÆ

septem ostiis mare Nilus ingreditur. Unde Virg. 'Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.' Horum nomina sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Phatnicum, Mendesicum, Tanicum, et Pelusiacum.

34 *Actiaque in Sacra rostra via*] Rostra nempe navium captarum bello Actiaco, seu ad Actium promontorium Epiri gesto, quo M. Antonium Augustus vicit fugavitque: cujus ut memoria celebrior fieret in posterum, urbem Nicopolin ad Actium promontorium condidit; ludosque ibidem instituit; quos Actio Apollini dedicavit, et Actia nuncupavit. Unde Virg. III. Æn. 'Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.' De bello Actiaco vid. Suet. in Aug. Plut. in Anton. Strab. VII. et Virg. VIII. Æn. Sacra via Romæ dicebatur vicus ille, per quem triumphales vehebantur in Capitolium. Festus ait sic eam viam fuisse dictam, quod in ea sit olim fœdus ictum inter Romulum et Tatium.

36 *Et sumta et posita pace*] Mæcenatis laus, qui tempore pacis et bel i fidelissimus fuit Augusto: quamvis olim in Mæcenate suo taciturnitatem desideraverit Augustus, quia nempe arcanum de comperta conjuratione uxori Terentiæ prodiderat.

37 *Theseus infernis*] Amicitiam Mæcenatis in Augustum comparat amicitiæ Thesei in Pirithoum, et Achillis

Sed neque Phlegræos Jovis Enceladique tumultus
Intonet angusto pectore Callimachus;
Nec mea conveniunt duro præcordia versu
Cæsaris in Phrygios condere nomen avos.

spiritu decantet Callimachus Phlegræa Jovis et Enceladi bella. Neque pectus meum potest superbo carmine Cæsaris nomen ad majores ejus *Phrygios* heroas

affirmo, cedere paratus illi, qui alium e Propertio locum suppeditet, cui versus hi melius conveniant.' *Burm.* Lachmannus censet lucem suam his vss. restitui posse scribendo *superis ceu futur Ach. Ixionidem* Dresd. Brix. Venet.—39 *Enchel.* Venet.—40 'Augusto ed. Græv. vitio operarum haud dubie.' *Barth.* 'Intonat Leid. 1. quod admitti potest propter *conveniunt* seq. vs. nisi illic *conveniant* cum Heinsio legend. *Augusto* male Voss. 1. Franc. 1. licet id retinend. censuerit Ayrm. sed *angusto* recte in cett. omnibus.' *Burm.*—41 *Proveniunt* C. Com. 'Præconia Groning. quod non attendendum. Pro *duro* malebat P. Scriverius *Doro*, Animadv. ad Spectac. Epigr. 31. Non persuadet vir acutissimus.' *Broukh.* Has variationes rejicit Barth. *Præcordia* defendit Burm.—42 'Numen Broukh. habet in ed. utraque, idque in Notis propugnat ambitiosa eruditione, non prob. Valp.' *Barth.* Rejicit

NOTÆ

in Patroclum. Ad inferos non dubitavit descendere Theseus cum suo Pirithoo ad rapiendam Proserpinam, ut fabulantur poëtæ. Horat. IV. Od. 7. 27. 'Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo.'—'Superis testatur Achilles.' Quantum Achilles Patroclum dilexerit, testatur Homerus: qui illius de Patrocli morte querelas et mœrores describit.

38 *Hic Ixionidem*] Ixionides dicitur Pirithous, quod Ixionis filius fuerit.

Menœtiaden] Patroclum Menœtii filium intelligit, qui frater fuit Pelei. Menœtio Achilles promiserat se reducturum ipsi filium Patroclum incolumem e bello Trojano, quod præstare non potuit, cum Patroclus ab Hectore fuisset occisus.

39 *Phlegræos Jovis Enceladique tumultus*] Diximus supra Phlegræum campum in Italia fuisse juxta Cumas, ubi fabulantur decertasse gigantes cum Hercule: sed est et alter Phlegræus campus in Thessalia, de quo sic Solinus: 'Admonet Phlegra, ubi, antequam oppidum fieret, rumor est in militia mundi dimicatum cum gigantibus.' In Phlegræis enim Thessaliæ campis fabulantur a Diis devictos fuisse gigantes. Enceladus autem fuit unus ex gigantibus, qui contra Jovem conjurarunt, longe maximus, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit. Virg. III. Æn. 'Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus Urgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam Impositam.'

40 *Augusto pectore Callimachus*] Elegiarum scriptor, qui grandi stylo et alto non assurgit cothurno, bella scribere non valet; qualis est Callimachus, cui se tacite Propertius comparat; cujus nimirum mollior est et blandior scribendi modus, ut duces, et heroas, et bella possit celebrare. Juxta illud El. ult. huj. lib. 'Et non inflati somnia Callimachi.' Unde Ov. I. Rem. Am. 'Callimachi numeris non est dicendus Achilles.'

42 *Cæsaris in Phrygios avos*] Referre in numerum heroum Trojanorum, Assaraci, Æneæ, et Iuli, unde gens Julia duxit originem.

Navita de ventis, de tauris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, pastor oves.
Nos contra angusto versamus prælia lecto.
Qua pote quisque, in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori: laus altera, si datur uno
Posse frui: fruar, o! solus amore meo.
Si memini, solet illa leves culpare puellas,
Et totam ex Helena non probat Iliada.

deducere. Nauta de ventis verba facit, agricola de bobus loquitur; *miles cicatrices recenset, opilio oves* numerat. *Nos pariter tenui lectulo miscemus certamina: quilibet* suum *consumat, quacunque valet ratione, tempus. Gloria* porro mea est *in amore perire: alia gloria* est, *si* maxime *licet una* amica *frui; o* utinam ego *solus fruar mea puella. Si* bene *recordor, Cynthia consuevit improbare et vituperare inconstantes feminas, atque propter* unam *Helenam omnem culpat Iliadem.*

Burm. et Marklandus ascripserat se probaturum *nomen* veram esse lect.—43 *De bovis* Voss. 1. Franc. 1. Quærit Burmannus an id f. pro *bubus.*—44 *Et numerat* Neapolitanus. *Aves* Franc. 1. Damnat Burm.—45 ‘Quis est, quin malit accipere, quod scripti omnes habent, *versantes?* Ita, ut dixi, codd. universi, et Vicent. eamque lect. cui an. 1482. Beroaldo et cett. omnibus assentientibus, substituerat *versamus,* Volscus recte demum an. 1488. reduxit.’ *Lachm. Versamus* B. B. B.—46 *Q. p. quis* Voss. 1. Pro *in ea* habent *mea* C. Com. Dresd. Leidd. Burm. 1. Voss. 1. 3. Regg. Colbertt. Dorv. 2. et edd. pr. In aliis *conterit* vel *conteret.*—47 Sic ex codd. et vetustioribus edd. recte, judice Burm. reposuerunt viri docti, quod firmatur a Vat. 1. Neap. Exc. Scal. et Mod. et exhibent B. B. B. L. qui id tuetur: pro quo in aliis *laus si datur altera. Una* Heins. et Ayrm. *Vivo* Borr. Vat. 1. 2. Mentel. et Perreii v. c. qui præferebat *laus altera, si datur. Vivo* etiam in v. c. Passeratii, vel *altera si datur uno:* qui posteriorem lect. probat: et sic Leidd. et Gebh. *laus si datur altera vivo* Regg. Dresd. Colbertt. Burm. 1. cum pr. edd. ‘Cum Dresd. et Brix.’ ait Barthius, ‘conspirant etiam edd. Rheg. Bononiensis 1487. Venet. ap. Cant.’ Hoc præoptat Livin. In aliis edd. vetustis, ut Aldd. Junt. Colin. ac Gryph. etiam Livineii et Gebh. *laus si datur altera in uno.*—48 *O* nescit Dresd. Ceterum in seqq. vv. hujus et aliarum Elegiarum, ipsisque Elegiis, retinend. esse antiquum veterum edd. ordinem censebat Ayrm.—49 Vid. nos ad 3. 45, 46. Ceterum Broukh. monet: ‘*Sed m.* liber Vat. observante Livineio et probante. Recte.’ Non accedit Vulpius, nec Barthius. *Sed* exhibet Burm. ‘*Sed* solus Vat. Ceteri *Si*, quod unice verum est.’ *Lachm.*

NOTÆ

47 *Laus in amore mori*] Digna homine nequam et nebulone sententia, ut El. 6. Lib. 1. ‘Multi longinquo periere in amore libenter, In quorum numero me quoque terra tegat.’ Plinius VII. 53. Cornelium Gallum et T. Ætherium in Venere obiisse diem extremum narrat. Pindarum etiam poëtam in pueri sibi multum adamati sinu periisse scribit Val. M.

50 *Ex Helena non probat Iliada*] Propter unam Helenam totum non probat Homeri nobilissimum opus, Iliadem; quia illo carmine nimirum celebratur Helena, cujus perfidiam detestatur, utpote quæ, relicto Menelao conjuge, secuta sit Paridem.

Seu mihi sint tangenda novercæ pocula Phædræ,
Pocula privigno non nocitura suo;
Seu mihi Circæo pereundum gramine, sive
Colchis Iolciacis urat aëna focis;

Sive mihi sint gustandi calices novercæ Phædræ, non nocituri privigno ejus Hippolyto; *sive mihi moriendum sit herbis Circæis; sive* mihi *Colchis accendat ænea*

Ille Voss. 1. Burm. 2. *Illa* tuetur Burm. *Levis* Leid. 1. Burmm.—51 ‘ *Sunt* habent duo nostri, cum Borr. [Palatt. Dresd.] et sequitur mox *pereundum est*. Sed istud *est* aliunde irrepsit, et melius delebitur.’ *Broukh.* ‘ *Sunt* Voss. 2. 4. Mentel. Neapolitanus, Vat. 5. et meus 1. in quo *pondera* vitiose pro *pocula* et in Borr. Cum neque ap. Eurip. neque Senecam in Hippol. aliquid occurrat de philtro, quo Hippolytum in sui amorem pellicere tentaverit Phædra, suspicor valde, nisi alios Poëta secutus sit auctores, *Phædræ* nomen huc irrepsisse a manu librarii, qui de hac incesta Hippolyti privigna cogitabat. F. igitur substituendum *pocula Thesei*, ut per *novercam Thesei* intelligamus Medeam, Ægeo nuptam, cujus astu Theseus fere interlit. Novi etiam, qui *pangenda* conjecerat.’ *Burm. Sint* exhibent B. B. B. L. qui non multum referre putat, legasne *sunt* an *sint*.—53 ‘ *Pereundum* s. Guarn. *P. est* Brix. Venet. Aldd. Colin. Mur. Gryph. Grass.’ *Barth.* ‘ *Est* interserunt omnes codd. et edd. vetustæ. Deletum procul dubio fuit, propter sequens ‘ urat,’ et præcedens ‘ Seu mihi sint.’ Pro *gramine* in Voss. 1. 3. et in marg. mei 2. *sanguine*. An f. *carmine*? pro incantatione magica.’ *Burm. Est* retinet Lachm. delent B. B. B.—54 ‘ Mira est pertinacia quorund. hominum in propagandis fovendisque erroribus. Jam plus quam sæculum est, postquam monente Scaligero

NOTÆ

51 *Novercæ pocula Phædræ*] Sensus est: Si qua puella me veneficiis aut philtris amatoriis perditura est, sola sine dubio Cynthia me perdet. Porro pocula seu philtra amatoria significat Poëta, quibus Phædra privignum suum Hippolytum in amorem pellicere nitebatur, ut refert Seneca Tragicus in Hippol. Phædra autem fuit filia Minois, Cretensium regis, Thesei uxor; quæ, Hippolyti ejusdem Thesei ex Hippolyta Amazone filii amore correpta, cum ipsum adducere non potuisset, ut thalamum patris absentis nefando concubitu conspurcaret, eum apud patrem accusavit, quasi sibi stuprum inferre voluisset. Theseus vero, temere verbis Phædræ fidem adhibens, graviter filio iratus, Neptunum, ut de ipso supplicium sumeret, invocavit. Hippolytus vero, patris iram fugiens, currum conscendit; eumque in littore maris ejus equi phocarum strepitu vehementer essent perterriti, currum per scopulos et saxa, Hippolyto frustra obluctante, traxerunt, miserumque juvenem loris implicitum varias in partes discerpserunt. Qui deinde Æsculapii ope reviviscens, relicta Attica, in Italiam se contulit, ubi Ariciam urbem condidit, non procul a loco, in quo Roma condita est: tandemque sepultus est in nemore Aricino, Dianæ sacro. Unde Ov. III. F. ‘ Hic jacet Hippolytus, loris discerptus equorum, Unde nemus nullis illud aditur equis.’

53 *Circæo gramine*] Circe fuit venefica, quæ poculis et succis herbarum, quarum apprime vires noverat, homines dementabat. Filia Solis dicitur fuisse, et regis Colchorum uxor; quæ, conjuge suo Sarmatarum rege

Una meos quoniam prædata est fœmina sensus,
  Ex hac ducentur funera nostra domo.
Omnes humanos sanat medicina dolores;
  Solus amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon,
  Phœnicis Chiron lumina Phillyrides;

vasa ignibus Colchiacis; quandoquidem unica puella meos mihi *sensus rapuit, ex his ædibus meum funus efferetur. Omnibus morbis humanis remedium affert medicina;* at vero *solus amor medicum et morbi medicinam odit. Machaon curavit languida Philoctetæ crura, Chiron Phillyrides oculos* sanavit *Phœnicis, Divus*

legi debuit *Colchis Iolciacis:* et tamen vulgatum istud *C. Cholciacis* occupat omnes quotquot exinde prodierunt edd.' *Broukh.* ' *Colchiacis* Dresd. Brix. Venet. Aldd. Colin. Grass. Gryph. Græv. *Colciacis* Livin. et Gebh.' *Barth.* qui cum Vulpio, Passeratio, Heinsio ad Ov. VII. M. 158. II. F. 575. et in N. ad Prop. p. 678. Munckero ad Antonin. Liber. in Addend. p. 68. Burmanno, et Lachmanno probat *Iolciacis. Colchiacis* Borr. Groning. aliique et Burmm. *Cholciacis* Leidd. quat. Voss. et Dorvv. *Ahena* Leid. 1. Voss. 1. Vat. 2. Burm. 2. Tuetur Burm. sed cum Broukh. exhibet *æna. Ahena* exhibent Barth. et Lachm.—58 ' *Non habet* vult Kopp. Obs. Phil. p. 138. Non habet, neque etiam, qua est morositate, habere velit, adeoque non amat.' *Barth. N. habet* Voss. 4. Kopp. præterea locum h. in vetustis Propertii codd. mendosis lacerum extitisse suspicatur, *Solus Amor morbi* . . . . sed deinde suppletum a descriptoribus fuisse hariolatur *non amat artif.* ex I. 2. 7. Sed utroque l., ait Burmannus, *amat,* ut Gr. φιλεῖ, salvum et intemeratum servet Propert.—59 *Macahon* Brix.—60 *Vulnera* Dorv. 2. Exc. Scal. Damnat

NOTÆ

veneficiis sublato, in Italiam profugit, et in illa Latii parte sedem sibi delegit, in qua mons Circæus est, ab ejus nomine dictus, ubi et Ulyssem hospitio excepit, sociosque ejus mutavit in feras seu porcos.

54 *Colchis*] Medea dicitur Colchis, utpote quæ e Colchide regione oriunda; fuit et illa artis magicæ et veneficiorum peritissima; quæ etiam dicitur Æsonem, Jasonis patrem, ætate decrepitum, coquendo in juventutem restituisse. Plura jam de Medea diximus sup. in Notis ad Catullum et Tibullum.

59 *Philoctetæ sanavit crura Machaon*] Philoctetes Pœantis filius fuit et Herculis comes; qui cum acceptas ab ipso Hercule sagittas aliquando tractaret, una delapsa eum ipsius pedem graviter vulneravit, quo tumulum Herculis indicaverat. Philocteten autem vulnus istud tanto dolore affecit, ut, relicto bello Trojano, suadente Ulysse, in insulam Lemnon, ut tentaret ' feros requie lenire dolores,' discesserit. Philocteten sanavit Machaon medicus, Æsculapii filius, qui cum Podalirio fratre ad bellum Trojanum Agamemnonem secutus fuerat. His porro exemplis demonstrat Propertius omnes morbos, etiam maximos, posse sanari præter amorem, quæ est amabilis insania.

60 *Phœnicis Chiron Phillyrides*] Chiron Centaurus, Saturni et Phillyræ filius, medicinæ ceterarumque artium peritia præstantissimus, pædagogus fuit Achillis, quem optimum inter alia citharœdum rerumque actorem fortissimum effecit; Æsculapium insuper medicinam, et Hercu-

Et Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis;
Mysus et Hæmonia juvenis qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
Hoc siquis vitium poterit mihi demere, solus
Tantaleæ poterit tradere poma manu.

etiam Epidaurius Cretensibus graminibus Androgeonem mortuum paternis laribus reddidit incolumem. Mysus etiam adolescens ex *ea ipsa hasta Hæmonia, qua vulnus acceperat, accepit remedium. Si quis me morbo, seu vitio, quo labore, valet liberare,* ille *unus poterit mala porrigere Tantali manibus. Idem ipse poterit im-*

Burm.—61, 62 Ad hos vv. notatur in libro Ferrarii: ‘ Alius sic ex cod. vet. *Fertur et ex. Cressis E. herbis Hippolytum patriis restituisse focis.*’ Quod grammatici interpretamentum videtur Kuinoeli redolere. *Cresis* Brix. Venet. Ald. Gryph. *Cressis* Colin. et Mur. et B. B. B. L.—63 Ita recte editum putat Burmannus a viris doctis: nisi quod *Hæmonii j.* l. e. Achillis, maluerit Heins. II. Adv. 1. et N. Prop. p. 678. Burmanno *Mysus juvenis* præferend. potius videtur, quam ut Telephus sine alia voce addita simpliciter *Mysus* s. Mysorum rex vocetur. Pro quo vitiose, ut statuit Burm. *Missus* in Mss. Pessime *Nysus* ed. Græv. judicante eod. Burm. cui neque etiam obstare videtur juvenem dici Telephum, licet ætate Achillem antecederet. Sic et edd. Paris. Morell. Livin. et Gebh. *Hæm.* Ald. Colin. Vulp. Lachm. Burm. *Æm.* B. B. Kuin. Hoc l. deficit fragmentum secundi cod. Voss.—65 ‘ Lege cum tribus nostris et Colbertt. *poterit.* Causam tibi reddent seqq. vv.’ *Broukh. Poterit* rectum censet Burm. et exhibent Barth. et Lachm. et Ald. 2. *Potuit* Dresd. Brix. Ald. 1. Colin. Mur. Grass.—66 ‘ Heins. N. ad Claud. II. de Raptu Pros. 337. refingebat, *Tantalea radere*, quod iterum repetit N. ad Ov. III. Amor. 15. 2. [et N. Prop. p. 678.] Assensum meum præbere non possum. *Tantalea* est in omn. Mss. nimirum quia credebant ‘ manu ’ esse sexti casus: in quo eos fefellit ratio. Omnino legend. *Tantaleæ*, nec mutand. *tradere.*’ Broukh. Barth. qui monet *Tantalea* habere Brix. Aldd. Colin. Gryph. Grass. Id habent etiam Leidd. Voss. 1. 4. unus Dorv. Borr. Groning Burmm. *Tradere* falsum censet Burm. sed non probat *radere* Heinsii, et putat legend. *Tantalea carpere. Tantaleæ tradere* exhibet et tuetur Lachm. qui monet emendationem Burmanni anticipatam esse a L. Lat. Operum

NOTÆ

lem astrologiam docuit. Cum autem aliquando Phœnix, Amyntoris filius, Achillis etiam institutor, oculis captus cæcusque factus fuisset, a Chirone senatus est, ipsumque Achillem ad bellum Trojanum est comitatus.

61 *Deus Epidaurius*] Periphrastice Æsculapius significatur. Epidaurius ab urbe Achaiæ Epidauro dicitur, in qua religiose colebatur, quod ibi natus et educatus fuisset.

62 *Androgeona focis*] Androgeos Minois filius fuit; qui et Glaucus alio nomine dictus est. Hic, athletico certamine clarus, per insidias et invidiam ab athletis regis Atheniensium Ægei interfectus est, posteaque ab Æsculapio vitæ patriæque restitutus.

63 *Mysus et Hæmonia*] Telephus intelligitur, *Mysorum* rex; qui, graviter aliquando ab Achille vulneratus, ab eodem sanatus est, eadem, qua violatus fuerat, hasta repercussus.

66 *Tantaleæ manu*] Pro, manui; sextus pro tertio casu. Ap. Virg.

Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
  Ne tenera assidua colla graventur aqua.
Idem Caucasia solvet de rupe Promethei
  Brachia, et a medio pectore pellet avem.
Quandocumque igitur vitam mea fata reposcent,
  Et breve in exiguo marmore nomen ero;
Mæcenas, nostræ spes invidiosa juventæ,
  Et vitæ et morti gloria justa meæ;

plere dolium urnis puellaribus, ne molles Danaidum *cervices aqua continua opprimantur. Idem* ipse *liberare poterit Promethei membra e saxo Caucasio, et ab* ejus *præcordiis et visceribus aquilam fugabit. Quocumque ergo tempore fata* meam a me *vitam repetent, ac in parvo tumulo exiguus ero titulus; o Mæcenas, meæ juventutis spes eximia, et decus ingens mihi vivo et mortuo, si forsan iter te*

Vol. II. p. 59.—67 *Ille idem* Dresd. *Ulnis* habet Pocchus.—68 *Assiduo* adverb. Gryph. Livin. et Gebh.—69 *Caucasea* Brix. Venet. Aldd. Colin. Mur. Gryph. Basil. Vulp. Broukh. 1. *Caucasia* 2.—71 'Livin. malebat *vitam me*, non male. *Me* habebat liber Voss.' *Broukh.* qui tamen tuetur vulg. nec rejiciend. pronuntiat cum Barthio. *Me* conjecerunt etiam Heins. et Markl. *Mea* non male tueri Broukhusium statuit Burmannus, qui id cum Lachm. retinet.—73 'In Groning. est *pars ing.* quod, in suis inventum, Beroaldus verum pronuntiat ac legitimum. Ergo Mæcenas fuit pars juventæ Propertianæ? Apage: et Passeratius jam rejecit.' *Broukh.* Cui assentit Barthius, qui monet *pars* etiam habere Venet. 1500. et Burmannus, qui monet *pars* esse in Vat. 1. 5. Dorv. 2. aliis. *Spes* exhibet et Lachm.—74 *Ut vitæ et mortis* affert Torrent. ad Horat. p. 3. *Mortis* Burm. 1. Dresd. *Gloria juncta* Guy. *Gl. tute meæ* Leid. 1. quod inepte factum statuit Burm. nisi *tuta* volu-

NOTÆ

'Teque aspectu ne subtrahe nostro.' Quod frequentius Veteres in nominibus quarti ordinis usurpabant. Tantali notior est fabula, quam ut referri debeat. Ov. II. Amor. 2. 'Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.'

67 *Dolia virgineis urnis*] Danaidas seu Belidas intelligit, quæ apud inferos aquas jugiter hauriunt, ac in dolium perforatum infundunt, quod nunquam possunt explere. Tibull. I. 3. 'Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit, In cava Lethæas dolia portat aquas.'

69 *Caucasia de rupe Promethei*] Si quis me vacuum amore efficere et isto morbo me liberare valebit, ille non modo poma Tantalo porrigere degustanda, sed et Belidum seu Danaidum dolium poterit explere, et Promethei corpus e Caucasia rupe solvere, ab ejusque visceribus aquilam voracem amovere. Fabulam Promethei in Caucaso monte religati, ubi jecur ipsius continuo renascens aquila depascebatur, sup. jam pluribus attigimus.

72 *In exiguo marmore nomen ero*] Cum nihil mei supererit præter nomen exile, paucis literis exaratum. Ov. de morte Tibulli: 'Si tamen e nobis aliquid nisi nomen et umbra Restat.' Propert. ipse III. 16. 'Non juvat in media nomen habere via.'

Si te forte meo ducet via proxima busto,
Esseda cælatis siste Britanna jugis,
Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ:
Huic misero fatum dura puella fuit.

meo sepulcro vicinum feret, jube paululum *consistere* tuum *currum Britannicum jugis exornatis; hasque voces cineribus* meis *non responsuris* vicem meam *dolens effunde: Isti infelici* Propertio *sæva amica mortis causa fuit.*

erit librarius: sed *justa* recte a Passeratio asseri pronuntiat Id. Burm.—*75 Ducit* Burmm.—*76 Exedra* vitiose, ut judicat Burm. in Vat. 5. *Celatis* Dresd. Burm. 2.

NOTÆ

76 *Esseda Britanna*] Vehicula Britannica; sed et quælibet alia cælaturis et picturis ornari solita fuisse refert Plin. XXXIII. 21. Propert. IV. 8. 'Pictoque Britannia curru.'

77 *Mutæ jace verba favillæ*] Meos Manes cineresque non responsuros sic affare. Ut El. ult. Lib. IV. 'Ut responsuræ singula verba jace.' Sic etiam Tibull. II. 7. 'Et mea cum muto fata querar cinere.' Et Catull. CI. 'Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.'

78 *Fatum dura puella fuit*] Sic etiam Tibull. III. 2. 'Lygdamus hic situs est; dolor huic et cura Neæræ Conjugis ereptæ causa perire fuit.' Ov. Ep. Didus ad Æneam: 'Præbuit Æneas et causam mortis et ensem.'

ELEGIA II.

CYNTHIÆ LAUDES.

Liber eram, et vacuo quærebam vivere lecto:
At me composita pace fefellit Amor.

Amore solutus mihi videbar, et cælibe lectulo vitam ducere cogitabam; sed inito

1 'Hinc incipit nova Elegia in multis codd. et edd. vetustis, cum titulo *Puellæ Cynthiæ Laudes*, vel *Ad Cynthiam*, ut in meo cod.' *Burm. Ad C.* Dresd. Ceterum hæc observat Id. Burm. 'Insigne specimen Carminum Propertii misere turbatorum præbet hæc Elegia, cujus versus in omn. fere codd. et edd. vetustis confusissimi variis in locis habentur, totaque ex hac secunda et sequente tertia Elegia conflata est, et duo priora disticha Elegiæ tertiæ

NOTÆ

1 *Liber eram*] Cynthiæ formositatem Propertius laudibus extollit, quam dicit fuisse causam, cur amori sit mancipatus: eandem heroinis et Deabus exæquat, atque etiam præponit; eam denique nulla simili æ-

Cur hæc in terris facies humana moratur?
Jupiter, ignoro pristina furta tua.
Fulva coma est, longæque manus, et maxima toto
Corpore, et incedit vel Jove digna soror;

fœdere me decepit Amor. Quare autem *hæc inter mortales* digna cœlo *muliebris forma versatur?* O *Jupiter, non credo tua antiqua furta fuisse vera. Cæsaries* illi *aurea est, et prolixæ manus,* ipsaque *omni corpore* procero *jucundissima, et procedit* ut *soror Jove etiam* ipso *digna, vel qualis Pallas incedit ad aras Duli-*

præponuntur. Sed secutus sum eum ordinem, quo edidit Broukhusius, probata Scaligeri trajectione, quanquam illius transpositiones passim factas damnaverit Lipsius Cent. I. Epist. 13. et satis acerbe in eum invehatur Wallius Notis ad Poëmata sua p. 269. ubi Scaligerum misere lacerasse et distraxisse Propertium criminatur. Qui tamen egregiam et se dignam hic præstitit operam, nam in edd. antea excusis omnia instar scoparum dissolutarum male cohærebant.' Nostri duo primi versus sunt Burmanno vss. 5. 6. Versus tertius ad finem sunt Burmanno vss. 55. ad fin. Scaligeri 8. Burmanni transpositionem non recipit Barth. et damnant Kuin. et Lachm. qui: 'Male,' ait, 'Scaliger hoc distichon a seqq. avulsit: nam bene cohærent; quod et vidit Vulpius, et, si clarius exposuisset, J. Schradero persuasurus erat.' Ad ipsa Nostri verba jam nos convertamus. 'Membranæ habent fere [et omnino] *meditabar* v. quod tamen minus aptum est quam *quærebam*, et, ut videtur, huj. ipsius interpretatio ex marg.' *Broukh.* 'Unice, quia sec. Scaligeri transpos. iterum seqnitur 'quærebam' ex El. 3. 5.' *Barth.* qui cum Lachmanno *medit.* rejicit. Broukhusio assentit Burm.—3 *Quæ* Broukh. cum Scaligero. Fuit cum Broukh. conjiceret *f. divina*, quod firmatum invenit a Perr. v. c. Sed *humana* exhibet. Dousa P. in fronte Ed. Canteri Plantinianæ voluit *species divina.*—4 '*Ignoro* habent octo Mss. cum edd. pr. *Ignosco* defendit Passeratius; sed non ego credulus illi. Defendit et Cerda ad Virg. x. Æn. 532. Sed nihil audio.' *Broukh.* '*Ignosco* Ed. pr. Venet. Aldd. Colin. Lond. *Ignosco tibi* vel *agnosco tua* Heins. N. Prop. et Adv. p. 238.' *Barth.* '*Ignoro* Regg. Colbertt. Borr. Vat. 1. 2. Neap. Mentel. Exc. Mod. et Scal. Voss. Groning. Dorv. mei. In aliis tamen rectius *ignosco*, quod propugnant Passeratius et Livin. *Ignosce* legebat Heins. II. Adv. 5. vel f. *agnosco* scripserit auctor.' *Burm.* 'Temere Burmannum *ignoro* obliterare conatum esse recte monuit Huschk. Anal. Crit. p. 153.' *Kuin.* *Ignoro* exhibet Lachm. *Imploro* conj. Eld.—6 *Ut i.* Gryph. 5. *I. ceu J. d. viro* legebat Heins. 'Per appositionem capienda ista sunt, *incedit digna vel Jove soror* et *incedit Pallas.* Ceterum admodum dura est hæc appositio, ut suspicio sit scripsisse Propertium *et incedit, vel J. dignus amor, Ut cum D. &c.* Id probabilius videtur quam quod Heinsio in mentem venit. Pro *Aut* vero *Ut* Livin. jam voluit et Italus in Colot.' *Lachm.*

NOTÆ

tate mutari aut corrumpi desiderat.

4 *Jupiter, ignoro furta*] Retinendum *ignosco*, ut sensus sit: Nescio cur tam multas olim rapueris et compresseris puellas; vel: Non puto ea, quæ de tuis antiquis adulteriis dicuntur, esse vera, teque tam multas puellas rapuisse, quandoquidem Cynthiam antiquis omnibus tum fœminis tum Deabus longe formosiorem inter mortales relinquas.

5 *Maxima toto Corpore*] Justa corporis magnitudo in fœminis etiam laudatur: Aristot. IV. Ethic. 'Pulchritudo consistit in magno corpore, et parvi pulchri esse non possunt.'

6 *Incedit vel Jove digna soror*] 'Incedere' nobilium est personarum;

Aut cum Munychias Pallas spatiatur ad aras,
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis;
Qualis et Ischomache, Lapithæ genus heroinæ,
Centauris medio grata rapina mero, 10

chias, pectus habens obtectum capite Gorgonis anguiferæ; et qualis Iscomache, proles heroinæ Lapithæ, jucunda præda Centauris inter pocula, primo dicitur puellare

—7 'Passeratius ait quosdam legere *Munich.* Ego nondum reperi qui fuerint illi quidam. Certe in omn. libr. est *Dulichias:* et non summo cultu veneratus sit Ulysses Deam patronam?' *Broukh.* Eod. modo ratiocinatur Barth. qui monet *Munich.* defendere Heinsium N. Prop. et Adv. p. 238. eique astipulari Marklandum ad Stat. Sylv. p. 345. Heinsius sic legit quoque N. ad Ov. II. M. 709. Ei assentitur Burm. et eam lect. firmant Perr. v. c. Vat. 1. 2. Corrupte, judice eod. Burm. *ad aras* in Voss. 3. *Munych.* non carere specie, tametsi non necessarium ducit Lachm. *Ut* Ayrm.—8 '*Pectine op. comas* liber Scaligeri: ipso tamen vix admittente. Nostri omnes *pectus o. comis*, quæ vera lect. nam in ægide habebat Minerva Gorgonis caput.' *Broukh.* Hanc unice veram declarat Barth. et monet esse in Commel. sed illam esse in Scal. 1. Burmannus statuit Passeratium et Broukh. recte nostram lect. tueri, et monet ei assensum præbere omnes fere codd. et edd. pr. ac reliquas vetustiores, quascumque inspexerit. *Aperta* Franc. 1. *Angustæ* Dresd. Damnant Barth. et Kuin.—9 '*Hiscomache laphytæ heroinæ* Dresd.

NOTÆ

unde et laudatur Junonius incessus. Virg. I. Æn. 'Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque Et soror et conjux.'

7 *Mun.* [*Dulichias*] *Pallas spatiatur ad aras*] Dulichium, insula in Mari Ionio non longe ab Ithaca, Ulyssis patria, unaque ex Echinadibus quibus Ulysses olim imperavit. Dicitur autem Pallas incedere gravi passu ad aras Dulichias, vel propter Ulyssem, cui semper adhærescebat, vel quia in ea insula religiose colebatur. Nonnulli legunt *Munychias*, i. e. Athenienses, a Munychio portu, Athenis vicino, vel a Munychia tumulo, a quo murus quadraginta stadiorum Athenas urbem cum Piræo duobusque aliis portubus jungebat. Ov. II. M. 'Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ Despectabat humum.' Munychia, orum, festa fuerunt Palladis apud Athenienses; unde etiam Munychius Portus dictus est. Sensus autem Poëtæ hic est: Cynthia tam formosa est, quam ipsa Pallas, quando ad aras Dulichias vel Munychias, quibus religiosissime colitur, velata capite Medusæo, quod gestat in ægide, procedit.

8 *Gorgonis anguiferæ*] Gorgones, Phorci filiæ, tres dicuntur fuisse, Euryale, Stheno, Medusa, quæ sola mortalis erat, et cujus caput, recisum a Perseo, datum fuisse Minervæ scribit Apollodorus Lib. II. Erant autem Gorgones, ut ait Ovidius, 'crinita draconibus ora,' seu puellæ pro crinibus angues et colubros habentes, quæ Dorcadas insulas, in Oceano Æthiopico sitas, incoluisse dicuntur contra Hesperidum hortos. Contra Gorgonas bellum gessisse dicitur Perseus, Danaës et Jovis filius; Mercuriique talaribus et ense, Palladisque item scuto fretus Medusam interemisse, cujus caput abscissum Palladi donavit.

9 *Ischomache, Lapithæ genus heroinæ*] Ischomache, quæ et alio nomine

Mercurio et sanctis fertur Bœbeidos undis
Virgineum Brimo composuisse latus.

suum *corpus Mercurio* in *sacris Bœbeidos aquis accommodasse. Desinite nunc*, o

Ischomacæ laphithæ Brix. *Laphitæ* Venet. *Laphitha-heroinæ* Ald. 1. *Lapithæ-Heroine* 2. *Lapithæ-heroinæ* Colin. *Lapithe heroine* ed. Mur. *Lapithum genus* et *Ischomache heroine* Heins. e vetustorum codd. Exc.' *Barth.* 'Pro *Ischomache* Leid. 1. *Hisonitæ*. Borr. et meus 1. *Hysomace*. Mentel. *Hisconite*. *Isonache* Voss. 4. *Ischomene* Exc. Scal. *Histomace Laphithæ* Ask. *Ischomacæ laphitæ* et *Centaurus* in pr. edd. *Ipodame* in margine Voss. 3. quod a glossatore provenit, indicari *Hippodamen* notante.. Ead. Hippodamia est: aliis Deidamia; sed Nostro *Ischomache* ad imitationem Callimachi, ut notat Beroaldus. Vellem locum addidisset. Borr. *laphyte*. *Laphitum* Vat. 2. *Lapithum* Perr. v. c. et Exc. Scal. quod confirmat emendationem Heinsii, qui *Lapithum genus* legebat II. Adv. 5. p. 239. et N. Prop. p. 679.' *Burm.* —11, 12 'Sic egregie hos vv. restituit Scaliger, uti et Turnebus XI. 16. Si quis dubitat de *sanctis*, is sciat ita diserte legi in Regg. Colb. 2. utroque nostro. Passeratius malebat *Mercurioque sacris*: sed, ut vides, reclamantibus libris. Mureti quoque liber habebat *sanctis*.' *Broukh.* '*Satis*, *sacris*, *sanctis* codd. Passeratii, unde Beroaldus legebat *Mercurioque Sais* et in pentam. *primo*. Quæ lect. si recipiatur, saltem non cum Beroaldo de Pallade, sed potius de Venere Ægyptia, s. Saitide cogitandum, præeunte Vulp. e. Cic. N. D. III. 23. [In Addendis observat Barthius Vulpium non sat accurate inspexisse Ciceronem, et Minervam Ægyptiis proprie 'Neith' vocari, non 'Sais,' licet præfectura Saitica Minervæ sacra fuerit.] Et hanc lect. variæ edd. adoptarunt, v. c. Ald. Basil. *Mercurio Sais* Brix. Venet. *Satis* Groning. et Bon. in cujus tamen marg. *qualis* ascript. erat. *Sanctis* autem expresse Dresd. *Bobeidos* Vat. Groning. Dresd. Brix. Venet. *M. et patrias f. Bœbeis*

NOTÆ

dicta est Hippodamia, et Hippodame, et Deidamia, filia fuit Attacii, seu Atracis, e gente Lapitharum, nupsitque Pirithoo, in cujus nuptiis Centauri mero calescentes, ac libidine exæstuantes, puellas, in primisque novam nuptam, rapere aggressi sunt. Ut ait Ov. XII. M. 'Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis: Eurytus Hippodamen; alii quam quisque probabat.' Pirithous autem, Ischomaches conjux, aliique præstantissimi heroës una cum Lapithis contra Centauros fortiter decertarunt, multisque trucidatis reliquos fugaverunt.

10 *Centauris*] Thessaliæ populi fuerunt, secus Pelion montem habitantes, qui primi domare equos et ex iis pugnare didicerunt; unde factum est, ut, a populis vicinis primum conspecti, corpora partim humana, partim equina habere crederentur.

11 *Sanctis Bœbeidos undis*] Bœbeis palus est, seu lacus, de quo jam sup. diximus in Notis ad Tibullum. Porro Strabo stagnum Bœbeidem collocat in Thessalia, non procul ab urbe Pheris. Ejus autem aquæ dicuntur sanctæ, quod iis quondam dicatur Minerva suos pedes abluisse, ut e Strab. IX. colligitur.

12 *Br.* [*primo*] *composuisse latus*] Alii legunt *Brimo*. Græcis enim dicitur hoc nomine Proserpina a terrendo, quod ipsa terrores immittere crederetur; sed hoc ipsi convenire nequit, quod dicitur corpus suum Mercurio composuisse, cum nullibi legatur cum ipso consuetudinem habuisse. Videtur autem Propertius, si hoc scripsit, Grammaticos Græcos

Cedite jam, Divæ, quas pastor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus.

Deæ, quas quondam pastor in *jugis montis Idæ conspexit*, desinite nunc *exuere*

ad undas Heins. Certe Mentel. *Bæbeida undis. Primo* Guarn. Venet.' *Barth.* qui nostram exhibet lect. '*Mercurioque satis* Exc. Scal. et Mod. vel omissa copula *Mercurio satis* Neap. Groning. Colb. 2. mens 2. et Voss. 1. 3. in cujus marg. *Sais. Mercurio qualis* Colot. et Vat. 1. quod ex præcedenti 'Qualis et Ischomache' repetitum est. *Mercurio Sais* Vicent. *Mercurioque sais* Aldd. Colin. Rouill. Gryph. et aliæ edd. quod retinendum putasse Auratum notaverat J. Dousa, et intelligend. de Minerva, quæ ita dicta ab oppido Saite. Sed errarunt qui hic Saidis nomen Minervæ obtruserunt. Ita jam olim Volscus et Beroaldus, qui seq. versu *primo* in suis invenerunt codd. ideoque exponunt de Minerva, quæ, antea virgo, ad lacum Bœbeida primum cum Mercurio consuevit. Id valde alienum arbitror, et recte tanquam ἐκποδὼν ὄντων rejicitur a Mureto et Passeratio. De Proserpina vero, quæ Brimo est, constat. *Mercurio sanctis* Leidd. Voss. 4. Dorvv. Ask. [Dresd.] et mens 1. et sic Venet. 2. et Rheg. Deinde *Bobeidas* Borr. et edd. pr. *bæbeidas* Vat. 5. Leid. 2. Regg. et Colb. 1. *bobeidos* mei, sed recte *Bæbeidos* Perr. v. c. Groning. aliique. *Bebeidos* in edd. antiquis. *Sanctis*, ut in Scaligeri editione, vel *sacris undis*, ut Passeratius, tritum et commune epitheton Heinsio apparuisse videtur, quia N. Prop. p. 679. legend. conjecit *M. et patrias f. Bæbeis ad undas*, quod a veteri vel recepta scriptura nimium recedit: et tamen *sanctis undis*, licet de iis dubitare vetet Broukhusius, paludem hanc limosam epitheto nimis certe honorifico et augusto ut ornaverit Propertius, vix a me impetrare possum, ut credam. Vid. igitur an propius ad genium Propertianum accedat *M. Ossæis (vel Ossææ) f. Bæbeidos undis:* ut *Ossæa Bæbeis* dicatur, quia ad Ossam montem erat hæc palus Thessaliæ, juxta Laceriam, postea Larissam, Pheris vicina. *Primo* omn. fere codd. ut et in edd. priscis. Verissime Turnebus *Brimo.*' Burm. Non diffitetur Kuin. ingeniosam esse Burmanni conj. neque tamen ea illi vera videtur. '*In sanctis* acquiescamus licet, sed addita *et*, [sc. *M. et sanctis*] quam scripti ignorant. Verum esse '*sanctis* nolim contendere, cum omnes præter Mentel. boni habeant *M. satis*. Utramque scripturam Calderinus commemorat, a quo est lect. *M. Sais.*' Lachm. qui *Brimo* vindicat.—13 '*Cædite* Guarn. *Etiam* id. et Dresd. Venet. et Ald. 1.' *Barth. Credite et o D.* Leid. 1. *Credite etiam* Voss. 1. 4. Dorvv. Burm. 2. cum vetustis edd. *Credite* Mentel. *Cedite vos* Vat. 5. Voss. 3. Sed receptam lect. non esse solicitand. pronuntiat Burm.

NOTÆ

secutus, qui dicunt vehementer a Proserpina perterritum fuisse Mercurium, cum ipsi vim vellet inferre, unde et a tam gravi facinore deterritus est.

13 *Divæ, quas pastor viderat*] O Deæ, quas olim pastor Paris nudas conspexit in monte Ida, nolite de pulchritudine et forma contendere cum Cynthia. Junonem, Palladem, et Venerem intelligit, quas Paris pastor de pulchritudine et formæ præstantia disceptantes nudas vidit in monte Ida; ubi secundum Venerem sententiam tulit, ipsique malum aureum velut pulcherrimæ, ut victoriæ signum, adjudicavit. Hoc autem Paridis judicium adeo poëtis aliisque scriptoribus est celebratum, ut de eo plura dicere supervacaneum fore putemus.

14 *Idæis tunicam ponere verticibus*] In cacumine montis Idæ in Phrygia, non procul ab urbe Troja, ubi pastor Paris greges et armenta pascebat. Ov. Ep. Helenæ: 'In altis vallibus

Hanc utinam faciem nolit mutare senectus,
Et sic Cumææ sæcula vatis agat. 15

vestem interiorem. Utinam ætas et *senectus istam formam non possit corrumpere, quanquam Sibyllæ Cumanæ ævum percurret.*

—14 *Tunicam* esse in quinque Mss. et vetustis edd. monet Broukh. qui id exhibet cum Barth. *Tunicas* Vat. Groning. Bon. Guarn. Dresd. v. c. Scal. Exc. Mod. s. Groning. Voss. 1. 2. 3. Burm. 2. quod probabat Markl. Sed *tunicam* Regg. unus Colb. Mentel. Ask. Borr. Dorv. (sic dicit Burmannus, qui jam dixerat *tunicas* esse in utroque Dorv.) et alii, et pr. edd. idque magis ex usu poëtarum videtur Burmanno.—15 *Senectus* omn. fere codd. edd. pr. et cett. antiquiores: et tamen vocis *vetustas* interpretatio videtur Burmanno. '*Vetustas* non sponte, opinor, inductum a Scaligero recentiores imitati sunt. Scripti, quantum constat, omnes *senectus*.' Lachm. qui id cum Barthio ediderunt. Broukh. exhibet *vet.*—16 '*Agat* Vat. teste Livin. non male quidem, sed vulg. suavior videtur Viro Docto [Dorvillio] in Misc. Obs. Vol. I. T. 2. p. 292.' *Barth. Aget* exhibent B. B. B. qui sic dicit: 'Noli dubitare de sinceritate lectionis, quam ex Palatino et C. Com. affert Gebhardus, *Et sic Cumæa s. v. agat:* optandi forma. Hoc firmari posset imitatione Ausonii Epig. 19. de se et uxore: idque probabat Marklandus. *Agat* Voss. 4. Dorv. 2. Francc. et Ask. *Cumanæ* Exc. Mod. s. Groning. et cod. Livin. quæ alterius vocis glossa est. *Cumæa* enim frequentius est in locis Veterum. Pro *sæcula* Ask. *tempora:* sed alterum in marg.' L. Lat. p. 59. legit *et sic agat.* Sed *aget* pulchrius videtur Lachmanno. *Cumææ* ediderunt B. B. B. L.

NOTÆ

Idæ, Tres tibi se nudas exhibuere Deæ.'

16 *Cumæa sæcula vatis*] Sibyllæ Cumanæ, quæ Deiphobe dicta est, longissimamque ætatem duxit, sæcula exigat. De Cumæa Sibylla jam pluribus sup. in Notis ad Tibullum. Ipsa vero, de sua ætate loquens ap. Ov. XIV. M. eadem fere verba Propertii habet: 'Nam jam mihi sæcula septem Acta vides: superest, numeros ut pulveris æquem, Ter centum messes, ter centum musta videre.'

ELEGIA III.

ADVERSUM SE.

Qui nullam tibi dicebas jam posse nocere,
Hæsisti: cecidit spiritus ille tuus.

Tu, qui modo gloriabaris neminem officere tibi posse, jam captus es; decidit

De se et ad se ipsum loquitur Gronov. *Ad irrisorem suum* Dresd.—1 'In

NOTÆ

1 *Qui nullam*] Sibi ipse Poëta quodammodo insultat, quod, qui quondam gloriaretur se prorsus ab omni amore liberum, feroces illos spiritus

Vix unum potes infelix requiescere mensem,
  Et turpis de te jam liber alter erit.
Quærebam, sicca si posset piscis arena,
  Nec solitus ponto vivere torvus aper;
Aut ego si possem studiis vigilare severis.
  Differtur, nunquam tollitur ullus amor.
Nec me tam facies, quamvis sit candida, cepit:
  Lilia non domina sint magis alba mea:
Ut Mæotica nix minio si certet Ibero,
  Utque rosæ puro lacte natant folia:

iste tuus ingens animus: ægre per *unum mensem* tu *miser potes quiescere, et modo de te libellus alter famosus prodibit in lucem. Inquirebam utrum vivere posset piscis* in *terra arida, ac sævus aper* in *mari, non artefactus* aquis: *vel utrum ego possem seriis et gravioribus disciplinis operam dare.* At *nullus unquam amor* prorsus *aufertur*, sed potius *differtur. Neque* ullus *vultus, licet sit pulcher, ita me rapuit: lilia non possint esse candidiora meæ heræ: veluti si nix Mæotica* cum *minio Ibero contendat, et quasi rosæ folia* in *candido lacte fluctuent: neque*

omn. libr. est *nullum:* leg. *nullam*, quod firmant seqq.' *Broukh.* ' *Nullum* omnes mei. *Nihilum* ed. Scal. quod neque Heinsio neque Broukh. placet. *Ducebas* Palat. 1.' *Barth.* Nostram lect. ediderunt B. B. B. L. qui *nullam* verissimam esse pronuntiat, sed librorum tamen *nullum* habentium consensum miratur. *Nullam dicebas* etiam Heins. *Nullam* Regg. Colb. Borr. Groning. Dorv. Burmm. *Nullum dicebam* Mentel.—3 ' Numerus insuavis: qui incessum versiculi primi odiose imitatur. Leg. *Vix potes, infelix, unum.*' Broukh. Sic Dresd. et Vat. 5. Sed alterum ad genium Propertii magis facere opinatur Burm. Pro *req.* in margine Exc. Scal. *cognoscere* pro varia lect.—4 *De re* ed. Græv.—5 ' *Possit* Brix. Venet. Aldd. cett. *Posset* ratio ipsa postulat, et reperitur in Vat. Groning. Dresd.' *Barth.* ' *Possit* alii Mss. et edd. *Posset* meliores. *Solus aper* Borr. Franc. 1. An f. *furvus* vel *fulvus aper?*' Burm.—7 ' *Serenis* codd. nonnulli. Videndum si hoc referri possit ad Lucretianum ' noctes vigilare serenas.' Nec tamen displicet vulg. scriptura.' *Broukh. Serenis* ἀπροσδιόνυσον esse pronuntiat Barth. Id habent Francc. Voss. Colb. et pro var. lect. in margine Burm. 2. Sed non recipit Burm.—9 *Non tantum f.* Dorv. *Me nec tam f.* Markl. *Cæpit* Brix. *Cæp.* Venet.—10 ' *Sunt* est in nostris duobus: minus recte.' *Broukh.* Id. pronuntiat Barth. qui monet *sunt* esse in edd. Græv. et Silv. ' Omnes, ni fallor, impressi ante Burmannum et codd. boni, demto Mentel. *sint* exhibent. *Sunt* minus rectum Broukh. dicit, sed perinde est. Notatu dignius est hunc vs. cum seqq. duobus a vicinis separandos esse, utpote mediæ orationi insertos. Idem monemus de vs. 16.' *Lachm. Nec d. sint* Heins. Puccius emendaverat, *domina ut sint:* et hoc Pocc. suppeditat.—11 ' *Et* Brix. Aldd. cett. sed jam Livin. reposuit *Ut* e Vat. et Groning. Dresd. *Ut nix M.* vitiose. *Certat* Groning. improb. Broukh. *Mæotia* Heins. *Ibero* et *Hib.* promiscue libri.' *Barth.*

NOTÆ

deposuerit, amorisque mancipium sit effectus. Deinde sese excusat, quod Cynthiæ, quam miris effert laudibus, formæ aliisque ejus eximiis dotibus resistere non potuerit, sed ad amorem fuerit inductus etiam invitus.

11 *Mæotica nix*] Scythiæ palus est Mæotis, in quam Tanais fl. influit,

Nec de more comæ per lævia colla fluentes,
Non oculi, geminæ, sidera nostra, faces;
Nec siqua Arabio lucet bombyce puella:
(Non sum de nihilo blandus amator ego:)
Quantum, quod posito formose saltat Iaccho,
Egit ut evantes dux Ariadna choros:

ejus *capilli defluentes, ut solent, per mollem cervicem, neque* ejus *ocelli, gemellæ lampades, astra mea; neque si aliqua puella Arabio ostro micat: (ego non sum amans de re minima adulari solitus:)* quia tam *eleganter saltat, quam Ariadne choreas agens evantes Baccho apposito ducit,* ipsaque tam *perita* est *canere, ut*

Hib. exhibent B. B. B. L. Kuin. *Et M.* Leid. 1. priscæque edd. *Ut* Borr. Neap. 2. Vat. 5. Præfert Burm. *certat.*—12 *Atque* Borr. Burm. 1. *Natent* Voss. 1. 4. Neap.—13 *Levia* Aldd. quod exhibent Barth. et Lachm.—14 *Oculis dominæ* Venet.—15 *Si quæ* ead. *Papilla* V. D. in Misc. Obss. Vol. I. T. I. p. 134. sed vulg. loco movenda non est, judice Barth. et frustra vulg. mutatam putat Burm. Legebat Heins. N. p. 680. *Nec si quando Arabiæ l. b. puellæ.* Pucc. restituit *Nec si quando Araba l. b. puella,* eandemque lect. annotat Pocc. Legit Lachmannus *Nec sic Arabio l. b. puella, Quantum cum posito f. s. Iaccho,... Et quantum, Æolio cum tentat c. plectro.* Quod defendit.—16 *Non tam* Markl.—17 ' *Proposito* Dresd. *Poto* alii, non bene. *Posito* convivium indicat.' *Barth.* ' *Jactat* Colbertt. Nescio si ' jactare' sic ἀπλῶς dici potest pro eo quod est ' brachia jactare,' in quo magna pars erat saltationis antiquæ. Videbunt doctiores.' *B. B.* ' *Tam quantum posito* Vat. 5. *Poto* legunt alii, quod recte improbavit Gebhardus p. 163. et *posito* tuetur. Miror viros doctos non offendisse *formose saltare* pro, scite, eleganter, ac decenter. Mallem profecto *numerose saltat.* Posset tamen *formose saltat* dictum esse, ut ap. Apul. VI. M. p. 183. ed. Elmenh. et v. p. 168. Deinde notanda videtur constructionis variatio, *Quantum quod saltat,* cum mox sequatur, ' Et quantum ludere,' nisi illic supplend. sit, et quantum quod sit docta ludere par lyræ Aganippeæ: vel vs. 19. legend. *Nec*

NOTÆ

unde Mæoticus, a, um. In regionibus porro illis perpetuæ sunt nives; unde scripsit Herod. IV. aërem esse pennatum in Scythia, quoniam illic assidue ningit propter frigus perpetuum.

Minio Ibero] Minium Iberum Hispanum est, quod nimirum præstantissimum ferat Hispania; quæ etiam Iberia dicta est ab Ibero flumine, seu a populis Iberis, ut volunt alii. Floridum Cynthiæ laudat colorem, quem dicit talem fuisse, qualis est nivis conjunctio cum minio. De minio, pigmenti genere, quod vulgo dicitur *Rouge d'Espagne,* quod ab Hispania afferatur, vid. Plin. XXXIII. 7.

14 *Sidera*] Oculorum commendatio, quorum fulgor sideribus comparatur, juxta illud Martial. ' Lumina sideribus certent.'

15 *Arabio bombyce*] Pro veste bombycina seu serica. Vocat autem bombycem Arabium ostrum seu sericum, quod ex Arabia, regione felicissima, defertur.

17 *Iaccho*] Vino, seu mero, metonymicôs, quia nempe Baccbus, qui et Iacchus, inventor est vini, quia inter epulas et vinum choreæ.

18 *Evantes dux Ariadna*] Vidimus supra, Evantes inter alia cognomina

Et quantum, Æolio cum tentat carmina plectro,
Par Aganippeæ ludere docta lyræ; 20
Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,
Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

citharam Aganippeam adæquet, quando Æolio pectine cantus deducere aggreditur, suaque carmina cum scriptis priscæ Corinnæ comparat, et Erinnæ versus non

tantum facies, subintellecto, me, ut cum illis hæc cohæreant, *Quantum quod posito, &c. Et quantum Æolio quod tentat carmina plectro: Par Ag. ludere docta lyræ.*' Burm.—18 Pro *evantes* Voss. 1. et Mentel. *eribates.* In Heinsiano et Borr. *euphrates: euhantes* Dorv. Pro *Ariadna* Borr. *eribana. Adriana* Leid. 1. Voss. 1. 3. et Burm. 2.—19 *Quoque* pro *cum* s. *quum* Bon. *Quod* Guy. Burm. Damnat Heins.—20 ' Heins. videtur maluisse *Mytilenææ*, prorsus præter mentem Poëtæ: ut omittam omnium libr. consensum, in quibus nihil tale.' *B. B.* Bon. *Pax agan.* ' Heinsio persuasum fuisse, nomen poëtriæ Græcæ proprium hic latere, patet, quia *Telesillæa* vel *Praxillea* etiam conjecerat N. p. 680. sed hæc nimis a vulg. lectionis vestigiis recedunt, quamvis ingeniosa sint.' *Burm.*—22 ' *Carminaque æquævis non putat esse suis* est Scaligeri correctio, qua nihil certius. *Carmina quæ quivis* nostri duo, Borr. Regg. unus Colb. neque aliter in suis invenerant Beroaldus ac Volscus. Eadem præfert Vaticanus Livineio inspectus, et Palatt. Gebhardo, qui tamen refingit *C. Sirenum*, ne sc. nihil dicat. *Carmina que lyrnes* Groning. Colb. alter: quod ego quid sit nunquam divinaverim. Nos contenti simus nostro Catone; qui, quod iniquiorem habuerit J. Wallium, virum omnibus poëticæ artis laudibus florentissimum, est cur indignemur, non cur miremur. Non Scaliger hunc l. corrupit, ut Wallius autumat; non etiam Beroaldus, ut Scaliger; sed vero Volsci putidum caput: quem dum nimis cupide sequitur Beroaldus, factum est ut posteriores crediderint a libris esse id, quod erat somnium pusilli homuncionis. Etiam maximum virum L. G. Gyraldum hic error transversum egit, Dial. 4. Hist. Poët. ubi Propertium respexisse putat ad Helecaten, Erinnæ poëma. Nunquam hæc in mentem venissent, si vel leviter inspexisset veteres Propertii libros.' *Broukh. Æquævis* recipit Barth. qui sic dicit: ' *Carminaque quis* Posth. *Quæ*

NOTÆ

Bacchantes seu Bacchas fœminas dictas fuisse ab Evan, qui est Bacchus. Ariadne porro jure dicitur choros Baccharum ducere; quia nempe a Theseo relicta Baccho nupsit, cui Bacchæ seu Evantes sunt consecratæ.

19 *Æolio plectro*] Æolius hic sumitur pro Lesbio, seu Alcaico, et Sapphico; quia nempe Lesbos insula fuit Æolicarum insularum princeps, ex qua Alcæus poëta et Sappho poëtria orlundi fuisse dicuntur.

20 *Aganippeæ lyræ*] Quæ canere didicit, quod lyram Musarum æquet. Aganippea lyra sumitur pro, Aonia, quia nempe Aganippe fons est in Bœotia, quæ et Aonia dicitur, Musis, quæ et Aonides dicuntur, sacer. Vid. Notas in Catullum ad illud Epithal. Manlii, ' Frigerans Aganippe.'

21 *Antiquæ Corinnæ*] Duplex Corinna; altera Thebana, seu, ut volunt alii, Tanagræa, quæ Thebis carmine lyrico Pindarum superavit; altera fuit Thespia, et ipsa poëtria, quam nonnulli dixerunt fuisse Corinthiam. Vid. Paus. in Bœoticis, Ælian. XIII. Suid. in Corinna, Plut. de Musica, et librum Novem Poëtriarum editum a Fulv. Ursino.

22 *Carminaque Erinnes*] Erinne seu

Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aureus argutum sternuit omen Amor?

existimat suis esse pares. An tibi nascenti, o mea lux, propitius et favens Amor

quisque non C. Com. *C. que Lyrines* Guarn. *Erinnæ* esse in uno cod. antiquo auctor est Heins. N. Prop. p. 680. unde pleræque edd. *Erinnes* habent, Aldd. Colin. cett. Græv. Lond. *C. quæ quivis n. p. æqua suis* Palatt. Colb. 2. Regg. Borr. Francc. Dresd. [Vat. 2. Neap. Burm. 2. Venet. 2. Vicent.] Brix. Quid? si *æquus* hic deteriori sensu ponatur, quomodo et vocula 'is' tam augendi, quam minuendi sensum habet. Nam profecto locutio 'non puto tibi esse carmina' hoc sensu, quo in nostro l. sumitur, nimis dura est.' Scaligeri emendationem in tanto viro mirari vix satis potest Burm. qui monet Scaligerum eam tam veram credidisse, quam se vivere, sed in ea nullam agnoscit elegantiam Poëta dignam, et ita pergit: 'Merito frigidam Scaligeri conjecturam censebat Dorvillius, et huic l. ad oram cod. sui annotaverat Marklandus: 'Desperatissimus locus, ut mihi videtur, tantum abest ut Scaligeri correctio vera sit. Propertium quæro, sed in hac lect. minime eum invenio.' Desperare tamen de sanand. h. l. vulnere vetarunt aliorum codd. veterum vestigia; nam in Voss. 3. *quæ lirines*, et in marg. *liricis*, ut 4. et Ask. *Quæ Lyrines* Dorv. 1. *Quæ Lirinos* 2. *Carminaque Lirinos* Harl. *Quæ Lyrnes* ex altero Colb. et Groning. profert Broukhusius, et tamen id, quod verum erat; ante oculos habebat positum, neque divinare difficile fuisset, si paulo attentius corruptelas librariorum in nominibus propriis explorasset. Ex vetustioribus enim edd. restituend. erat *Carminaque Erinnes non p. æqua s.* Certe in Colot. claris literis *Erinne* legebatur, et ex suo Ms. Livineius etiam affert *Carmina que Lyrnes*, addens id propius ad veram scripturam *Erynnes* ducere. Neque merebatur hoc in l. Volscus, ut putidum ejus caput insectaretur Broukhusius, qui sæpe in eum severe et inclementer invehitur. Negari nequit enim multa sæpe loca corrupisse; sed hic miror potius Volscum in tenebris literarum, quibus sua ætate premebatur, tam feliciter micasse; nam in illius editione cum excusum sit *Carmina quæ herynes*, in notis tamen suis post refutatum Domitium, qui de *Lyrne* Orionis amica somniaverat, emendand. censebat *Carminaque Erynnes non putat æqua suis.* Laudem igitur et applausum hic potius merebatur Volscus, quem et alibi non infelicem fuisse in nominibus propriis restituendis offendi, et agnovit ipse Broukhusius. Volsci vestigia e longinquo pressit Beroaldus, cujus id commentum esse perperam dicit Scaliger, nam in illius editione *Carmina quæ Erynes non putat æqua suis*, ut operarum vitio in notis Volsci excusum erat, pro *Carminaque Erynnes.* Recte igitur Muretus, Aldus in utraque ed. Colinæus, Gryphius, aliique ediderunt *Carminaque Erinnes non p. æqua s.* unde non mirum est, ea lect. probata, hoc modo locum proferri a J. Meursio II. Biblioth. Græc. p. 1326. Vinc. Obsopæo ad Anthol. Græc. p. 135. et Brodæo p. 135. Gronovio ad Tac. XV. A. 49. Harduino ad Plin. XXXIV. 8. p. 651. et J. Wallio. Verissimam igitur Poëtæ lectionem me in contextum reduxisse approbaturos esse viros eruditos opinor; nam, quod Heinsius etiam divinaverat, *Carminaque* [*Carmina et* legisse Heinsium notat Barth.] *æqua Anytes non p. esse suis*, ingenio ejus conjecturarum fœcundo tribuendum est, præsertim cum *Erinnæ* in antiquo cod. legi testetur. Non facile aures nostras permulcebit Gebhardi

NOTÆ

Erinna fuit poëtria, Sappho coætanea. De hac Euseb. in Chron. 'Erinna poëtria vixit quo tempore Dion Syracusis interemtus est.' Ipsam alii Teniam, alii Teiam, alii Teliam, alii Rhodiam fuisse dicunt.

24 *Sternuit omen Amor*] Sternutationem olim fuisse rem sacram, vim-

Hæc tibi contulerunt cœlestia munera Divi, 25
Hæc tibi; ne matrem forte dedisse putes:

felix sternuendo dedit auspicium? Ista in te cœlestia munera Dii congesserunt; ne ergo *existimes ista tibi genitricem tuam contulisse; non equidem sunt humani*

Sirenæ, qui, in re Critica raro acutus, hic legend. excogitaverat *Carmina Sirenis* vel *Sirenum non p. æqua s.* Certe, si insulsis conjecturis palma publice esset proposita, hac una eam suo jure auferret Gebhardus. Notam absolvamus auctoritate Hemsterhusii, qui, ' Locus,' inquit, ' difficilis, et a librariis corruptus. In Vlamingii codice legebatur *Carmina quæ quivis non p. æqua s.* Ego durissimam Scaligeri correctionem non tam bono sum stomacho, ut concoquere possim. Sane putidum illud Volsci, temerarii sæpe corruptoris, et pusillum ingenium hic admiror et exosculor, qui, si non certam, at summe probabilem ac Propertio dignam lectionem excogitavit.' Hujus autem Viri judicium quis non præferat perversitati Vulpii, qui tanquam e tripode pronuntiat, ' versum hunc corrupisse A. Volscum, cumque temere secutum esse Beroaldum;' nihil præterea e sua penu conferens, contentus lacinias Passeratii et Broukhusii, e quorum purpura, sed pannis divulsis ac laceris, maxima Commentarii ejus moles conflata est, assuisse? Præc. versu edidi *Et sua cum antiquæ*, non *quum*, ut in Broukhusiana: est enim idem loquendi modus subintell. cum scriptis Corinnæ, ut 8. 23.' *Burm.* Volsci *Erinnes* amplectitur Lachm. qui monet ' Volscum tamen male dedisse *Carmina quæ* pro *Carminaque*, neque operarum vitio, ut Burmanno videtur, sed suo.'—23 *Nunc* Voss. 1. Dorv. 2. Burmannianus. *Non* Voss. 3. Leid. 1. Vlamingii cod. *Quam* Guy. *Nam* Ayrm. Hemst. quod nolit reponi Lachmannus. *Nascendi* Wopkens. Obs. Misc. T. x. p. 48. *Nascenti et p.* Lachm. —24 ' Mera mapalia faciunt interpp. dum anxie inquirunt cur Amor dicatur *Aridus*. Macrobius in libello de Differentiis et Societate Græci Latinique verbi, ita profert h. vs. *Candidus Augustæ* [*Augustus* hic habet Barth. qui Macrobium vitio memoriæ citavisse arbitratur] *st.* Unde Pont. multo cum ambitu asserit, veram lect. et quam olim ipsi Scaligero probaverit, esse *Candidus augustum, &c.* quod et ipsum pro suo Passeratius venditavit. Frustra omnia. Vera lect. est *Aureus.*' Broukh. *Aridus* defendit (nimis dure et contorte, judice Kuin. qui *Aureus* tuetur), *Aureus* tamen exhibet Barth. qui monet *Aridus* habere edd. omn. præter Broukh. et Gött. *Aridus...avis* habere Dresd. et *terruit* Palat. 1. et *omnis amor* Brix. Hæc tandem addit: ' V. D. Cant. contendit *Candidus* facile immutari potuisse in *Aridus:* persuadet ipsi lectio vet. cod. Heins. *Ardidus*, præsertim cum Passeratius in vet. libro affirmet inveniri *Candidus.*' *Aureus* edidit Burm. et ita monuit: ' *Aureus* etiam Heins. conjecerat. *Aridus* Voss. Mentel. Harl. mei, primæ aliæque vetustæ edd. *Ardus* Voss. 4. Dorv. 2. Aak. Exc. Mod. 3. Groning. et sic affert Nestor in Vocabulario in ' Sterno ' p. 123. *Arridus* Perr. v. c. Colot. Neap. [' *Ardidus* est in aliis permultis et in Neap. *Arridus* enim ap. Burm. aut calami festinationi aut typothetæ errori debetur.' *Lachm.*] et Vat. 2. Leid. 2. Voss. 3. et Dorv. 1. *Candidus* Vat. 1. *Fervidus* Beroald. Macrobius indicante Broukh. affert *Candidus augustæ:* unde Scaliger, Guy. aliique *Candidus augustum.* Heinsius *Candidus argute:* et f. *Candidus* probum est, ut ad faustum omen referatur. Hanc lect. sua imitatione hic probasse videtur Sannazarius 1. El. 3. ult. et P. Lotich. 11. El. 8. 60. *Candidus* quoque se probavit Hemsterhusio, [qui τὸ *Aureus* illo longe dete-

NOTÆ

que augurii habuisse tradit Aristot. Probl. Quæst. 20. et Lib. 1. de Animal. Nat.

25 *Contulerunt*] Penultima syllaba correpta pronuntiavit, more antiquorum, qui ' emerunt,' ' tulerunt,' me-

Non, non humani sunt partus talia dona:
  Ista decem menses non peperere bona.
Gloria Romanis una es tu nata puellis.
  Romana accumbes prima puella Jovi. 30

partus tantæ tum animi tum corporis *dotes*. *Hæc dona* tibi *decem menses non contulerunt*. *Tu sola in lucem edita es*, ut *decus* esses *fœminis Romanis*. Tu in

rius esse haud dissimulat,] et *augustum omen*. Dorvillio in Misc. Obs. Vol. I. p. 136. in mentem venerat *Naribus argutis sternuit omen Amor*. Sed melius placet, quod *argutum omen* exponat de iis, quæ in sternutando observabantur, præsertim propter Homeri locum de Telemacho: nisi quis *argutum omen* cum Ruhnkenio interpretari malit omen cum acuto sono prolatum. Optime autem *sternuit* [quod habet Neap. et exhibent B. B. B. L.] restitutum hic fuit pro *stertuit*, quod [cod. Vlaming. Guarn.] Leidd. Voss. 1. 3. Dorv. 2. mei, nec aliter ap. Nestorem, et in Exc. Scal. ac Mod. Palat. 2. et Vat. 5. *Stertuit omnis amor* Regg. Leid. 2. et primæ edd. *Strepuit* Voss. 4. sed *sternuit* unice verum: et hoc probavit Obsopœus ad Anthol. Græc. VII. p. 628. Catulli Carm. 46. 9. hoc Propertii loco illustrat Muretus.' *Non tibi...Aridus argutum stertuit* Scaliger ex suo cod. notavit sine interrogatione. ' *Candidus* verum esse vix dubito. Sed Macrobius, *Augustæ* exhibendo, scrupulum injicit aitne *augustum omen* legend. de conjectura Pontani, an *argutum* e codd. Illud mihi præferend. videri confiteor: recipere, cum alterum non ineptam interpretationem admittat, non audeo.' *Lachm.*—25 *Ubi contulerint* Brix. ut fere edd. vett. *Contulerint* Bon. Guarn. Regg. Colb. Borr. Neap. (qui omittit *tibi*) Leidd. Voss. 1. 4. Dorv. 1. Burm. 1. *Contulerunt* Groning. Dorv. 2. *Cum tulerint* Heinsian. Burm. 2. ' Parum refert,' ait Burm. ' an *contulerunt* legatur, an vero potius *contulerint*, quod in pr. edd. inveni: sed *contulerunt* in Ber.' ' *Contulerunt* esse veram lect. Beroaldus ait, et recte quidem.' *Lachm.* Et ita ediderunt B. B. B. *Cæl. numina* Dorvillianus.—26 ' *H. tibi ne m.* Aldd. Basil. Gryph. Grass. Græv. Lond. *Fors tibi ne m. stulta d. p.* Heins. Cui bono?' *Barth.* ' Edidit Bronkh. [et sic Barth.] Scaligerum sequens, *Hæc tibi: ne matrem forte d. p.* quod propter repetitionis gratiam etiam præfert Heyn. ad Tibull. p. 317. sed *Hæc tibi ne matrem*, postposita priori distinctione, placebat Dorvillio. *Cynthia, ne matrem* Guy. Sed nescio quo modo arridet codicum lectio, *Hæc tibi ne matrem, stulta, dedisse putes*. Ita enim Perr. v. c. Voss. 3. 4. Vat. 2.' *Burm.* Waard. p. 16. vult *Hæc tibi....munera Divi, Divi, ne matrem, &c.* ' Codd. aliquot Italici *stulta*. Nolo judicare ante, quam unde hæc scriptura venerit scivero.' *Lachm.*—27 ' Ita recte in omn. fere Mss. meo utroque, et edd. pr.' *Burm. Non nunc* Voss. 3. sed *non* superscript. pro varia lect. *Partus sunt* Groning. Colbertt. Heinsian. Vat. Burmannus vult transpositionem fieri, ut vv. 23. 24. et 27. 28. suas sedes invicem mutent.—28 *Novem* Gryph. 5.—29

NOTÆ

dia brevi pronuntiabant, ut ait Donatus. Ita Virg. Ecl. 4. ' Matri longa decem tulerunt fastidia menses.'

28 *Decem menses non peperere*] De tempore humani partus multæ sunt opiniones, de quibus vid. Gell. III. 16. Hoc in loco Propert. sicut et Ecl. 4. Virg. putarunt partum humanum decem mensibus contineri, seu decimo mense fieri. Decem vero menses illi apud antiquos lunares erant, qui novem nostris mensibus vertentibus respondent.

30 *Prima puella J.* [*loco*] Tu prima eris inter puellas Romanas. Nonnulli male et corrupte legunt *Jovi* pro *loco*.

Nec semper nobiscum humana cubilia vises:
Post Helenam hæc terris forma secunda redit.
Hac ego nunc mirer si flagret nostra juventus?
Pulchrius hac fuerat, Troja, perire tibi.

loco Romano puella prima accumbes; neque jugiter nobiscum lectos hominum adibis. Post Helenam hac altera forma in terras mittitur. Jamne mirum videbitur, si istam nostra Romana *pubes ardeat et depereat? O Troja, tibi fuisset gloriosius ob istam* puellam *dirui,* quam ob Helenam. Mihi *quondam mirum videbatur,*

'Omnes tam scripti quam antiquitus cusi libri habent magno consensu *tu nata.* Possis vulgatam *rara* defendere. Sed cur insuper habeas tot librorum fidem et lect. minime ineptam?' *Broukh.* 'Quas vulgatas innuat edd. vix intelligo, nisi edd. vulgatas solam Scaligeri vocet, quanquam in Notis suis de hac varietate nihil monuerit vir illustris. Ne de codd. dicam, qui, nullo excepto, *nata* tuentur omnes, consului primas et reliquas vetustiores edd. Venet. 2. Vicent. Volsci, Ber. Rheg. Aldd. Mur. Colin. Gryph. Rouill. Douss. ceterasque, in quibus singulis pari consensu *nata* excusum offendi: et eo tendit *donata,* quod ex v. c. affert Livin.' *Burm.* '*Donata* Vat. *Rara* al. v. c. Silv.' *Barth. Nata* exhibent B. B. B. L. qui vv. 29. 31. loca sua invicem commutare, vv. vero 30. 32. eund. ordinem, quem nunc habent, jubet retinere.—30 '*Romana accumbens Jovi* Aldd. Gryph. *Romano accumbens* Colin. Basil. Grass. *Romano accumbes loco* esse in libris testatur Gebh. qui et in C. Com. *acumbens* deprehendit, quod et Bon. habet; ipse in sua ed. exprimi jussit *Romana accumbes Jovi:* quæ et Vulp. et Gött. placuit. *Romano loco* Broukh. ne addita quidem nota.' *Barth.* 'Neque hic locus levi manu tractandus est, de medio valde suspectus. Quem enim non offendat ter repetitum, *Romanis puellis, Romano loco, Romana cubilia?* ut in contextu exhibuit Broukh. Videri aliquid latere ascripserat Francius. *Romano loco* ex v. c. reposuit Scaliger. Sed *Romano loco prima accumbes,* quid sit, nemo facile dixerit; nam, quod ad hypallagen confugiat Scaliger, *prima accumbes Romano loco,* pro, primum locum inter puellas Romanas habebis, inter Græcas secunda eris post Helenen, nimis durum et contortum apparet. *Aonio choro* Heins. quod probare non possum. Nihil emendandum, et *Romano loco* per hypallagen vel *Romano toro* legend. censet Struchtmeyerus Anim. Crit. II. 1. p. 92. Sequamur potius, in quibus legitur, *Romana accumbens prima puella Jovi,* Leidd. Vossianos, Groning. Borr. Regg. Colbertt. Dorvv. ac meos; neque aliter in primis ceterisque edd. antiquis. *Romana accumbes pr. p. Jovi* in Mureti Aldina. Legamus itaque *Romano accumbes p. p. Jovi,* ut jam excusum inveni in Ber. [et ut legunt Barth. et Lachm.] Si vero quis *Romano* ex glossa marginali, vel ex præc. et seq. versu, huc irrepsisse suspicetur, posset etiam reponi *Accumbes Latio p. p. Jovi.* Non inelegans tamen hic est repetitio, *Gloria Romanis....Romano* vel *Romana:* sed vel hinc manifestum est, inconcinne versu seq. *mecum Romana cubilia vises* repeti, ut [legit Scaliger et] edidit Broukh. sed revocandam fuisse eorund. codd. et edd. vetustissimarum lectionem, [quam recipiunt Barth. et Lachm.] *Nec semper nobiscum humana c. v.* Quem versum se non intelligere ascripserat Markl. sic tamen omnia elegantissimi coloris ac Poëta nostro digna erunt. Exigit *accumbes,* ut *Jovi* legatur, satisque refutat *Romano loco.*' Burm.—31 *Non* edd. Livin. et Gebh. *Non s. nobis Romana* C. Com. *Nobis humana* Dresd.—32 'Nullum mihi dubium est fuisse a manu Poëtæ *hæc Graiis.*' Broukh. Quem *Graiis* satis ingeniose explicare censet Barth. sed non id admittit in textum. Ingeniosum vocat etiam Burm. sed de ejus veritate non liquere statuit. *Terris* codd. vett. et edd. Burm. P. ad Calpurn. Ecl. 4. 8. nihil hic mutand. notat. Guy. vult *venit:* sed melius posse emendari *P. H. terris f. s. redi,* præsertim quia sequitur 'Hac ego' et 'Pulchrius hac,' putat Burm.—33 '*Hac ego non m. si f. n. juventus:* hæc

Olim mirabar, cur tanti ad Pergama belli
  Europæ atque Asiæ causa puella fuit.
Nunc, Pari, tu sapiens, et tu, Menelaë, fuisti;
  Tu, quia poscebas; tu, quia lentus eras.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
  Vel Priamo belli causa probanda fuit.

quod tam cruenti belli ad Trojam Europæ et Asiæ unica *fœmina causa extitit: jam* vero, *fateor, o Pari, tuque, o Menelaë, sapiens fuisti; tu, quia* uxorem *repetebas, tu* vero, *quia* eam reddere *cunctabaris. Digna certe forma, propter quam vel periret Achilles aut Priamus, belli* tanti *satis idonea causa fuit. Si aliquis cupit celebri-*

plane jacent et frigent. *Ego nunc* est in quinque scriptis: recte. Sic autem erigea sententiam: *Hac e. nunc m. si f. n. juventus?* Broukh. Sic exhibent B. B. B. L. et sic Guy. et firmant Vat. 2. Mentel. Voss. 1. '*Ah* Palat. Brix. *Non* Venet. Aldd. Colin. Mur. *Miror* C. Com.' *Barth. Ah ego nunc miser* Regg. Leid. 2. et priscæ edd. Colbertinus *Ast ego nunc mirer. Non* Voss. 3. Dorv. 2. Burm. 1. in quo *miror. Ac ego* 2. *Hanc* Voss. 4. *Nostra voluptas* Mentel. Legend. jubet Burm. *Non ego nunc mirer*, vel potius *Hæc ego num mirer*. Pucc. correxit *Hanc ego nunc mirer*, quod etiam Pocc. agnoscit, et ipsum Propertium 1. 18. 23. confirmare statuunt Addendæ ad fin. ed. Burm. Legit Mits. p. 118. *Hic ego nunc mirer.*—34 *Ah* pro *hac* Regg. Leid. 2. Palat. edd. pr. 'Fuerit Posth. ap. Livin. et Heins. N. Prop.' *Barth.*—35, 36 'Melius Groning. *mir. cur. In P.* erat pro *ad*, quomodo et Vaticanus: perperam. *Foret* Heins. recte.' *Broukh.* '*Quod* Dresd. cum vulgatis edd. prob. Vulp. *Cur* vel *quur* Groning. a Broukh. [qui exhibet *quur*] et Gött. recept. *In P.* Ald. 2. Mur. Gryph. Basil.' *Barth. Quod* Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. et edd. pr. *Qui* Guy. pro, cur. Cum Heinsio legend. pronuntiat Burm. *mir. quid....puella foret. In P.* Voss. 3. et duo Livineii. *Tanti P.* Colb. Borr. Neap. Dorvv. *Tanti ad bella fuissent* Voss. 4. *Quod....fuit* edidit Lachm. et *cur....fuit* Barth.—37 *Fuistis* Heins.—38 *Lætus* Bon. Damnat Barth.—39, 40 'Livin. legebat *Atrides*. Commode sane, si addicerent libri. Sed commodius Heins. N. ad Epistolas Sabini *Achilles. Vel Priamo belli.*' Broukh. '*Atrides Vel Priamus* Brix. Venet. Aldd. Basil. Gryph. Grass. Græv. Lond. Sed *Achilles. Vel Priamo* Neap. approb. Broukh. et Vulp. *Foret* pro *fuit* Mentel. ap. Heins.' *Barth.* '*Atrides* Livin. contra omnium Mss. et editorum consensum, in quibus *Achilles*. Recte igitur id improbat Heins. N. p. 681. Miror Broukhusium hic nullam iterum mentionem transpositionis versuum fecisse. *Facie* Mentel. *Vel Priamo b.* firmat Perr. v. c. et Neap. [In Neap. ab ead. m. correctum us.] Olim legebatur *Vel Priamus*: 'obiret' nempe: quod et in Leidd. Vossianis, Dorv. ac meis. *Foret* Exc. Mod. [s. Groning.] aliique Mss. ut conjecerat Heins. Servandam tamen lect. *Vel Priamus* cen-

NOTÆ

36 *Europæ atque Asiæ causa puella fuit*] Helenam significat, quæ, rapta a Paride, causa fuit belli illius cruenti, quod toto decennio ad Trojam gesserunt Græci cum mille navibus, duce Menelao rege, qui Helenam uxorem reposcebat. Catull. 'Troja nefas, commune sepulcrum Europæ Asiæque.' Dixit autem Poëta 'Europæ,' propter Græcos, 'Asiæque' propter Trojanos. In hanc sententiam dixit etiam B. Hieron. 'Propter unius mulierculæ raptum Europæ atque Asiæ decennalia bella confligunt.'

Siquis vult fama tabulas anteire vetustas,
Hic dominam exemplo ponat in arte meam.
Sive illam Hesperiis, sive illam ostendet Eois,
Uret et Eoos, uret et Hesperios.

tate nominis Veterum tabellas superare, iste sibi *meam puellam pingendam proponat. Seu istam exponat Hesperiis seu Eois,* sui amore *inflammabit Eoos, inflammabit et*

suisse Hemsterhusium ex ejus annotatione patet.' *Burm. Achilles. Vel Priamo b. c. p. fuit* exhibent B. B. B. nisi quod ultimus dimidio puncto dividit *Achilles* a prox. vs. quem sequitur Lachm. qui legit *foret.*—41 *Si qui fama volet* Exc. Mod. s. Groning. Heinsius *Si quem fama vocet,* vel *fama juvet,* aut *Si cui fama subit:* Not. p. 681. Idem quoque *Si quis vult forma,* quod et Markl. libri sui ore ascripserat.—42 '*Inante* est in septem libris scriptis, in duabus edd. pr. in Ald. [Aldd. habet Barth. qui addit Basil. Mur. Guss. Græv. Lond. Leid. Scal. 1. 2.] Colin. Douss. &c. idque multis propugnat Gebh. Intercedit pater Gronovius I. Obs. 15. negans *inante* boni ævi Latio receptum fuisse; et se alibi dicens ostendisse Scaligeri in eo peccatum, qui Propertio obtruserit. At vere Scaliger de ea vocula verbum fecit nullum; et jam in Propertio legebatur ante Scaligerum natum. Itaque hæc quidem calumnia est, et mera ærugo. Noster 1. habet *in arte,* et liber Passeratii.' *Broukh.* qui hoc edidit cum Barth. *In arte* Venet. 1. *In arce* vult Passeratius: quod exhibent Perr. v. c. et Vat. 2. 'Qui antiquata captarunt, *inante* intruserunt, ut Gifanius Iud. Lucretiano, G. Fabricius Grammat. Partit. II. Livin. Notis p. 76. J. Gulielmius II. Veris. 4. et Gruterus ad Cic. I. Cat. 3. p. 612. quibus talia erant in deliciis. Quare nollem hoc suo calculo probasset Vossius IV. de Analog. 23. Caltieri enim Latio id insitatum recte repudiavit Gronovius I. Obs. 15. p. 128. ubi Scaligerum illud Propertio obtrusisse notat: quod a Broukh. traducitur. Fefellit tantum memoria Gronovium. Recte tamen hic emendatum est, *ponat in arte,* ut legitur in Colot. Vat. 5. [Dresd.] Heinsian. tribus Vossianis, Dorvv. et mea 1. *Ponet in arte* 2. *Arte* exigunt 'tabulæ vetustæ.' *Exemplar* Voss. 4. ut Gifanio placebat, teste Sciopp. IV. Verisim. 12. Heinsius vero legebat *exemplum ponat in arte meam. Exemplum famæ,* vel *formæ,* elegante ap. poëtas usu. Commode *in arte* servari potest, admissa Gebhardi expositione.' *Burm. Exemplo ponat in ante* legit Lachm. —43 '*Ostendat* Groning. Gebhardus præfert *exponat,* quod habebat C. Com. Mihi potior est consensus cett. codd. vetustorum [nc. in *ostendet.*]. In primitus cusis *ostendit.*' Broukh. *Ostendit* Leid. 2. Dorv. 1. a m. pr. et priscæ edd. Barthius citat Brix. Venet. Aldd. Colin. *Ostendet* Drend. Borr. Vat. 5. Neap. Francc. unus Voss. ed. pr. Sic codd. plerique, auctore Barth. *Ponat* et *exponat* minus concinne juncta esse notat Burm. qui *ostentet* malit. *Ostendet* probam lect. statuit Lachm. nec malam *ostendat.* Ceterum longa annotatione docet Burmannum quandam ipsius emendationem, qua I. 19. 19. tentat, male propugnare tali observatione: 'Offendit quidem,' dixerat Burm. 'in hac lect. *mea.* Sed Poëta noster etiam II. 3. 43. in eod. disticho 'Eois' et

NOTÆ

41 *Tabulas anteire vetustas*] Si quis pictor, sui commendatione operis, cupit superare tabulas vetustissimorum pictorum, qui Deas mulieresque formosissimas pinxerunt, nempe Zeuxes, Apelles, Parrhasius, is sibi proponat pro exemplo dominam meam Cynthiam pingendam. Itaque ostendit nullam mulierum formam esse Cynthiæ pulchritudini æquiparandam.

43 *Hesperiis, sive illam ostendet Eois*] Occidentalibus et orientalibus popu-

His saltem ut teneor jam finibus: aut mihi siquis
  Venerit alter amor, acrius ut moriar.
Ac veluti primo taurus detrectat aratra,
  Post venit assueto mollis ad arva jugo;
Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
  Dehinc domiti posthæc æqua et iniqua ferunt.

Hesperios. Istis ut saltem terminis contineor, mihi concedatur; *nisi mihi forsan aliquis alius amor contigerit, ut acerbius peream. Et, quemadmodum primo taurus jugum excutit, deinde assuefactus servitio facilis ad aratrum venit, ita initio juvenes sævi et indomiti in amore sunt inconstantes et incerti: postea* vero *subacti justa et injusta, digna et indigna patiuntur. Melampus vates, deprehensus*

'Eoos' prima brevi et producta bis usurpavit.'—45, 46 'Totum hoc distichon, quod in codd. et antiquioribus edd. hic [sc. loquitur ad l. vv. 49. 50.] desideratur, sed inf. El. 3. post vs. 44. legebatur illo verborum ordine, quo in Regg. Colbertt. Leidd. Vossianis, Dorv. melsque, *Acrius ut moriar, venerit alter amor*, huic l. inseruit et restituit Scaliger; cujus transpositionis nullam tamen mentionem fecit Broukhusius.' *Burm.* Lachm. exinde novam, quartam sc. Elegiam incipit, reliquosque huj. nostræ Elegiæ versus illi Elegiæ præfigit. Rationes, quibus ad hoc faciendum motus est, multis explicat. Ceterum pro *saltem* Pucc. legend. conjecit *precor*, quod agnoscit quoque Pocc. Pro *si* Pucc. emendaverat *ne*, atque ita legere jubent Pocc. et Ferrarius. Sic iegit Lachm. *finibus! hei mihi, si quis, Acrius ut moriar, venerit alter amor!* '*Teneat* Grævv. *Acr. ut m. ven. a. a.* Aldd. Colin. cett. etiam Græv. et Lond. cum Dresd. qui simul *veniet* habet.' *Barth.*—47 Hic vs. ad fin. huj. Elegiæ sunt Broukhusio et Burmanno vv. 11-18. Elegiæ secundæ. '*Detractat* noster 2. Regg. Colbertt. quæ est ipsissima vetustatis scriptura. *Aratro* noster 1. Borr. C. Com. sed vulg. non videtur temere tentanda. Ov. III. Pont. 7. 'Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.' Plura Passeratius dabit firmandæ receptæ lect. tamen, ut verum fatear, istud mihi *aratro* nescio quo modo subblanditur: et propemodum inducor ut credam latere ellipsin verbi 'parere' aut alicujus non dissimilis.' *Broukh.* '*At* Leid. 1. Colb. [Vat.] *Ut* Mentel. *Detractat aratra* Leidd. tres Voss. Dorvv. Groning. meus 2. et pr. edd. idque a Passeratio exemplis confirmatur. *Arutro* tamen in Scal. v. c. Borr. et Heinsiano, qui id probat N. p. 681. eoque magis inclinat Broukh. Aliter Patruus mens N. ad Lucan. II. 646. qui *detractat* non cum *aratro* conjungit, sed *primo aratro* absolute positum notat, cum aratro primum jungitur taurus.' *Burm.* qui defendit et cum Broukh. edidit *detract.* pro *detrect.* quod exhibuit Barth. Judicat Lachm. Propertium dedisse *Unca velut p. t. detractat aratra. Aratra* exhibet Barth. at *aratro* Burm.—48 'Libri habent *Post*, sed *Mox* aptius est.' *Broukh.* Et hoc in textum recepit, conjectura fretus. *Post* nescit Burm. cur mutarint, et ipse conjicit *Post redit a sueto mollis in a. j.* Habet Voss. 4. *Mox molli....arma. Post venit a sueto* Burm. 2. *Mitis* pro *mollis* Franc. *Post* exhibent Barth. et Lachm. qui id tuetur. *Mox* in textu reliquit Burm.—49 Markl. ascripserat suo lib.

NOTÆ

lis. Hesperius enim idem est ac occidentalis, ab Hespero stella, quæ prima vespere, seu post solis occasum apparet. Unde est dicta Hesperia pars Europæ occidentalis, quæ ad solem occidentem vergit, maxime Italia et Hispania. Sic etiam Eous est orientalis, a voce Græca ἠώς, i. e. Aurora. Unde ad Orientem positi populi dicuntur Eoi. Ov. I. Amor. El. ult. 'Gallus et Hesperiis et Gallus notus Eois.'

Turpia perpessus vates est vincla Melampus,
Cognitus Iphicli surripuisse boves;
Quem non lucra, magis Pero formosa coëgit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

cum furaretur Iphicli boves, infames catenas et carcerem *passus est; quem non cupiditas quæstus, sed potius Pero pulchra, non diu post* in *domo Amythaonia* nuptura, ad facinus *compulit.*

pro *trepidant* f. corrigend. *turbant*, vel *strepitant*. Nihil mutand. arbitratur Burm.—50 *D. perdomiti æ.* Dresd. Pro *posthæc* Eld. *fortes.*—51 '*Et vin.* [Dresd.] Francc. *Nylampus* Leid. 1. Dorv. 1. *Nilappus* Borr. *Nylimpus* Mentel. ne alias in hoc nomine librariorum corruptelas recenseam.' *Burm.* —52 *Bovem* Groning.—53 *Quæ* Dresd. *Phero* Id. et Guarn. *Phæro* Brix.—54 Dresd. *amyct.* Brix. Venet. *Amithaonia.* Malebat Markl. *Amythaonia*, ut '*domo*' pro, *domui*, dicatur. Conjicit Burm. *Amythaonio toro.*

NOTÆ

51 *Vates Melampus*] Divinandi peritissimus, amori fratris sui Biantis, qui Pero, Nelei patris Nestoris filiam, deperibat, adeo obsecutus est, ut libens propter eum effecerit se in vincula et carcerem conjici, ut ipsi eandem Pero procuraret uxorem. Cum enim Neleus filiam suam Pero forma præstantem a pluribus procis adamatam nemini se desponsurum dixisset, nisi ei, qui boves Iphicli abactos sibi traderet, Melampus, licet arte sua apprime persensisset se in furto deprehensum iri, tamen Iphicli boves furari conatus est; qui in flagranti delicto captus, vinctusque in carcerem conjectus est. Unde post annum tandem emissus est, et Pero data Bianti uxor. Homer. II. Od. Paus. in Messeniacis.

52 *Iphicli*] Iphiclus fuit vir ditissimus, quem Apollodorus Phylaci filium fuisse tradit, qui boves habuit ad Phylacam urbem, canum custodia ita bene et diligenter servatos, ut ad eos nemo mortalium, neque ferarum ulla proxime accedere auderet.

53 *Pero formosa*] Filia fuit Nelei, cujus formam efflictim amavit Bias Melampodis germanus. Hanc Homerus mortalibus ut miraculum inter formosas mulieres visam fuisse dicit, θαῦμα βροτοῖσιν.

54 *Amythaonia domo*] Amythaon pater fuit Biantis et Melampodis. Pero autem dicitur nuptura in domo Amythaonia, quod nempe post annum Bianti, Melampodis fratri germano, nuptura esset. Vid. Notas ad illud Tibulli IV. '*Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.*'

ELEGIA IV.

AD AMANTEM.

MULTA prius dominæ delicta queraris oportet:
Sæpe roges aliquid, sæpe repulsus eas.
Et sæpe immeritos corrumpas dentibus ungues,
Et crepitum dubio suscitet ira pede.
Nequicquam perfusa meis unguenta capillis;
Ibat et expenso planta morata gradu.
Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis,
Non Perimedea gramina cocta manu.

Antequam votis potiri possis, tibi *necesse est* ut *plurima vitia amicæ* tuæ *conqueraris*, ut *aliquid frequenter petas*, et *frequenter abeas cum repulsa*, *et* ut *frequenter dentibus corrodas ungues innocentes*, utque *strepitum ancipiti ac titubanti pede ira edat*. *Frustra aspersa* sunt *crinibus meis unguenta; et pes* meus *lentus librato passu incedebat*. *In amore nullam vim habent gramina, neque Cytæis nocturna, neque per Medeæ artes coctæ herbæ; quando enim non videmus originem*

3 *Corrodas* Heins. N. p. 681. cum Guy. Vulg. se servare monet Burm.—4 'Livin. mallet *duro*: frustra.' *Broukh.* Et hoc, et *subito* Guyeti, et *adducto* Heinsii N. p. 682. damnat Barth. *Illa* Brix. *Strepitum* pro *crepitum* Voss. 1. 3. Burm. 2. sed in huj. marg. *crepitum*, ut in reliquis codd. et edd. *Crepit.* defendit Burm.—5 'Ap. Festum scribitur *Nequiquam*: recte, opinor. Creditur enim a casu ablativo desumi, itidem ut 'Nequaquam.'' Broukh. *Nequiq.* exhibent B. B. Kuin. *Nequidq.* Burm. edidit, qui lectorem dirigit ad Pier. in Virg. Æn. II. 101. Gifan. in Lucretianis, et Dausqueium in Orthographia.—6 '*Extenso* præferunt Passeratius et Gebh. sed contra mentem Poëtæ. *Exp.* est in omn. libr. calamo exaratis.' *Broukh.* cui assentit Barthius. '*Expenso* conjecerat Passeratius, præferens tamen codd. lect. *extenso*, ut in Voss. 4. et Dorv. 2. quod Heinsio etiam placuit ad Val. Fl. VI. 540. et N. Prop. p. 682. vel *offenso*. Broukhusius ad marg. ed. Colin. legend. ascripserat *Nequidquam p. m. u. capillis Ibat, et extensos p. m. gradus*: sed in notis editis, servata distinctione recepta, *expenso gradu* vindicat: et ita jam Volscus et Beroaldus. *Expenso* etiam hic ex suo primo non improbasse videtur Dorvillius in Misc. Obs. Vol. I. p. 429.' *Burm.*—7 Hoc distichon cum tribus seqq.

NOTÆ

1 *Multa prius*] Plura patienter toleranda, plusque esse fellis in amore, quam mellis significat Propertius, morbumque esse amoris repentinum, puellarumque amorem esse difficiliorem et incertiorem.

2 *Sæpe repulsus eas*] Propertium imitatus est Ov. II. Amor. 9. 'Sæpe fruar domina, sæpe repulsus eam.'

3 *Corrumpas dentibus ungues*] Gestus est iratorum et cogitabundorum ungues rodere, ut III. El. ult. 'Ungue meam morso sæpe querere fidem.'

7 *Non hic herba valet*] Unde etiam ipse Apollo ap. Ov. I. M. 'Nullis Amor est medicabilis herbis.'

Non hic nocturna Cytæis] Medea,

Quippe ubi nec causas, nec apertos cernimus ictus;
Unde tamen veniant tot mala, cæca via est.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus æger:
Huic nullum cœli tempus et aura nocet.

mali, neque manifestos ictus; tamen occultum est iter, quo tot in nos advenient vulnera. Iste ægrotus non indiget medicis, neque jucundis cubilibus; isti enim nulla aëris intemperies, nullus ventus causa morbi est. Deambulat, ac repente cum

transfertur a Scaligero, ut statim sequatur illud distichon in El. 1. sc. 'Idem Caucasia,' &c. Id probat Guy. sequuntur Burm. et Broukh. qui nil tamen de ea transpositione monet. Non damnat Lachm. sed veterem tamen restituit ordinem. '*Nocturna* recte.' *Broukh.* '*Nocitura* Cod. Voss. ap. Heins. [et Dresd. et Burm. 2.] *Citheis, Cytharis, Citeis* edd. aberr. *Cyteis* Gryph. 3. Grass. Græv. Lond.' *Barth. Nocturna Cytæis* exhibent B. B. B. L. '*Cytæis* est Medea, non *Citheis*, ut vitiose in Mss.' *Burm.*—8 'In octo libr. est *Non per Medeæ g. c. manus*: quomodo et Gebh. in suis invenerat: sed melior est vulg. lect. [sc. *Perimedes manus*] quam ex libr. vett. Beroaldus ac Passeratius deprompserunt, et merito probavit venerum omnium medulla Muretus. Pro *cocta* mallem *secta*, si per libros liceret, propter *manu*. *Manu coquere* locutio satis singularis.' *Broukh.* '*Per Medeæ manus* Palatt. C. Com. Bon. Brix. Aldd. Colin. cett. *Perimedes manu* multo præstantior. *Per medias* Guarn. *Cocta* Broukh. 1. *Secta* 2. Si modo libri addicerent! *Trita* vel *tetra* Heins.' *Barth.* qui *cocta* retinet. '*Non per Medeæ* in Borr. Voss. Heinsian. Groning. Mentel. utroque, [Q.? *utroque* omittit Kuin.] Ask. Regg. et Colbertt. et in primis easque secutis edd. in qua tamen lectione verum *Perimedes* nomen latet. *Perimedeæ manus* Exc. Scal. et cod. Colot. Deinde *trita* Heins. F. melius legeretur *lecta*, quam *secta*. *Non Perimedes pocula cocta manu* legend. esse monuit olim Julius Cæsar Pius Bononiensis in Comment. ad Patris sui Jo. Bapt. Pii Supplementa Val. Flacci IX. fol. CLXX. et CLXXI. ed. an. 1519. Certe poculorum passim in re magica fit mentio ap. poëtas, sed sine codd. auctoritate nihil hic mutand. opinor.' *Burm.* 'Nescio an verissima sit Italorum correctio scribentium *Perimedeæ g. coc. manus*: id quoad. libr. habere Beroaldus dicit, qui et ita edidit: enotatum quoque a Scaligero et Colotio reperimus.' *Lachm.* qui ita edidit.—9 *Ibi* Guarn.—10 'Groning. *torta via est*: dubitante Modio an non sit *certa v. e.* Novant. Ep. 18. Oportet Modium minus bene ab oculis valuisse tum

NOTÆ

vel alia quæcumque saga, quæ sacra sua magica nocturno tempore peragit; ut Horat. ait Od. 5. Epod. 'Nox, et Diana quæ silentium regis, Arcana cum fiunt sacra, Nunc nunc adeste.' Cytæis igitur sumitur, pro quacumque saga fœmina artis magicæ seu veneficæ peritissima, quæ ita dicitur a Cytæa, civitate Colchorum; unde et Medea dicta est Cytæis, et incantamenta magicaque carmina Cytæina seu Cyteia dicuntur, ut jam sup. vidimus.

8 *Non Perim.* [*per Medeæ manus*] Medea, regis Colchorum filia, quæ Jasonem velius aureum expilatum exportantem secuta est, artis veneficæ ac magicæ semper apud Veteres habita est peritissima. De hac jam sup. pluribus. Alii legunt *Perimedeæ g. c. manu*, alludentes ad Perimedem, veneficam et magam, de qua fit mentio ap. Theocr. ejusque Scholiast. in Pharmaceutria, 16. Tu vide sis.

11 *Non eget hic medicis*] Quia nimirum Amor 'morbi non amat artificem.'

Ambulat, et subito mirantur funus amici.
Sic est incautum, quicquid habetur amor.
Nam cui non ego sum fallaci præmia vati?
Quæ mea non decies somnia versat anus?
Hostis siquis erit nobis, amet ille puellas:
Gaudeat in puero, siquis amicus erit.
Tranquillo tuta descendis flumine cymba:
Quid tibi tam parvi littoris unda nocet?

amici mortuum admirantur; adeo improvisum est id, quod amor dicitur. Cui namque auguri aut conjectori præda non sum? Quæ saga non sæpius animo revolvit mea somnia? Si vero mihi quis fuerit inimicus, mulieres iste depereat * * *

temporis; nam perspicuis ibi literis hodie quoque *terta* legitur. Vulgata optime habet, neque debet sollicitari.' *Broukh.* *Cæca* probat Barth. *Certa* Colot. Vat. 1. Exc. Scal. quod sensum postulare ascripserat Markl. cui favere codices observat Burm. *Cæca* exhibent B. B. B. L. *Certa* Dresd. superscripto tamen *cæca*.—13 'Leg. *subitum*. *Miramur* Groning. recte: sic editum oportuit.' *Broukh.* *Subitum* probat Boltius in Sylv. Crit. p. 74. 'Subitum *miramur* Heins. [N. Prop. et Adv. p. 262. ubi pro *et* legit *en*.] *Visum funus* Markl. Certe utraque blanditur conjectura, modo codd. consensum præberent. Heinsii tamen emendationem præferrem, quia *subitum* legitur in Perr. v. c. Colot. et Vat. 2. *Miramur* Exc. Mod. a. Groning. In marg. autem Colb. *monstratur*: unde quis conjicere posset *subitum monstratur funus amicis*.' Burm. *Subito mirantur* exhibent B. B. B. L.—14 *Hic est* Borr.—15 *Nam quo* Dorv. 1. i. e. ut statuit Burm. *quoi*, ut clare in Groning. qui habet *prævia fati*. 'Prævia corrupte in nonnullis Mss. et *fallacia* male C. Com.' *Burm.*—16 *Vexat* Heins. Damnat Burm.—17 'Ille Groning. Borr. unus Reg. unus Colb. quod potius videtur.' *Broukh.* *Ipse* Leidd. Voss. 1. Exc. Mod. Dresd. Burm. 2. pr. edd. aliæque, inter quas numerat Barthius Brix. Aldd. Vulp. *Ille* Neap. Vat. 5. et ita edidit B. B. B. L. *Puellam* Borr. Heinsian. quod rectius videtur Burmanno, et ita rectius putavit Lachm. ut ita ediderit.—19 *Descendit* Palat. 1. cum edd. plerisque: etiam Scal. Græv. Lond. *Descendes* C. Com. 'Tranquillo *tum discedens* Voss. 4. *Descendit* Leidd. Borr. Regg. Colb. 2. Burm. 1. et pro varia lect. Voss. 3. *Descendit flumina* Exc. Mod. a. Groning. *Descendis* Vat.

NOTÆ

18 *Ambulat*] Et valet et vivit; ambulare enim est signum non infimæ valetudinis, sicut cubare indicium est morbi.

14 *Sic est incautum*] Ita non potest caveri; adeo repentinum est et inopinum, quicquid amoris nomen habet.

16 *Anus*] Maga, saga, venefica. Tibull. I. 5. 'Carmine cum magico præcinuisset anus.' Idemque El. 8. ejusd. lib. 'Devovit tacito tempore noctis anus.'

17 *Amet ille puellas*] Sicut et alibi dixit: 'Hostibus eveniat lenta puella meis.'

18 *Gaudeat in puero*] Puerum amet, ac potiatur amato.

19 *Tranquillo flumine*] Per quietum fluvium deorsum laberis tuta navicula, et extra periculum naufragii. Apostrophe est ad quemlibet, ut El. 12. 'Nonne putas miras hunc habuisse manus?' Et III. 3. 'Non est ingenii cymba gravanda tui.'

20 *Quid tibi tam parvi*] Metapho-

Alter sæpe uno mutat præcordia verbo:
Altera vix ipso sanguine mollis erit.

5.' *Burm.* Cumba habet ed. Lachm.—20 Pucc. *jam* emendavit.—21 *Altera* Voss. 4. et sic Burm. 1. pro varia lect. ut volebat Heins. *Alter* tuetur Burm. —22 ' *Mitis e.* Groning. quod sane præferrem, nisi obstaret ipse Noster 3. 48.' *Broukh.* Id probabat Markl. nec improbat Burm. *Sparso* vel *misso sang.* Heins.

NOTÆ

ris, a re nautica desumtis, in rebus suis amatoriis frequenter utitur Propertius. Inf. 14. 29—32. ' Nunc ad te,' &c. III. 9. 35, 36.

21 *Alter sæpe uno*] Puer flectit mentem, animum, et sententiam ad lenitatem. De puella tamen Tibullus: 'Sed flecti poterit; mens est mutabilis illi.'

22 *Altera vix ipso*] Puella vix morte ipsa mitescet. ' Sanguis ' h. l. pro cæde et nece sumitur. Quam facile tamen flectatur puella, exprimit Poëta El. proxime sequenti, ubi dicit: 'Quam facile irati verbo mutantur amantes?'

ELEGIA V.

AD CYNTHIAM.

Hoc verum est, tota te ferri, Cynthia, Roma,
Et non ignota vivere nequitia?
Hæc merui sperare? dabis mihi, perfida, pœnas;
Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.

Istudne verum est, o Cynthia, te per omnem urbem Romam infamari, teque aperto crimine vitam ducere? Egone fui dignus, qui hoc præmium pro mea fide expectarem? O infidelis Cynthia, supplicium a me feres: mihique etiam erit

1 *Num v.* Heins. Rejicit Burm. *Ferri te* Voss. 4. Vat. 5. quod præfert Burm. *Te fieri* Leid. 2. et pr. edd. Damnat Burm.—2 C. Com. *lætitia.* Hic *nequitia* suum locum tueri debere pronuntiat Burm.—3 *Heu* Dorv. 2. *Hoc* Leid. 1. Burmannianus, Aldd. Gryph. Græv. Mur. Rouill. quod repetitionis causa præfert Burm. *Dabis mi, perf.* Voss. 3. a m. pr. et Dorv. 2. quomodo, ait Burm. scripserunt, quia et alibi sic Propertio usitatum noverant.—4 ' Locus perquam obscurus, quique multis viris doctis tenebras densas offudit. Eorum opiniones per saturam collegit Passeratius.' *Broukh.* qui

NOTÆ

1 *Hoc verum est*] Graviter in perfidiam et nequitiam invectus Cynthiæ, quam aperte increpat; minatur se eam relicturum, alioque suum amorem translaturum.

4 *Aquilo*] Ventus est a septemtri-

Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
  Quæ fieri nostro carmine nota velit;
Nec mihi tam duris insultet moribus, et te
  Vellicet. Heu! sero flebis, amata diu.

aliquando *ventus Aquilo*. *Attamen reperiam* tandem *aliquam e pluribus perfidis* puellis, *quæ meis versibus cupiat celebrari*, *quæque mihi non illudat et insiliat ingenio et modo tam ferox, teque graviter carpat et vituperet. Eheu diu dilecta sero*

aquam sibi hærere dicit, nec pudere fateri. ‘ Nullus fere in toto Propertio locus est, qui viros eruditos magis exercuerit, eorumque ingenia tanquam turbine quodam afflaverit, quam hic *Aquilo ventus*.’ Burm. qui, cum varias interpretationes exposuit, sic pergit: ‘ Hadrianus Relandus editioni Broukh. ascripserat, legend. sibi videri, sine ulla distinctione, *Et n. Aquilo Cynthia v. e. Eris*, ni fallor, præstitisset. Oud. conjecerat *Nec votis Aquilo, Cynthia, v. e.* Withofius suo cod. annotaverat: ‘ F. legend. *Et verbis Aquilo, &c.*’ Quid tandem dicemus ipsi? Mirari me, tot viros doctos, unice de *Aquilone* securos, tam contortis explicationibus locum hunc, ut libere dicam, adeo vexasse, neque vocem hanc de mendo habuisse suspectam: nisi quod nunc videam, solum Markiandum cod. suo allevisse, corruptam esse vocem *Aquilo*, sed infeliciter hariolabatur *versus erit*: ut in fine huj. Eleg. Ulcus sanari posse dudum deprehendi, si statuamus olim exaratum fuisse *Et nobis aliquo*, et inde descriptores alios *Aquilo* formasse, oculis in versum mox sequentem conjectis, ubi legitur ‘ Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ.’ Propertium ipsum scripsisse opinor *Et nobis alio, Cynthia, v. e.*... Sed hæc sufficiant, præsertim cum conjecturam hanc jam olim juvenis, quadraginta abhinc annis, virorum in arte Critica principum judicio exposuerim in Misc. Obs. Vol. VI. Tom. II. p. 465. et seqq. et deinde paulo amplius in N. ad Lotich. p. 414. 415. et lætatus sum, album illorum calculum eam retulisse.’ Egregie Burmannum corrigere, *alio*, censet Lachm. ‘ sed hoc ipsum *aliquo*,’ ait, ‘ verum est, non alia atque illud alterum significatione capiend. nisi quod additam habet loci incerti notionem.’ Jacobsius in Ep. ad Ast. p. XXV. vult *Nobis Archilochi, Cynthia, virus erit*. Ast. p. 23. vult *Nec votis Aquilo, Cynthia iniquus erit*. Equidem, ait Kuin. e lect. vulg. commodum sensum elici posse arbitror.—5 *Tandem* f. legend. vel *tamen* pro, tandem, cum Dousa capiend. censet Burm.—8 ‘ *Vendicet* Brix. *Ex s.* Palat. *Ex* inservit insultationi et sarcasmo: sed nihil mutand.’ *Barth.* ‘ *Vendicet* Regg. Leidd. Voss. 1. Exc. Scal. Borr. et meus 2. cum pr. edd. *Vindicet* Perr. v. c. Vat. 2. Voss. 3. meus 1. idque probat Heins. Notis p. 682. quod si admittatur, legi posset *at me Vindicet*: me ulciscatur. *Vellicet* tamen videtur verbum a librariis minime ingestum, et quod vindictæ fœmineæ in rivalem alteram optime convenit, pro, te insectabitur, et per ora hominum

NOTÆ

one flans, qui ventorum omnium salubberrimus est, quique tempus serenum facit. Inde Scaliger hoc proverbialiter exponit cum Beroaldo, ut sit sensus: Nobis etiam aliquando venti secundi propitiique futuri sunt, serenaque tempestas; sudificus enim est Aquilo. Alii volunt ut sensus sit: Ut Aquilo mare turbat et agitat, sic mens nostra tanquam vento illo procelloso inflata mutabitur, et ad alios amores convertetur. Alii volunt locum hunc sic explicandum esse: Fides tua, ut ventus Aquilo, res est levissima et inconstantissima; sic et mea fides aliquando futura est, verbaque mea, sicut et tua, venti rapient, juxta illud El. 28. huj. Lib. ‘ Quicquid jurarunt, ventus et unda rapit.’

Nunc est ira recens; nunc est discedere tempus:
Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto;
Quam facile irati verbo mutantur amantes.
Dum licet, injusto subtrahe colla jugo.
Nec tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis:
Omne in amore malum, si patiare, leve est.
At tu, per dominæ Junonis dulcia jura,
Parce tuis animis, vita, nocere tibi.

lugebis. Jam dolor est recens; jam est tempus abeundi: si vero *ira recesserit, fidem habe* mihi, *amor* statim *revertatur. Non tam Maris Carpathium Aquilonibus agitatur, neque tempestas nigra* tam *excipiti Noto impellitur, quam facile amantes irati* unica *voce placantur.* Sed tu, o Properti, *dum fas* tibi *est, libera te iniquo servitio. Nonnihil etiam doloris senties, sed prima* tantum *nocte. Quodcunque malum in amore non est grave, dummodo perferas et obdures. Sed tu,* o mea *lux, per suaves Junonis tuæ leges* oro, *desine obesse tibi iracundiæ tuæ et servitio. Non*

traducet. Pro *heu sero* in aliis edd. *heu misero*. In uno Colb. *eu sero flebis amare diu. Amare* etiam in meo cod. et aliis Mss. sed nihil immutand.' *Burm.*— 9 'Gebh. e Palatino legit *ira ruens*. Apage hunc innovandi pruritum.' *Broukh.* qui id merito improbat, judice Burm. Improbat et Schrader. Emend. p. 118. —10 '*Ni d. effuer.* Vat. Livineio inspectus. *Si d. effuer.* Gebhardus. Sane in opt. libris fere scribi *efuit, efuisse, efuturus, efore*, satis superque jam pridem VV. DD. ostenderunt: sed nondum reddita est ratio idonea, quæ vetet has voces litera *b* inserta exarari.' *Broukh. Si d. exfuer.* Palat. '*Corde* Guy. *Cede* Heins.' *Barth.* Audi Burmannum: '*Si d. elfuerit corde* Heins. *Cede* Guyeto placebat.' *Abf.* exhibent B. B. B. at *Afu.* Lachm.— 12 '*Acta N.* Gebh. e Palatino. Nostri nihil mutant: et vere *aira* plenius est quam *acta*.' Broukh. *Acta* Bon. et sic legisse videtur Burmanno Turnebus Adv. XVII. 11. De ea lect. dubitat Burm. P. ad Ov. XII. M. 51. *Veritur* Passeratius. Hoc vel *tergitur* Heins. N. Prop. et Adv. p. 431. *Dubie* Dresd.—13 *Notantur* Voss. 3. *Mutamur* Oud.—15 *Vel pr.* Heins. *Nec tu... vel pr.* Mita. p. 118. *Merte* Colb. 2.—17 *At te* Heins. cui et placet *dul. sacra. Aut tu* Dorv. 2. et *dona* pro *jura*.—18 *Annis* Venet. 1500. *Armis*

NOTÆ

11 *Carpathiæ undæ*] Carpathium Mare, a ventis et tempestatibus agitari solitum, ita dicitur ab insula Carpatho, contra Ægyptum inter Rhodum et Cretam. Hanc Homerus Il. II. vocat Κράταιον.

12 *Noto*] Notus ventus est a meridie perflans, alio nomine dictus Auster, qui nebulosus est et pluviosus.

15 *Nec tu non aliquid*] Hæc ad seipsum conversus ait, se prima discidii sui nocte forsan deliturum nonnihil; sed illam non diu ægritudinem duraturam, sed brevi transituram.

17 *Junonis jura*] Juno, cui sunt 'vincla jugalia curæ,' connubiis præest, matronalibusque rebus; unde a nubentibus maxime invocabatur, variisque nominibus, ut Interduca, Domiduca, Cinxia, et Unxia vocitabatur. Vidimus etiam sup. ap. Tibul-

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
  Verum etiam instanti læsa repugnat ovis.
Nec tibi perjuro scindam de corpore vestem,
  Nec mea præclusas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
  Nec duris ausim lædere pollicibus.
Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat,
  Cujus non hederæ circuiere caput.
Scribam igitur, quod non unquam tua deleat ætas,
  Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.

modo bos curvis cornibus adversarium percutit, sed etiam ovis læsa resistit sese oppugnanti. Neque enim *tibi vestimenta de perjuro corpore detraham, neque mea iracundia januam* tuam *clausam perfringet, neque tibi* licet *iratus confidam comtos capillos discerpere, neque sævis manibus* te *lacerare. Aliquis inhumanus et ferus tam inhoneste certamina et bella cupiat, cujus caput hederæ non cinxerunt. Sed* potius *scribam* aliquid, *quod nunquam ætas tua auferre possit, Cynthia pulchritudine insignis* est, sed est etiam *inani et inconstanti fide.* O *Cynthia, mihi fidem*

Mark. Vulg. defendit Burm.—21 '*Vestem* Groning. quod præplacet.' *Broukh.* '*N. ter perjuro* Palat. papyrac. quod jungit Gebh. sc. *terperj.* duriuscule. *Perjuræ* Bon. Dresd. quod Vulpio præplacet, quoniam Ed. pr. *per jure* legit. *Vestem* edd. Broukh. et Vulp.' *Barth.* qui exhibet *vestes. Perjuræ* tres Voss. Vat. 1. Burm. 2. ut Guy. e Reg. *Pectore* Voss. 4. quod probat Schrader. Emend. p. 121. *Vestes* Exc. Mod. unus Livinei, Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et pr. edd. *Vestem* exhibent Burm. et Lachm.—22 *Nec quæ* Groning. Damnat Barth. *Nec me* Burm. 2. *Præduras* marg. Exc. Scal. *Per clausas* Dresd.—23 *Connexos* Mentel. *Contextos* ex suo cod. probat Heins. quod et in Perr. v. c. et Vat. 2. *Frangere crin.* Voss. 3. et *carpere* pro varia lect. at in Groning. et Ask. *Solvere* in Palatino: sed *carpere crines* iræ hic aptius esse pronuntiat Burm.—26 '*Circuiere* scribunt nostri, et Groning. Probe et ex usu prisco.' *Broukh.* Sic exhibent B. B. B. L. *Circumiere* Venet.—27 'In nostro 2. *S. i. tua quod nunquam deleverit ætas:* id mihi non paulo erectius videtur.' *Broukh.* qui id cum Burm. edidit. *Quod non unquam tua deleat ætas* Leid. 2. tres Voss. Dorvv. et mei, cum pr. edd. Mentel. *tua quod non unquam deleverit ætas:* unde *aboleverit* Heins. vel, *quod nulla unquam deleverit ætas. Sua* etiam conjecerat. '*Tua quod nunq. delev. æt.* Broukhusio teste, Mentel. (suum 2. appellat), in quo tamen *quod non unquam* legi Heinsius auctor est p. 683. Ceteri universi *quod non unq. tua deleat:* quorum consensum tutius reverebimur.' *Lachm.* Recte V. D. in Obs. Misc. T. II. p. 101. monuisse nihil temere mutand. esse, cum *non unquam* Nostro familiare sit, statuit Kuin.—28 '*Cynthia, verba lues* commentus est Scaliger, nec tamen

NOTÆ

lum omnia quondam mulieres Junoni accepta retulisse, fuisseque Junonem mulierum Deam peculiarem et tutelarem, ut Genius erat virorum. Tibull. IV. El. penult. 'Hæc per sancta tuæ Junonis numina juro, Quæ sola ante alios est tibi magna Deos.'

26 *Cujus non hederæ*] Hæc fiant a rusticis feris et inhumanis, ab indoctis, et a Musis aversis, et quorum caput non fuerit hedera coronatum; non vero a poëtis, qui mites sunt et

Crede mihi, quamvis contemnis murmura famæ,
Hic tibi pallori, Cynthia, versus erit. 30

habe, quanquam nihili facias rumores hominum, istud carmen erit tibi pudori ac dolori.

cuiquam probare potuit. *Cynthia verba levis* Regg. Colbertt. Groning. noster 2. In 1. est *C. forma lev.* quomodo et Mureti cod. habebat, et Exc. Borr. quam elegantem sane ac pervenustam figuram unice exosculabuntur ii, quibus aures sunt poëticæ.' *Broukh.* ' *Formipotens* et *verbilevis* volebat Scaliger [cum esset adolescentulus]: Pacuviana compositione. Neque alteram lect. *verba lues* cuiquam probaverit vir doctus. [Displicent hæ omn. conj. Burmanno.] *Verba levis* Dresd. qui tamen et superne scriptum habet *serme*, quod pro *forma* esse videtur. *Verba levis* Brix. Venet. Aldd. Græv. Lond. cett. *Forma levis* elegans repetitio est.' *Barth.* *Verba l.* Perr. v. c. Ask. Leidd. tres Voss. Dorv. 1. Burm. 2. *Forma l.* in codd. invenerunt Passeratius, Palm. et Guy. *Serva l.* Harl. *Verba levis*, ait Burm. Græco more, pro, in verbis levis et variabilis. Sed nihil mutand. statuit Kuin. cum elegantem putet esse *formæ* repetitionem. *Forma l.* defendit Lachm.—29 ' *Contemnas* edd. pleræque antiquæ: etiam Vulp. *Contemnis* est in Scal. Broukh. Gött. *Munera* est in quodam cod. inepte.' *Barth.* ' *Contemnas murmura* Mentel. tres Voss. Dorv. 1. mei, et pr. aliæque edd. nec aliter Ask. Regg. et unus Colb. In altero *contendas*. Codicum itaque consensu *contemnas* prætuli, non *contemnis;* quia *quamvis contemnis* sonum ingratiorem efficit: et sic Markl. ad oram libri sui: licet non ignorem 1. 18. 13. et aliis in locis. *Munera* male Exc. Mod. s. Groning.' *Burm.* *Contemnis* exhibet Barth. *contemnas* Burm. Lachm.—30 ' *Hoc* ... *carmen* Guy. Cave quicquam mutes.' *Barth.* Hanc conj. audacem vocat et damnat Burm.

NOTÆ

humani. Poëtæ enim olim hedera coronabantur, ut ait Servius in Ecl. VII. Virg. ' Pastores, hedera crescentem ornate Poëtam.' Ita etiam Horat. Od. I. ' Me doctarum hederæ præmia frontium.'

28 *Cynthia forma potens*] Quæ potest ad amorem inducere. Unde El. 20. Lib. III. ' Est tibi forma potens, sunt castæ Palladis artes.' Unde etiam, de puellis formosis loquens, Ov. III. A. A. ait: ' Est illis sua dos, forma sine arte potens.'

Cynthia for. [*verba*] *levis*] Alii legunt *Cynthia forma levis*, ut El. 16. huj. Lib. ' Formosis levitas semper amica fuit.' Idemque alibi: ' Tam te formosam non pudet esse levem?' Sed communis lectio, *verba levis*, probatur, ut per synecdochen dixit Homerus, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Ut sit sensus: Cynthia inconstans est et re, et fide inani. Ut El. 22. huj. Lib. ' Quid juvat in nullo ponderе verba loqui?'

ELEGIA VI.

AD CYNTHIAM.

NON ita complebant Ephyreæ Laidos ædes,
Ad cujus jacuit Græcia tota fores;
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius;

Non sic amatores *Laidos Ephyreæ domum replebant* et frequentabant, *ad cujus januam omnis Græcia* olim *excubuit; neque tam magna multitudo fuit* procorum *Thaidos Menandreæ, in qua populus Erichthonius delicias posuit; neque Phryne, quæ*

Ad Amicam Dresd.—1 *Orphea* Vat. Damnat Barth.—2 '*Tota pedes* noster uterque et Borr. quod tamen non attendo.' *Broukh.* '*Pedes* Voss. 1. 3. [Guarn.] Exc. Scal. et mei: quod Heinsio placuisse videtur, quia id loco Ovidii Ep. 3. 84. firmabat; sed illic de Græcia supplice agitur. ['*Pedes* ex illo ipso Ovidii loco Grammaticus margini cod. sui ascripsisse videtur, quod deinde a librariis in textum receptum est.' *Kuin.*] Neque etiam id defendi potest ex obvia locutione 'ad pedes jacere,' 'pedes et genua amplecti,' et sim. Lib. III. l. 4. 32. *Fores*, quod optime tuetur Broukhusius, et in reliquis codd. et edd. primis, easque secutis, legitur, requirunt 'Laidos ædes;' atque unice firmatur ex Epigrammate Platonis, VI. Anth. Gr. Tit. VIII. Ep. 1. Ceterum non video, quomodo initium huj. El. 'Non ita complebant,' &c. et seqq. 'fuerat nec Thaidos,' &c. 'Nec quæ deletas,' &c. cum illis, quæ sequuntur, 'Quin etiam falsos,' &c. recte cohæreat. Deberet enim subjungi, quam tuas ædes obsident amatorum examina: vel sim. Itaque exciderunt f. nonnulla, vel in allum locum male rejecta sunt, quæ hic desiderantur post vs. 6. comparationi enim non respondent illa, 'Quin etiam falsos fingis tibi sæpe propinquos.' Quod miror neque Broukhusium, neque alios Interpp. animadvertisse.' *Burm.* 'Eod. jure,' ait Lachm. 'hoc suspiciens in 1. 2. 15. 1. 15. 19. II. 13. 4. Vid. VV. DD. ad Virg. Ecl. VII. 30.'—3 *T. memorandæ fuerant... undis Turba, in qua* Dresd. *Fuerat Nictcidos* Burm. 1. Antiopen Burmannus putat librarium, sed intempestive, cogitasse, in animo vel oculis habentem illud ex 1. 4. 5.—4 '*Lusit* non intellexit Schioppius, IV. Supp. Lect. 18. qui *usit* supposuit, pessimo exemplo.' *Broukh.* 'Voss. Mentel.

NOTÆ

1 *Non ita complebant*] Cynthiæ suæ Poëta aspere et dolenter insectatur libidinem, quam famosissimis apud Veteres meretricibus non cedere asseverat.

Ephyreæ Laidos] Corinthiæ Laidos. Corinthus enim olim dicta fuit etiam Ephyre et Ephyrus, ab Ephyre, Oceani filia. Ephyrea seu Corinthia porro dicitur Lais, meretrix famosissima, non quod ibi nata sit, sed quod ibidem diutissime manserit. Fuit enim natione Sicula Lais; ad quam propter elegantiam et formæ venustatem nullus admittebatur, nisi qui daret quod ipsa poscebat; poscebat autem nimium argenti pondus; cumque aliquando a Demosthene poposcisset decem millia drachmarum, respondit ipse: 'Non emo tanti pœnitere.'

3 *Menandreæ Thaidos*] Thais nobilissima etiam fuit meretrix, mirum in modum a Menandro decantata, quam in omnibus sæpe Comœdiis inducit,

Nec, quæ deletas potuit componere Thebas, 5
Phryne tam multis facta beata viris.
Quin etiam falsos fingis tibi sæpe propinquos,
Oscula, ne desint, qui tibi jure ferant.

potuit Thebas excisas et eversas restaurare, a tam multis amatoribus facta est dives. Sed tu *insuper tibi fictos assimulas frequenter cognatos, neque desunt, qui tibi*

mei *Turbæ*: quæ confusio favere posset Guyeti conjecturæ, legentis *Tanta M. f. nec T. e. Turbæ, in qua.* Pro *lusit*, quod omn. nostri codd. et vett. edd. tuentur, C. Com. *risit. Usus* damnavit etiam Heins. in Epist. ad Græv. ineditis, et N. Prop. p. 663. rejecitque Freinshemius Ind. Curt. in 'Ludibrium.' 'Ludere' et 'lusus' in rebus amoris frequentissima.' *Burm. Erichton.* Venet.—5 'Quia in uno Palat. *delectas* repererat Gebh. non dubitavit refingere *deject.* In omn. libr. nostris est *deletas.* An vero *delere Thebas* minus est quiddam quam *dejicere?*' Broukh. *Deject.* damnat Barth. *Deletas* exhibent B. B. B. L. 'Non quæ Voss. 3. *Delectas* 1. 4. Neapolitanus, Dorv. 1. Ask. mens 2. *Deletas* Gryph. 5. sed in ceteris codd. primis edd. aliisque *deletas. Dejectas* Schrader. Emend. 6. p. 121. ex vestigiis codd. in quibus *delectas*, quæ tamen scriptura magis adjuvat *deletas*, una tantum litera ademta, quam *dejectas.* Id. Schrader. videtur *voluit* malle ex Bon.' *Burm.* —6 '*Phyrne* plur. edd. vett. Brix. Venet. Basil. antiquior et recentior, Gryph. 1. Gebh. et Livin.' *Barth.* 'Male Volscus et Beroaldus *Phyrnen* vocarunt ex corrupta codicum scriptura, ut bene monuit Muretus. Sic Mentel. Borr. Groning. mei, et alii plerique codd. ac vetustæ edd. sed *Phryne* recte Perr. v. c. et Colot.' *Burm.*—8 'Argutius C. Com. *ne desint.*' Broukh. '*Nec desunt* edd. fere omn. præter Broukh. Vulp. et Gött. quæ lectionem Dresd. *ne desint*, receperunt. *Sæpe* Vat. *Jura ferunt* Guarn. quæ lect. f. orta est ex alia quorund. codd. qui *rara* habent.' *Barth.* qui *ne desint* et ipse recepit. '*Ne desint*, *q. t. jure ferunt* recte edidit Broukh. quod merito Gebh. ex C. Com. præferebat; nam male in multis Mss. *nec desunt*, ut in Leidd. tribus Voss. Groning. Ask. Dorvv. et meis, primis aliisque edd. Vitiose *rara* pro *jure* legitur in codd. unde *cara* vel *carpta* conjiciebat Heins. sed sanissima lect. est *jure.*' Burm. 'Pulchra scriptura C. Com. et Dresd. sed, quia a correctore venit, revocemus potius quod ceteri exhibent: nam

NOTÆ

unde dicitur 'Menandrea.' Fuit autem Thais genere Alexandrina, quæ, cum Athenas inde quæstus causa migrasset, Atticam juventutem in amorem sui pellexit.

4 *Populus Erichthonius*] Hoc est, Atheniensis. Dictus est enim populus Atheniensis Erichthonius ab Erichthonio rege, Vulcani filio, qui ad deformitatem pedum tegendam primus currus usum adinvenit. Virg. III. G. 'Primus Erichthonius currus et quatuor ausus Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.'

5 *Componere Thebas*] Thebæ plures fuerunt. Alia enim urbs in Ægypto fuit dicta Thebæ, unde regio dicta Thebais; alia in Cilicia; alia in Bœotia, de qua hoc in loco Propertius.

6 *Phryne*] Thespiensis meretrix formosissima et laudatissima; quæ, cum Thebas se contulisset, formositate omnes ad se Thebanos pellexit, quæstuque suo tam potens et dives est facta, ut Thebas ab Alexandro Magno dirutas et eversas denuo posset instaurare.

Me juvenum facies pictæ, me numina lædunt,
Me tener in cunis, et sine voce puer:
Me lædit, si multa tibi dedit oscula, mater,
Me soror, et, cum qua dormit, amica simul.
Omnia me lædunt: (timidus sum: ignosce timori:)
Et miser in tunica suspicor esse virum.

jure dent basia. Me vero *offendunt juvenum expressi in tabula vultus et nomina; me* torquet *mollis infans in cunabulis et* adhuc *loqui nescius: me cruciat parens* tua, *quando multa tibi fingit oscula; mihi* suspecta est *soror* tua *pariter et amica cum qua cubat. Omnia me cruciant;* ego *sum meticulosus; parce metui* meo; *suspicor etiam esse hominem intra vestem interiorem. Istis*

---

hoc et ipsum bonum probumque est.' *Lachm.*—9 ' In uno Colb. *pict. f.* quod firmat Groning. Verum id non est tanti momenti, quanti τὸ *numina*. In Ber. legitur *num.* quod et in libris priscis invenerant Passeratius ac Gebh. et divinaverat J. Dousa, 1. Plantin. Explan. 8. Hæc germana est lect.' *Broukh.* ' *Se j.* male in meo 1. *Pict. facies* in emn. fere codd. tribus nempe Vosa. Dorvv. [Guarn.] Colbert. 2. meoque 2. *Me pict. f. juv.* Vat. 5. *Numina* Borr. Groning. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei; quod et in pr. ceterisque vetustioribus edd. [Numerat Barthius Brix. Basil. Gryph. Scal. Morell. Græv.] reperi. *Numina* in aliis, improbante Heins. N. Prop. p. 683. sed exempla, quibus *numina* tuetur, hic parum ad rem faciunt. Ap. Ov. II. Tr. 521. pro *virorum* si ex antiquo cod. firmare possem conjecturam *Deorum*, non parum *numina* huic l. vindicaret, ut optima observatione ex Plinii præsertim et Arnobii locis fecit Broukhusius; cui adde Patrui mei Notas ad Suet. Calig. 6. p. 613. et huic lect. suum calculum adjicere videtur Dorvillius, Animadv. ad Charit. p. 338.' *Burm. Numina* veram esse lect. pronuntiat Kuin. ' Codd. scripti, uno Passeratii excepto, (Gebhardum quoque *num.* in libris priscis invenisse Broukh. scribit: verum ille non suos, sed Passeratii ' veterem librum ' indicat, scribendo: ' V. C. *num.* Deorum imagines s. icones:') *nom.* idque ego temend. aio.' *Lachm.*—10 *Te tenet* Burm. 1. ' Pro *cunis* f. legend. *vinis.*' Kuin. Enimvero nemo omnibus horis sapit.—11 *Te* Burm. 1. sed *Me* defendit Burm. *Lædes* Dresd. Ask. Colb. 2. Burm. 2. *Lædet...dabit* Regg. unus Colb. Leidd. tres Voss. Bon. Brix. Venet. Aldd. cett. *Lædet* Guarn. ' *Me lædet, simulata tibi dabit* Palat. 1. *Dabit* 2. quoque.' *Barth.* ' Gebh. ex Palatinis affert *Me lædet, simulata tibi dabit* (vel *dedit*), et e C. Com. *Me lædet simulata Venus dabit;* utrumque falsum.' *Burm.*—12 ' Concinnius Dousa 1. et quidem nulla pæne mutatione *cum quæ.*' Broukh. ' *Cum qua dormis* scripti fere omnes: et ita quoque Brix. Venet. Aldd. Basil. Gryph. Muretus tamen observat in ipsius uno vet. legi *dormit*, quam lect. repræsentant Colin. Mur. Grass. Scal. Græv. Lond. Jure Broukh. et Vulp. receperunt emend. Dousæ. *Amita* Palat. Mec.' *Barth.* ' *Quæ* Dousa, quod male probavit Broukh. et supine secutus est Vulp. *Cum qua*, nempe sorore, simul dormit amica. Sic cum Heinsio præstaret *et si quæ dormit amica simul*, vel *et tibi quæ dormit, &c.* Inepte vero Gebh. III. Crepund. 20. *cum quia dormit amita:* in qua voce secundam producit sine exemplo: sic tamen in suo v. c. reperit Passeratius. Corrupte plurimi Mss. *dormis*, Codicum pertinacia fraudi fuit viris doctis, ut lect. metro adversam et reluctantem admitterent. Præter primos interpretes, Volscum et Beroaldum, qui sic ediderunt, etiam in id impegit B. Pius ad Val. Fl. 1. 42. qui tamen ad Lucret. IV. 25. legit *cum qua dormit amica tibi.*' Burm. *Quæ* vindicat Lachm.—13 *Lædent* Borr. Mentel. edd. priscæ, at Aldd. Sic exhibent B. B. *Lædunt* Voss. 4. Heinsian. Exc. Mod. 8. Groning. Ita edidere Burm. Lachm. Colin. Grass. probante Dousa F. Legebat Heinsius *lædunt timidum: tu ign.* Dresd. *furori.*—14 *Heu*

His olim, ut fama est, vitiis ad prælia ventum est;
His Trojana vides funera principiis.
Aspera Centauros eadem dementia jussit
Frangere in adversum pocula Pirithoum.
Cur exempla petam Graium? tu criminis auctor
Nutritus duro, Romule, lacte lupæ.

quondam de *causis, ut aiunt, ad arma et bella illum est*: ex *hac origine Trojæ cladem et exitium* provenisse *audis*. Ipsa *eadem amentia* mero *furens coëgit Centauros crateres confringere* et cyathis pugnare *contra Pirithoum hostem*. Sed *quamobrem utor Graiorum exemplis? Tu, ô Romule, eductus agresti lacte lupæ,*

m. Heins.—15 ‘ Hic vs. cum septem seqq. in Leidd. tribus Voss. Dorvv. et meis leguntur sup. El. 5. [nobis 6.] post vs. 14. Longe etiam aliter in pr. ceterisque vetustis edd. quæ ante Scaligerum prodierunt, disposita sunt omnia; nam post vs. 6. [nobis 8. 6.] in illis sequuntur ista vs. 31. [nobis 8. 7.] ‘ Omnia vertuntur,’ &c. ‘ Magni sæpe duces,’ &c. et reliqua alia multum diverso ordine.’ *Burm.* ad El. 7. vs. 9. suæ ed. ‘ Hæc quatuor disticha hinc summovit Scaliger, bene tuitura locum suum, si non de rivalitate virorum, sed de mulierum libidine accipias, quam efficere dicit, ut jure meritoque aliquis timeat.’ *Lachm.* qui cum Barth. nostrum hic ordinem exhibet. Broukhusianus est idem ac Burmannianus. Alterum *est* rejicit Lachm.—16 *Principibus* Groning.—18 *Perith.* Brix.—19 ‘ Quia in Groning. legitur *Cur extrema*, ideo sibi temperare non potuit Palm. quin fabricaret *Cur externa*. Quæ est ista infelix sedulitas, quæ, nullum non aberrantis calami lapsum amplexa, undecumque quærit quo augeat errorem? *Exempla* reliqui omn. codd. Et rectum esse vel puer videat.’ *Broukh.* qui tamen dicit: ‘ Conjecturæ blandienti succurrere videri possit Cic. Off. II. 8. III. 26. Senect. 6. Divin. II. 66.’ *Petas* Dread. *Quis ex.* Burm. 1. *Cum* vel *cumque* in aliis. *Extrema* Mentel. ‘ Licet favere,’ ait Burm. ‘ possint Palmerio loca Ciceronis, quæ affert Broukh. et illis addi possit Ov. Tr. II. 421. receptæ tamen lect. acquiescere præstat.’ *Gravius* pro *Graium* Mentel.—20

NOTÆ

15 *His olim vitiis*] Propter libidinem, luxuriam, et perfidiam mulierum olim crudelia et cruenta gesta fuisse, præ ceteris exemplo sunt Helena et Hippodamia.

16 *Trojana funera*] Propter Helenæ raptum a Græcis post decennalem obsidionem funditus excisa est Troja.

17 *Centauros*] Idem furor Centauros impulit torquere pocula convivalia in Pirithoum, dum ejus uxorem Hippodamiam libidine incensi et mero calentes rapere conarentur. De hac re Ov. XII. M. ‘ Ardet, et ebrietas geminata libidine regnat: Protinus eversæ turbant convivia mensæ, Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis: Eurytus Hippodamen, alii quam quisque probabat Aut poterat rapiunt.’ Et post pauca: ‘ Vina dabant animos, et prima pocula pugna Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes, Res epulis quondam, nunc bello et cædibus aptæ.’

18 *Pirithoum*] Pirithous filius fuit Ixionis, Theseo amicitia conjunctissimus, cujus ope Centauros, Hippodamiam uxorem răpere molientes, superavit.

20 *Nutritus, Romule, lacte lupæ*] Primus casus cum quinto. Notior

Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas;
Per te nunc Romæ quidlibet audet Amor.
Felix Admeti conjux, et lectus Ulyssis,
Et quæcumque viri fœmina limen amat.
Templa Pudicitiæ quid opus statuisse puellis,
Si cuivis nuptæ quidlibet esse licet?

sceleris auctor fuisti: *tu* enim *abripere Sabinas* virgines *impune instituisti. Nunc in* urbe *Roma, tua ope, quicquid vult Amor, audacter aggreditur. Beata* equidem *Admeti uxor*, felix*que Ulyssis conjux*, *ac* alia *qualiscumque, quæ mariti sui domum diligit. Quid necesse* fuit *puellis templa ædificasse Pudicitiæ, si cuilibet* mulieri

'*Duræ* Gronin. Tantundem est.' *Broukh.* Id. sentit Barth. '*Duro* Leidd. tres Voss. mei, Dorv. et priscæ edd. et sic Broukh. 1. Sed *duræ* Vat. 5. Exc. Mod. ceterique, probante Heinsio. *Dure* Gronin. quod *duræ* suffragatur. *Dire* præferebat Francius.' *Burm.* qui cum Lachm. exhibet *duræ*. *Duro* præstare pronuntiat Kuin. qui citat Sil. x. 469.—22 *Quilibet* Dresd. *Quidl.* Regg. Colbertt. ceterique, et pr. edd. cum Grasseriana. *Quodl.* in aliis et ed. Scal.—23 *Ulixis* Ron. *Ulysses* Dresd. *Ulyxis* exhibent B. B. B. Kuin. *Ulixi* edidit Lachm.—24 *Fori* Bon. Dresd. Neap. Voss. 1. Dorv. Burm. 2. '*Fori* Leid. 1. *Fori* Heinsian. *Vici* Leid. 2. Regg. *Veni* Mentel. unde ulcus latere suspicabatur Heins. et conjiciebat *senis* vel *seræ*. Sed sana est lect. recepta.' *Burm.* 'Jacobs. in Specim. Emend. in Auctt. Vett. Gothæ 1786. legit *foci f. lumen a.* cum intelligi nequeat, quomodo vox notissima *viri* in codd. sic corrumpi a librariis potuerit. Sed negligentes librarii sæpius literas *v* et *f* permutarunt: unde nihil mutand.' *Kuin.*—25 *Potuisse* Vat. 5. et Voss. 2. pro varia lect. Post hoc distichon inserendi Kninoeli videntur vss. 35. 36.—26 '*Quod libet* videtur malusse Heins. N. ad Ep. 7. Heroid. Ovidii; ibi tamen ipse Ovidius contra stat: 'Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.' Gebh. quoque legebat *quod l.* et id sibi in mentem venisse ait pæne puero: nec miror. Sed quare in *nuptas* potissimum invehitur Noster? Non incommode refingas *nurui quidl. Quavis nurus*, tam patricia, quam

NOTÆ

porro est historia de Remo et Romulo lacte lupæ nutritis, quam ut in ea referenda tempus frustra teratur. Videantur igitur Flor. 1. Liv. 1. Plut. de Romulo, aliique qui Romanarum rerum seriem texuerunt.

21 *Intactas Sabinas*] Cum Romulus urbem Romam condidisset, totusque populus virorum esset, nec essent mulieres, a Romulo suis matrimonia a finitimis petita sunt: quia vero non impetrabantur, manu capta sunt. Simulatis igitur ludis equestribus, virgines Sabinæ, quæ ad spectaculum venerant, raptæ fuerunt a Romanis. Vid. Liv. 1. Flor. 1. et alios.

23 *Felix Admeti conjux*] Alceste seu Alcestis, Admeti Pheræorum regis uxor, intelligitur; quæ tanto maritum suum prosecuta est amore, ut pro eo se morti sponte objecerit. Vid. Eurip. in Alcest. Maxim. IV. 6. Plat. Sympos. Apollodor. 1. Juv. S. VI.

Lectus Ulyssis] Conjugium, matrimonium, seu potius uxor ipsa Penelope, cujus nota satis est historia.

24 *Limen amat*] Quæ domum suam et viri ita servat, ut ab ea non recedat.

25 *Templa Pudicitiæ*] Incassum, inquit, templa Deæ Pudicitiæ Romæ constructa sunt, si cuilibet mulieri

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,
  Et posuit casta turpia visa domo,
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
  Nequitiæque suæ noluit esse rudes.
Ah! gemat in terris, ista qui protulit arte
  Jurgia sub tacita condita lætitia.
Non istis olim variabant tecta figuris.
  Tum paries nullo crimine pictus erat.

matrimonio juncta fas est impune, quicquid libuerit, audere? Prima manus, quæ turpes picturas expressit, et in *pudica domo obscœna et spurca simulacra locavit, ipsa infecit oculos puellarum ad honestatem natos, ac criminis sui* ipsas *non voluit esse ignaras et immunes. Ah doleat* Ille, *quicumque isto* pingendi *artificio* tales *mortalibus exhibeat rixas abditas sub silenti voluptate. Quondam his ædes picturis non distinguebant; quando paries nullo sceleris argumento depingebatur. At* vero

plebeia.' Tamen, nihil affirmo, et possum falli.' *Broukh.* *Cujus* Palat. 1. Heinsian. Venet. Brix. *Sic vivis nuptæ cui libet* Palat. 2. *Quovis* unus Voss. Dorv. 1. Burm. 2. *Cuilibet* Mentel. idem Heinsian. Leid. 1. Voss. *Quolibet* Leid. 2. *Esse decet* Vat. 1. 'Passeratius *Si quavis nuptæ*, quod refutavit Gebh. et legit *quod l.* non *quodl.* ut Heins. ad Ov. Ep. 7. 168. 'Dum tua sim Dido, quodlibet esse feram.' Hoc firmari posset ex iis, quæ notant VV. DD. ad Ov. II. Tr. 518. 'Quodque libet' &c. Elegans quidem est Broukhusii *cuivis nurui.* Sed præ ceteris amplector conjecturam Toupii in Emend. ad Suid. p. 23. *Si cuivis nuptæ, quo libet, ire licet:* quia hoc aptissime opponitur domisedæ, s. quæ 'viri limen amat,' quod præcedit vs. 24.' *Burm.* Lachm. reponit *cuiv. nupt. cuilibet esse l.*—28 *Jussa* Palat. 1. Bon. Voss. 1. Leid. Burmm. 'An f. *signa? Visa* potius se tueantur ex 32. 1.' *Burm.* Fatetur tamen *visa* non valde obvia esse de iis, quæ in tabulis pictis videantur.—29 *Corrumpit* Heinsian. Groning. edd. Livin. et Gebh. *Amores* Voss. 3. et unus Colb. sed in cujus marg. *ocellos.*—30 *Non sinit* Voss. 3. Vat. 5.—31 Malit *At* Burm. Heinsius legebat *Ah g. æternum, ficta.* Certe, ait Burm. 'istis' sequitur. *Iste* Neap. Livineius *g. in terris* conjungit, pro, sub terris, quod Dousa etiam margini ed. Rouill. ascripserat. Damnat Burm. qui dicit: 'Distinguend. ut edidi, *Ah gemat, in terris ista, &c. In terris protulit* recte: adeoque non opus est, ut cum Heins. corrigatur.'—32 'Pro *Jurgia* f. præstaret *Prælia:* i. e. coitus formas ac modos. Sed præferenda videtur Ruhnkenii conjectura *Orgia;* ut *orgia* vocet varios concubitus modos, qui reticeri debent, non per statuarios et pictores in lucem proferri. Qua admissa, pro *ista* cum Heinsio *ficta* mallem.' *Burm.*—33 *Templa* Guy. Damnant Heins. Burm. qui quærit an f. *vitiabant* legi possit ex codd. in quibus mox loco non suo dicit librarios dedisse *vitiavit aranea fanum.*—34 'Tum Groning. Col-

NOTÆ

nuptæ licet facere quicquid libet. Duo autem fuerunt Romæ templa Pudicitiæ: alterum Pudicitiæ Patriciæ in Foro Boario; alterum Pudicitiæ Plebeiæ in Vico Longo, quod olim Virginia, Auli Patricii filia, quæ viro plebeio nupserat, Pudicitiæ Plebeiæ in domo propria dedicavit, postquam per altercationem exclusa esset a templo Pudicitiæ Patriciæ, ab cujus ingressu plebeiæ mulieres arcebantur. Vid. Liv. x.

27 *Quæ manus obscœnas*] 'Manus' hic sumitur pro artifice. Dicit autem

Sed non immerito velavit aranea fanum, 35
Et mala desertos occupat herba Deos.

jure quidem *merito aranea* telis suis *obtexit templum, et gramen impium simulacra*

bertt. quod verum puto ac germanum: et putabit mecum quisquis paulo diligentius expenderit.' *Broukh.* 'Cum Brix. Venet. Aldd. cett. *Tum* ed. pr. cum codd.' *Barth.* *Tum* Exc. Scal. Neap. Vat. 1. 5. Fruterii v. c. *Carmine* Dorv. 2. *Lumine* Heinsian. Damnat Burm. Heinsius N. p. 684. legend. putat *opertus e.* sed nihil mutand. docere loca a Broukh. prolata statuit Burm.—35 'Vitiavit Groning. Rectum est *velav.*' Barth. Voss. 3. 4. *variavit*, quod ex præced. disticho male repetitum fuit. *Vitiavit* Dorv. 2. et cod. Livin. qui ut ineptum merito damnat, licet Guyeto placuerit. Recte Heins. *velavit* probat. Sed de vero loci huj. sensu magis solicitos nos reddit fani et Deorum desertorum mentio, quæ Guyetum induxisse videtur, ut paulo ante *variabant templa figuris* reponeret pro *tecta*. Ascripserat Dorvillius, se hæc non bene intelligere. Nullam vero opem hic afferunt tot Interpretum Commentaria. Si liceat conjectando velut ex nebula aliquid lucis elicere, f. post invectivam in obscœnas istas tabulas a vs. 27. usque ad vs. 34. quasi e diverticulo hic redit ad *templa Pudicitiæ*, olim Romæ extructa, quæ memoraverat vs. 25. adeoque hæc explicanda opinor ex Liv. x. 23. 10. Vid. igitur an hic scripserit Prop. *Sed nunc emeritum vel.* [Hæc emend. magnopere placet Kuinoelii.] vel hoc modo, *Sed nunc præteritum vel.* Si quis vulgatam præferat, *non immerito* dicit fanum aut sacellum Pudicitiæ situ obductum fuisse, Deorum desertorum ira, quia, propter ingravescentem libidinem turpesque amores, templa illa Pudicitiæ inutilia et vacua erant facta.' *Burm.* 'Hoc distichon, præsertim h. l. positum, intelligi nullo modo potest. Post inepta aliorum commenta Burmannus legend. censuit *Sed nunc emeritum.* Hac correctione probata vir doctus, dispersa membra recolligens, optima profecto conjectura hoc distichon post vs. 26. inserend. putat. Huj. sententiam ego quoque secutus essem, parva adhibita mutatione *Si non e merito*, nisi tamen his admissis ante vs. 25. et post vs. 28. maxime autem in ultimis distichis hiaret sententia, idque fidem faceret ab h. Carmine initium cepisse illam cladem, qua multa Carmina libri II. multosque eorum, quæ restant, versiculos periisse posthac omnibus manifestum erit, cum nos singula loca, in quibus certa erant lacunarum indicia, asteriscis interpositis notaverimus. [Asteriscos ponit post vss. 24. 26. 34. 36. huj. El.] Quare nihil magnum hic audend. esse existimavi, quanquam nonnulla de suo l. migrasse in his Fragmentis negare nolim.' *Lachm.*—36 An *male* cum [C. Com.] Heins. et Relando legatur, parum inter-

NOTÆ

Poëta impudicitiæ originem ex picturis obscœnis fuisse, quibus corrumpuntur spectantium mentes. Tiberius obscœnarum tabularum picturis cubicula sua adornabat, ut earum aspectu deficientes libidines excitaret, teste Suet. Tib. 44.

34 *Paries nullo crimine pictus*] Nullus, inquit, olim paries habebat lascivas et obscœnas picturas in domibus Veterum. 'Crimen' dicit Propertius picturam obscœnam, quæ causa solet esse muliebris impudicitiæ. Antiqui porro non exornare consueverant parietes domesticos picturis. Plin. xxxv. 10. 'Nulla in Apellis tectoriis pictura erat: nondum libebat parietes totos pingere.'

35 *Velavit aranea fanum*] 'Fana' dicuntur vel a fando, ut inquit Festus, quod pontifex, dum templa dedicat, certa verba fatur; vel a Fauno, qui primus ædes sacras exstruxit, lucosque dedicavit, ut ait Probus; vel,

Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam,
Quæ nunquam supra pes inimicus eat?
Nam nihil invitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est. 40
Uxor me nunquam, nunquam me ducet amica:
Semper amica mihi, semper et uxor eris.

Deorum derelicta involvit. *Quales igitur*, o mea Cynthia, *tibi custodes, qualesque fores apponam, quas pes* mihi *infestus et invisus nusquam calcare audeat? Dura enim custodia* puellæ, *quæ non vult* esse pudica, *nihil* omnino *prodest.* O *Cynthia*, illa, *cui pudor est peccare, satis est munita et secura* adversus corruptorum insidias. *Nulla* usquam *conjux, nulla* usquam alia *puella me alliciet;* tu *mihi*, o Cynthia, *perpetuo amica ac perpetuo conjux eris.*

esse putat Burm.—37 *Lumina* Palat. 2. edd. Brix. Livin. Gebh. 'Vitiosa procul dubio lectio est *quæ limina*. In Borr. et meo 1. *Quos igitur custodes, quæ tibi limina ponam*. Legend. ex certissima Heinsii [qui conj. etiam *tua lim.*] emend. *Quos igitur tibi custodes ad limina ponam?* unde non tantum sanus redit sensus, sed et *Quos, quæ, Quæ*, et *Quam*, hic inconcinnius cumulata, minus offendunt.' *Burm.* *Quæ ad limina, pon.* legit Lachm. qui in vs. proximo legi censet posse *Quin unq.* si te ista repetitio *Quos, quæ, Quæ*, offendat.—39 *Prodet* Vossianus. Damnat Burm.—40 *Quæ* Colin. 'In omnibus ante Scal. edd. etiam primum excusis, finem huj. El. absolvunt hi duo vv. 'Uxor me nunquam,' &c. qui etiam in plerisque Mss. hic occurrunt. Sed Scaliger [sic it. Lips. II. V. L. 25. Quos ideo laudat Burm.] eos rejecit in seq. Elegiam post vs. 20. unde et in ed. Dousarum aliisque h. l. non leguntur. Id monere Broukhusium oportebat. Vid. de his vv. Heinecc. in Comment. ad Leg. Juliam p. 47.' *Burm.* 'Ultimum distichon præter Scal. Gabb. et Broukh. etiam editio Leid. Morell. Silv. Græv. Lond. Cant. post vs. 20. El. seq. annectunt: quod in uno disticho non adeo reprehendend.' *Barth.* Ab El. sequenti amicæ mentionem alienam esse statuit Lachm.—41 *Hos ux.* Leidd. Voss. 3. Meutel. et pr. edd. inter quas memorat Barthius Brix. In

NOTÆ

ut ait Asconius in Cic. III. Verr. quod e templis fata petuntur. Dicitur autem aranea merito templa Deorum telis suis obtegere, ne scilicet aspiciantur picturæ turpes et obscœnæ, ut nempe Deorum adulteria, quibus etiam olim templa Veterum exornabantur. Unde D. Hieron. 'Fuligine et aranearum telis omnia Romæ templa cooperta sunt.' Araneæ porro telas suas prætendere solent in locis incultis, desertis, et inanibus, ut noster Poëta docet III. 6. 'Putris et in vacuo texetur aranea lecto.'

36 *Occupat herba Deos*] Statuas Deorum et signa implicat gramen, ut ap. Ov. Ep. 1. 'Alta ruinosas occulit herba domos.' Merito quidem jure, inquit Propert. imagines Deorum desertæ occupantur integunturque herbis, cum etiam ex occasione turpium et obscœnarum imaginum Deorum claustra pudicitiæ Romanæ perfracta sint, et Roma pudor expulsus.

37 *Quos custodes*] Frustra custoditur, quæ non vult esse pudica; unde Hieron. 'Pudica servari non debet, impudica non potest.' Ov. III. Amor. 4. 'Dure vir, imposito teneræ custode puellæ, Nil agis; ingenio quæque tuenda suo est.' Ib. 'Nec custodiri, ni velit, ulla potest.'

Aldd. ceterisque *Ux. me. Uxor nos* Dresd. *Nos ux.* Vat. Groning. Bon. Guarn. Exc. Scal. Voss. 1. 4. Ask. Dorvv. Burm. 1. qui f. legi posse censet *nunq. subducet.* '*Ux. me n. n. me d. a.* a Beroaldo est. Scripti omn. *Nos ux. n. n.* Quis dubitet quin verissima lect. sit, quam Volscus an. 1482. sive e codd. sive de conj. dedit, *Nos ux. n. n. deducet a.* Ita 25. 9. Utrobique tamen *diduc.* potius scribend.' *Lachm.*

ELEGIA VII.

AD CYNTHIAM.

GAVISA es certe sublatam, Cynthia, legem,
Qua quondam edicta flemus uterque diu,
Ni nos divideret; quamvis diducere amantes
Non queat invitos Jupiter ipse duos.

Cynthia profecto lætata est antiquatam esse *legem, qua olim constituta* nos *ambo multum ploravimus,* timentes *ne nos separaret; quanquam dividere non possit ipse Jupiter duos amantes nolentes* disjungi. *At* vero Augustus *Cæsar* est *potens;*

De Cynthia edd. Colin. Grass.—1 '*G. es c. sublatam, Cynthia, legem* edidi et distinxi. Alii legere malunt *G. est per te,* quod ex Palat. 1. profert Gebhardus: ut ad Augustum referatur. Frequens quidem ea commutatio est: sed, quia tota Elegia Cynthiam suam alloquitur, (unde in uno cod. meo, ut in Borr. aliisque, et priscis edd. *Ad Cynthiam* vel, *De Cynthia,* ut in altero inscribitur,) *per te* hic loco non valde commodo stabit, ut hoc primo versu Augustum alloqueretur in reliquis Cynthiam. Ideo placuit emendatio, quæ legitur in Koppiersil Obs. Philol. 11. p. 139. *G. es c. sublatam, Cynthia, legem:* præsertim quia 'flemus uterque,' 'Ni nos divideret,' sequitur: et sic Schraderus in libro Emendat. 6. p. 123. *Sublata lege,* [quod Broukhusio minus placet,] præter cod. unum Livineii, etiam est in Exc. Mod. Groning.' *Burm. Es* amplectitur Lachm. et interpunctionem Burmanni.—2 *Stemus* Bon. Guarn. Dresd. Exc. Mod. Borr. Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et pr. edd.—3 'In omn. libr. scriptis et edd. vetustis est *Ni:* quo modo scripsisse Veteres pro, Ne, auctor est Servius ad Virg. Æn. III. 686. et Donatus

NOTÆ

1 *Gavisa*] Augustus Cæsar legem tulerat de adulteriis; qua quondam lata se suamque Cynthiam multum flevisse testatur Poëta; sed eadem subinde abrogata penitusque sublata vehementer Cynthiam fuisse lætatam demonstrat.

Sublatam legem] Lex ea fuit Julia de adulteriis, de qua Tacitus II. Vel lex Julia de maritandis ordinibus, de qua Gel. II. 15. Horat. in C. Sæc. Suet. Aug. 34. quam cum ferret Augustus, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi ademta demum lenitave parte pœnarum, et vacatione triennii data, auctisque præmiis. De hac lege etiam Ulpian. tit. 14.

2 *Qua edicta*] Illud 'edicitur,' quod fieri jubetur; 'edicere' porro idem est ac decernere, jubere, statuere, edicto vetare, prohibere, &c. Significat autem Poëta se multum cum

At magnus Cæsar—Sed magnus Cæsar in armis. 5
Devictæ gentes nil in amore valent.
Nam citius paterer caput hoc discedere collo,
Quam possem nuptæ perdere amore faces;

verum Cæsar potens in bello: ac *domitæ* porro *nationes nihil in amore* superando *possunt. Potius enim perferrem hoc caput* a mea *cervice dividi, quam sustinerem amittere amorem* tuum *uxoris ducendæ causa. Numquid ego,* alterius *vir* factus,

in Ter. Eun. II. 3. 35. III. 3. 2.' *Broukh.* Assentiunt Barth. Burm. Lachm. *Quis* Palat. 2. Voss. 1. C. Com. Burm. 2. *Quæ* Perr. v. c. Vat. 1. 2. *Si* Burm. 1. Alii *Ne*, cum edd. Mur. Beal. Græv. Lond. Leid. *Ni* Regg. Colbertt. Borr. Groning. *Deduc.* Mentel. Dorv. 1. Damnat Burm.—4 *Invictæ* Dresd. —5, 6 '*Sit m. C. in a.* Markl. ad Stat. Sylv. p. 305. Sed nihil mutand. docet V. D. Misc. Obs. Vol. I. T. III. p. 429. quod sæpe 'at' et 'sed,' sive 'sed' et 'at' sibi sint vicina.' *Barth.* '*An magnus Cæsar?* ex Palatino Gebhardus: [et sic Dresd.] i. e. Ne Jupiter quidem nos divideret. An igitur Cæsar, quantumvis magnus? In medio versu *si* pro *sed* meus 1. unde facili correctione rescribi potest *sit*, ut respondeat præcedenti objectioni, 'At magnus Cæsar:' et sic Markl. et jam Gruter. XXII. inedit. Suspic. 13. Id certe longe præfero conjecturæ viri eruditi in Misc. Obs. Vol. I. p. 430. qui legi posse suspicabatur *At magnus Cæsar: at m.* ultima in *Cæsar* propter cæsuram producta, sequente licet vocali. Ayrm. distingnebat, *Cæsar in armis Devictæ gentis: nil in amore valent:* satis absurde. Pro *Devictæ* in Heinsiano *Seductæ.* An voluit librarius *Subjectæ?* Burm. Huschk. in Ep. Crit. *Sed m. C. in armis, Devictæ gentis nil in amore valet.* Ceterum nescit Lachm. cur VV. DD. hæc solicitent.—7 '*Discind.* Exc. Mod. s. Groning. reclamantibus cett. codd. et pr. edd. et imitatione Ovidiana, Ep. XVI. 153. et Pont. II. 8. 65.' *Burm.*—8 '*Perd.* omn. libr. Tamen *prod.* reponunt Passeratius ac Livin. et assentientem sibi habent Heinsium N. ad Ov. II. A. A. 636. sed illud *prod.* alio pertinet.' *Broukh.* qui, citatis locis, tandem dicit: 'Vides quam signanter dixerit Noster *perd. f.* et quam non utili medicina corrumpere voluerint locum recte valentem.' *Perd.* exhibent B. B. B. L. '*In ore* Mentel. Borr. Reg. 2. Leidd. Voss. 3, 4. Dorvv. meus 1. et pr. edd. Aldd. Junt. aliæque vetustiores. [Numerat Barthius Douss. Brix. Venet. Colin. Basil. Gryph. Grass.] *More* [Bon. Dresd. Palat. C. Com.] v. c. Passerat. Neap. 1. Vat. 5. Ask. sed *amore* Perr. v. c. Groning. Colbertt. unus Reg. aliique. *Prod.* Voss. 3. 4. In reliquis *perd.* quod prætulit Broukhusius, sed explicationem ejus verba Propertii non admittunt, quasi affirmaret, se potius moriturum, quam ut argentum in apparatum nuptialem perderet. Quod refutavit etiam Dorvillius in Misc. Obs. Vol. I. p. 430. *Prod.* tamen h. l. probabat Heins. II. Advers. 5. p. 239. et N. Prop. p. 684. *Perd.* non movend. arbitror, quia mox sequuntur 'limina prodita,' ut legunt Muretus, Palm. Scaliger, aliique, ubi in nonnullis etiam codd. et edd. vetustis *perdita*, unde *obdita* corrigebat Heins. in Advers. N. p. 230. et ad Ov. II. A. A. 636. sed *clausa* et *obdita* uno disticho minus bene junguntur, et ideo h. versu *prodita* pro, deserta, relicta, et paulo ante *perdere f.* præfero.' *Burm. Lædere* Ast. p. 24. cui præfert

NOTÆ

sua Cynthia doluisse ob istius legis edictum.

4 *Jupiter ipse*] In hunc fere sensum Catull. Carm. 'Nulli se dicit mulier mea nubere velle Quam mihi; non si se Jupiter ipse petat.'

8 *Perdere faces*] Deponere amorem illum, quo tu me incendisti, tuamque jucundissimam consuetudinem amittere.

Aut ego transirem tua limina clausa maritus,
Respiciens udis prodita luminibus.
Ah! mea tum quales faceret tibi tibia cantus,
Tibia funesta tristior illa tuba!

præterirem januam tuam mihi *obstructum, madentibus oculis amissam retro aspiciens? Ah quem tunc temporis fistula mea tibi,* o *Cynthia, soporem canendo faceret? fistula mea* tunc esset *mœstior ferali buccina. Quidnam mihi* opus est *liberos*

****

perd. Kuin. *Morte* Guarn.—9 ' Heins. *Anne ego* cum Passeratio. In vulgg. fere videas *An e.* Groning. habet *Aut e. transierim.*' Broukh. ' *Aut* Vat. Palatt. C. Com. Guarn. Dresd. edd. Brix. Venet. Scal. *An* Aldd. Mur. Basil. Gryph. Lond.' *Barth.* ' *Anne* edidit Broukh. *Anne* etiam Dousa in lib. sui marg. quod firmari potest ex illis, quæ notat Bentl. ad Horat. 1. 12. 35. *Aut* tamen Borr. Ask. Exc. Scal. Leidd. Vossiani, Dorvv. et mei, primæque edd. quod et probabat Ayrm. *Transierim* placebat Heinsio. *Clara* pro *clausa* Mentel.' *Burm.* ' *Anne* reposuerunt, cum in Volsc. 2. aliasque irrepsisset *An.* At recte scripti universi cum Volsc. 1. ac Ber. *Aut.*' Lachm. *Anne* exhibent Barth. Burm.—10 ' Heins. *obdita:* quia præcesserit ' prodere.' Atqui ' limina clausa' nihil significant aliud quam *limina obdita:* cur ergo bis id. dicat? *Prod.* omn. libr. et recte.' *Broukh.* ' *Perd.* edd. plur. vett. etiam e recent. Græv. contr. codd. plerosque. *Obdita* Heins. licet in Neap. *prod.* invenerit, reclamante jure Broukh. *Velis* p. Guarn.' *Barth.* F. pro *udis,* ait Burm. majori emphasi substitui posset *tumidis:* idque eo sensu, quo ap. Suet. Tib. 7. ' Agrippinam abegisse,' &c.—11 ' Infeliciter hic rem gessit Dousa. In edd. vetustis est *Ah mea tunc qualis caneret tibi, Cynthia, somnos Tibia,* nisi quod quædam *cantus* habent pro *somnos.* Quæ omnia Scaliger dicit esse perversa, et in officina Beroaldi cusa, qui multa, quæ non intelligebat, corruperit. Fateor, Beroaldus non fuit criticus ad Scaligerum: hæc tamen illum non corrupisse testes sunt omn. membr. in quibus *Ah mea tum qualis.* Deinde in Colb. 2. et in nostris duobus legitur *caneret tibi tibia somnos.* Quare dubitare non debes de veritate lect. quam Heins. [Vid. 11. Advers. 5. p. 239. N. Prop. p. 685.] constituit, *Ah m. t. quales faceret tibi tibia somnos.*' Broukh. ' *Aut me cum tales caneret t. Cynthia* Scal. ed. *Caneret t. tibia* libri scripti Heins. qui totum vs. legit quomodo Broukh. Vulp. Gött. *Can. t. Cyn. cantus* Aldd. Mur. Basil. Gryph. [Colin. Junt. Rouill.]' *Barth.* ' *Ah mea tum qualis can. t. C. somn.* Exc. Scal. et Mod. Mentel. Borr. [Dresd.] Neap. Leidd. Vossiani, Regg. unus Colb. Dorvv. mei. *Mihi Cynthia* unus Reg. *Tibia* bis repetita in Neap. Colb. 2. Vat. 5. Leid. 1. Vossianis, Dorvv. allisque, nisi quod *Cinthia* in Leid. 2. In nullo tamen cod. aut vetusta ed. *faceret* legitur, ut emendabat Heins. *Caneret tibi, Cynthia, somnos Tibia* recte exposuit Scaliger de tibia nuptiali. *Facere somnos* locutionem probe Latinam esse, negari non potest. Sed, an ideo contra omn. codd. id Auctori ipsi ingerendum sit, dubito. Dorvillius certe hic notaverat, ' Heinsium et h. in loco, et vs. 15. aliquantum liberius Criticen exercuisse, eique non optimo exemplo assensum ubique esse Broukhusium.' Non ausus igitur fui veterem lectionem, itidem probam, e contexta

NOTÆ

10 *Respiciens prod.* [*perdita*] *luminibus*] Ægre amissa sæpius crebro respectu requiruntur. Cic. 11. Cat. ' Retorquet oculos sæpe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam luget.'

12 *Tibia*] Vel significatur tibia nuptialis, qua novæ nuptæ in mariti domum noctu deducebantur: vel intelligitur tibia amatorum, qua sub noctem transeuntes ante domos amicarum dolores suos et miserias la-

Unde mihi patriis natos præbere triumphis?
Nullus de nostro sanguine miles erit.
Quod si Romanæ comitarent castra puellæ,
Non mihi sat magnus Castoris iret equus.

dare comparandis *patriæ triumphis? Nemo de meo genere nascetur, qui bella gerat. Si vero meæ Cynthiæ militiam veram sectari* me *oporteat, non mihi suffice-*

deturbare. Locum hunc imitatus est Ovidius Ep. 12. 140. Ex illa imitatione Sant. legend. conjiciebat *Tibia funeres t. i. tuba;* ut Propertius ejusque imitator opponat tibiam nuptialem illi, quam 'Cantabat mœstis tibia funeribus.' Ceterum, ne temere ab Heinsio Broukhusioque hic discessisse dicar, fulciri et corroborari sententiam meam videbis a Cl. Hemsterhusio, in illius Animadvv. ad h. l.' *Burm.* Huschk. Ep. ad Sant. legebat *Ah m. tum q. c. t. Lydia somn.* Quam esse ingeniosam, minus suavem tamen, statuit Lachm. Kuinoel pronuntiat Ast. p. 25. recte legere *quales c. t. tibia cantus,* qui *somnos* a sciolo invectam putat. *Ah m. t. q. c. t. C. somn.* defendit Lachm.—12 Non opus esse puto, ait Ast. p. 26. ut pro *tibia* in va. 11. reponatur *Lydia,* si legis *ipse tuba.* Quod sine idonea ratione emendatum opinatur Kuin.—13 'In Poeth. Guarn. Dresd. incipit hic nova El. cum inscript. *Ad Cynthiam.* Hoc sequuntur Brix. Venet. Ald. 1. Colin. Sed Ald. 2. et ed. Mur. non divdit a præcedd. *Patris* Dresd.' *Barth.* 'Novam hic El. quatuor distichis constantem, plurimi inchoant Codd. ut ex Pacc. cod. notaverat Perreius: et sic Mentel. Neapolitanus, Borr. Regg. Colbertt. Leidd. mei, Vossiani, Derv. nec aliter pr. aliæque vetustæ edd. Sed recte cohærent cum præcedd. *Patriæ* in Vossiano. Non probo viri docti, quicumque sit, trajectionem in hoc disticho, qui, teste Dervillio in Misc. Obs. Vol. 1. p. 481. hic corrigend. arbitrabatur, [et frustra, pronuntiante Barth.] *U. m. nostris n. debere triumphis? N. de patrio s. m. erit.* Præferrem potius conjecturam Heinsii *Latiis,* licet minus necessariam censeat Schraderus Animadv. ad Musæum 12. p. 230. Non male tamen eam astruit loco Claudiani VI. Cons. Honor. 507. cui eandem vocem Heinsius quoque restituit II. de R. P. 177. Certe *Latium* sæpe in *patrium,* aliasve voces, a librariis permutatum fuisse patet ex Notis ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 389. quanquam recepta lect. etiam commode servari possit.' *Burm.* 'Libr. scripti omn. aliud Carmen hinc ordiuntur: primus Volscus in ed. 2. ex duobus unum fecit: 'Elegiam separare,' inquit, 'non ausim, quoniam ex eod. ducitur argumento.' Non nego omnia ad unum Carmen pertinere: sed, quia non satis bene cohærent, non dubito quin antiquus librarius interstitio lacunam indicare voluerit.' *Lachm.* qui hic asteriscos ponit, et cum Ruhnken. reponend. jubet *Parthis* pro *patriis,* sed pronuntiat nihil mutand. esse in va. prox.—15 'Sic Scaliger, ex corrupta membr. pæne omn. lectione, *Quod si vera meæ comitarem.* Et sane ex *ra meæ* non difficulter fit *Romanæ:* tum et mos ipse favet, notissimus, et nulli non dictus. Sed, audebo dicere, unice ad gustum meum est ingeniosa Heinsii correctio, N. ad Ov. 1. Tr. 8. 31. quam suggerit turbatus ordo literarum, *Quod mea si teneræ comitarent.* Profecto nullus mihi scrupulus restat super germanitate loci admodum feliciter restituti.' *Broukh.*

NOTÆ

mentabantur. Lugubre vero ac querulum quoddam resonabat tibia, unde funeribus adhibebatur plebeiorum. Ovid. 'Cantabat mœstis tibia funeribus.'

Funesta tuba] In exequiis et funeribus potentiorum adhibitam fuisse tubam testis est Virg. XI. Æn. de funere Pallantis: 'It cœlo clamorque virum clangorque tubarum.'

16 *Castoris equus*] Cyllarus intelligitur, Castoris equus. Xanthus enim

Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.
Tu mihi sola places: placeam tibi, Cynthia, solus:
Hic erit et patrio sanguine pluris amor.

ret equus magni Castoris. Ex hac enim militia tam magnam famam nomen meum obtinuit, quæ *fama* usque *ad gelidos Borysthenidas penetravit. Tu mihi una places*, o *Cynthia; unus* quoque ego *tibi placeam: amor iste* mihi *longe carior erit, quam paternum genus.*

'*Vera m. comitarem* membr. fere omn. et Aldd. Mur. Basil. &c. *Comitarent* tamen Dresd. Colin. Gryph. Grass. Græv. *Etsi v. m.* Brix. *Comitarent* Voss. quoque laudat, III. de Anal. 7. et sic esse dicit in Mss.' *Barth.* qui nostram lect. exhibet cum Burm. qui sic monet: 'Non dubitavi hanc lect. Propertio reddere. *Quod si vera meæ* Mentel. Leidd. Vossiani, Borr. Grouing. Dorv. mei, ceterique: et ita in suo cod. Propertiano extare scribit Ciofan. ad Ov. XIV. M. 259. *Et si vera meæ comitarent* Leid. 2. Ask. Regg. unusque Colb. In altero *Quid si vera meæ*. In aliis *comitaret, comitarem*, vel *comiterer*, sed *comitarent* in plerisque. *Sera* conjecerat Ould. sed restitutionem Scaligeri firmat Propertius ipse IV. 3. 45. Scaligero recte assensus est Passeratius et Gebhardus. Livin. nulla Scaligeri mentione facta, eand. conj. proponit in Notis suis p. 83. Nollem Broukhusius amplexus fuisset, et in ipso contextu dedisset, Heinsii conjecturam, *Quod mea si teneræ comitarent*. Sic enim legend. existimabat vir illustris, non tantum ad Ov. II. A. A. 636. et I. Tr. 9. 31. sed et II. Advers. 5. p. 239. 240. et N. Prop. p. 685. Quia autem 'teneræ puellæ' centies fere poëtis dicuntur, an ideo hic quoque Propertius hoc communi epitheto usus est? Rejecta tamen Scaligeri emendatione, Heinsio etiam obsecutus est Sichterman de Pœnis Militar. 3. p. 43. 44. Sed suffragio longe majori se tuetur, Hemsterhusii nempe, cujus de h. l. animadversione eam stabilitam videbit lector, ita tamen ut veterem lect. non penitus rejiciat.' *Burm.* Sic dicit Hemst. 'Scaligeri correctionem Heinsianæ anteponere non vereor.....Experire jam, si placet, an æque commode sensus in Heinsiana lect. procedat. Nec nulla est pristinam lect. defendendi facultas, dummodo *comitarent* scribatur, ut *vera* castra Propertius opponat umbratili Amoris militiæ.' 'Quid agamus potius,' ait Lachm. 'quam ut, prava Scaligeri emend. omissa, corruptam omnium libr. scripturam revocemus Q. *si vera meæ comitarent*. Sub ea quid lateat, me non intelligere fateor: nec quicquam facile hic audend. est, cum singula disticha non satis bene cohæreant. Nemini igitur conjecturæ meæ veritatem persuadere volo, qua ductus aliquando tentavi scribere *Quod si cura meæ comitari*. Hoc tamen certe commodam sententiam parit.'—16 *Magnum* Heins.—17 Non opus esse cum Ayrm. legere *mereat* pronuntiat Burm.—20 *E pat.* Voss. 4. *Patriæ* 1. et Burm. 2. 'Quia in antecedd.' ait Burm. 'amorem gloriæ militari castrisque longe præposuerat, multum erigi posse hujus. l. sententiam arbitror, si legamus *Partho s.* Hanc conj. probabat Ruhnken.'

NOTÆ

et Cyllarus duo insignes equi fuerunt, quos a Junone muneris nomine Castor et Pollux acceperunt, quos Junoni Neptunus donaverat. Sensus igitur est, Cyllarum, magni Castoris equum, non satis futurum Poëtæ nostro, neque satis esse velocem ad castra sectanda, si in castris puellæ etiam militarent.

18 *Hybernos Borysthenidas*] Scythiæ populi sunt Borysthenis fluminis vel etiam paludis ejusd. nominis accolæ; qui dicuntur 'hyberni,' quia nimirum eorum regio continuo gelu

NOTÆ

riget, utpote quæ ad septemtrionem maxime vergit.

20 *Patrio sanguine*] Parentibus, liberis, propinquisque omnibus. Sic El. 16. Lib. 1. 'Sanguinis et cari vincula rupit amor.' El. 11. ejusd. Lib. 1. 'An mihi sit major caræ custodia matris, Aut sine te vitæ cura sit ulla meæ? Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes.'

ELEGIA VIII.

AD AMICUM.

ERIPITUR nobis jam pridem cara puella;
Et tu me lacrymas fundere, amice, vetas?
Nullæ sunt inimicitiæ, nisi amoris, acerbæ:
Ipsum me jugula; lenior hostis eris.

Amica jamdudum dilecta mihi rapitur; tu tamen, o amice, flere me prohibes? Odia nulla mihi *sunt gravia nisi amoris* causa. *Meipsum* gladio *confode*, tibi

'Omnia huj. El. in Mss. et edd. vetustis longe alio ordine exhibentur, et quædam aliunde in eam translata sunt ex III. 16. [nobis 18.] Vel non unum efficiunt Carmen, frustaque illius avulsa novas constituunt Elegias, ut ex Scaligeri Notis patet, quem, ita ut melius digessit, secutus est Broukhusius. Singula suis locis breviter indicabo. *Ad Amicum* inscribitur in Colbertt. Borr. Groning. meis et reliquis. *Ad Cynthiam* in Regg. aliisque. Certe ad Cynthiam instituitur sermo ab illa Elegiæ hui. parte, va. 33. [nobis 9. 1.] sed quæ in multis edd. novam Elegiam constituit: et videntur nonnulla adhuc etiam post Scaligeri transpositionem, licet meliori ordine, quam in priscis edd. habebantur, institutam, loco non suo collocata esse, neque apte cohærere, ut plurima alia in Propertio, et præsertim hoc Libro secundo, innumeris locis confusa et turbata sunt.' *Burm.*—1 'Barth. Anim. ad Papin. II. Sylv. 1. jubet legi *tam:* nescio quam bene; neque ipse rationem dedit. Libri nihil mutant, nec videtur quicquam mutand.' *Broukh.* Et recte, judice Burm. *Arrip.* Exc. Mod. s. Groning. i. e. *Abrip.* monente Burm. qui *Erip.* hic vim majorem indicare statuit.—2 *Negus* Voss. 4.—3 *Sunt in. nul.* Dresd.—4 *Levior* Leid. 2. Dorv. 1. *Segnior* Guarn. Voss. 1. 3. Burm. 2. '*Lenior*,' alt Burm. 'recte se habet, sed legend. videtur *len. h. eris*,' sc. pro *ero*. Assentiunt Boltius in Sylv. Crit. p. 74. et Kuin.

NOTÆ

1 *Eripitur nobis*] Ereptam esse sibi Cynthiam suam graviter conqueritur lamentaturque Propertius, doloremque ob id conceptum impatienter ferens et mortem sibi et Cynthiæ minitatur. Ad mentem fere Propertii Tibull. III. 2. 'Qui primum caram juveni, carumque puellæ Eripuit juvenem, ferreus ille fuit. Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem, Vivere et erepta conjuge qui potuit.'

4 *Ipsum me jugula*] Ostendit gra-

Possum ego in alterius positam spectare lacerto? 5
Nec mea dicetur, quæ modo dicta mea est?
Omnia vertuntur; certe vertuntur amores.
Vinceris, aut vincis; hæc in amore rota est.
Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni.
Et Thebæ steterunt, altaque Troja fuit. 10
Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci!
Illa tamen nunquam ferrea dixit, Amo.

placabilior inimicus ero. An *ego sustineam videre* puellam meam *in alterius gremio jacentem? neque* amplius *mea appellabitur, quæ paulo ante appellata est? Cuncta mutantur; profecto* etiam *amores mutantur:* tu vel *victus jaces, vel victoriam refers; iste est orbis* et vicissitudo fortunæ *in amore. Frequenter potentes exercituum ductores potentesque reges* in acie *periere: ac* quondam *Thebæ floruerunt, et magna Troja periit.* Qualia et *quam magna dona largitus sum, aut quos versus scripsi! ista tamen* puella *sævissima nusquam mihi dixit,* Te *diligo. Nimis igitur*

qui eam emendationem verissimam vocat. Mits. p. 161. legit *len. hostia ero.*—5 *Possim* malit Burm. cum Heins.—8 Pro *hæc* conj. Heins. *cæca* vel *æqua.* Sed *hæc* minime sollicitand. pronuntiat Burm. 'In edd. Mur. Græv. [Rouill.] post h. vs. est asteriscus cum interstitio: neque tamen in Groning. et Guarn. ulla est lacuna.' *Barth.* 'In meo utroque et Dorv. hoc distichon præcedenti [sc. vss. 9. 10. nobis] anteponitur.' *Burm.* qui cum Broukh. illum mutat ordinem.—10 '*Steterunt* edd. plur. sed 'fuit' requirit *steterunt,* penult. correpta. *Fuit* Heins. pessime.' *Barth. Steterunt* Borr. Groning. Leidd. Voss. 3. Dorvv. Burmm. aliique, ut in primis, Aldd. ceterisque vetustioribus edd. Quod damnat Lachm. '*Steterunt...ruit* Heins. ad Ov. Rem. Am. 66. Vulg. hic tueri se potest.' *Burm.*—11 Lachm. reponit *ea, qual.* Franc. vult *quæ non ego carm. feci?*—12 *Dicit* Dresd. Post h. vs. aste-

NOTÆ

viores sibi non esse inimicitias quam propter amores; dicitque facilius se condonaturum, si jugulum suum gladio appetatur, quam si sibi eripiatur amica. In eandem sententiam Tibull. I. 9. 'Ure meum potius flamma caput, et pete ferro Corpus, et intorto verbere terga seca.'

7 *Omnia vertuntur*] Unde illud Terentii: 'Omnium rerum vicissitudo est.'

8 *Vinceris, aut vincis*] Unde et Ov. I. Amor. 9. 'Mars dubius, nec certa Venus, victique resurgunt, Quosque neges unquam posse jacere, cadunt.'

Hæc in amore rota est] Is orbis est fortunæ in amore. Valet etiam in amore fortuna; unde Prop. I. 6. 'Me sine, quem semper voluit fortuna jacere.' De hac amoris rota loquitur ille Plautinus amator in Cistellaria Act. II. sc. 1. 'Jactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota.'

10 *Et Thebæ steterunt*] Thebæ civitas fuit Bœotiæ, quæ quondam Athenis claritate non cedebat; duobus Diis Hercule et Baccho alumnis fuit insignis, duobusque item ducibus Epaminonda et Pelopida commendabilis.

Troja fuit] De Troja ab Græcis funditus eversa historiam norunt omnes. Virg. 'Fuimus Troës, fuit Ilium.'

Ergo tam multos nimium temerarius annos,
  Improba, qui tulerim teque tuamque domum.
Ecquandone tibi liber sum visus? an usque
  In nostrum jacies verba superba caput?
Sic igitur prima moriere ætate, Properti?
  Sed morere: interitu gaudeat illa tuo.
Exagitet nostros manes, sectetur et umbras,
  Insultetque rogis, calcet et ossa mea.
Quid? non Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon
  Corruit, ipse suo saucius ense latus,

ego *stultus, qui* tam per *longum tempus te*, o *crudelis et perfida*, tuosque, *tuamque familiam passus fuerim. Quandonam apparui tibi liber* incedere? *An semper in meum caput dicta vocesque fastuosas conjicies? Ita ergo* in *juventute peribis*, o *Properti. At peri; tuaque morte ista* puella *lætetur.* Ipsa *meam umbram direxet et cruciet, manesque* infesto *persequatur* animo, *meoque busto insultet, et meos cineres calcibus proterat.* Et *quid? nonne Hæmon Bœotius suo ipse gladio confixus*

riscum ponit Lachm.—13 ‘ Groning. *tam* m. quod magis arridet.’ *Broukh. Jam* Mentel. Voss. 1. Dorvv. Burmm. et primæ aliæque vetustæ edd. Novam hic Elegiam facit Guy. legitque *O ego tam.* ‘ In primis huj. Carm. versibus ne quid excidisse suspicemur, f. interpretando cavere poterimus... Ita illa interpretari possumus, non nimis tamen, ut mihi videtur, probabiliter. At, qui sequuntur quatuor versiculi, quid huc faciant, non intelligo. Quid, quod eorum sententia prorsus obscura est. Interpretibus quidem nihil durum est. Non frustra Heins. et Franc. conjectasse videntur *Ergo ego tam.* Sed nihil hæc, ut dixi, ad præcedentia.’ *Lachm.*—14 *Quin* Neap. —15 ‘ *Ecquandone* Scaligerani libri scripturam habet et Borr. In nostris duobus erat *Et quando ne. Et quando* Carrionis codex Valerii Fl. II. 395. recte ac vere. In Groning. erat *Et quando ire*, ubi duæ lineolæ, quæ constituunt *n*, disparatæ sunt et corruptæ in *ir*.’ Broukh. *Ecquandone* Exc. Mod. Colot. duo Vat. Neap. aliique, quod veram esse lect. pronuntiat Burm. et exhibent B. B. B. L. *Et quandone* Dresd. Leidd. Dorv. 1. Burmm. *Et quando ire* pr. edd. et Aldd. Colin. Gryph. Græv. Lond. cett. *Et quoniam ire* Voss. 1.—16 ‘ Jam vero,’ ait Lachm. ‘ qui vss. hos excipiunt ‘ Sic igitur,’ &c. in libris omn. conjuncti prioribus, ii ad aliud penitus Carmen pertinent:’ et novam El. exinde orditur. Asteriscum porro post h. vs. ponit.—17 ‘ *Sicne* Heins. quasi vero particulæ interr. non sæpe omittantur in orat.’ *Barth.*—18 *S. morte* Groning. Damnant Barth. Burm.—21 ‘ *Antigonæ* sex libri, Latina flexione: et ita fere solent poëtæ in nominibus Græcis.’ *Broukh.*

NOTÆ

20 *Insultetque rogis*] ‘Rogus’ proprie est congeries lignorum, quibus corpora mortuorum cremabantur. Sumitur hic etiam pro cadavere cremando. Vetustissimum autem sepulturæ genus fuit corpus terræ tradere: sed postea apud Romanos institutum est, ut corpora cremarentur mortuorum, postquam longinquis bellis obrutos erui cognoverunt. Primus e gente Cornelia dictator Sylla crematus fuit.

21 *Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon*] Hæmon fuit Creontis, Theba-

Et sua cum miseræ permiscuit ossa puellæ,
  Qua sine Thebanam noluit ire domum?
Sed non effugies: mecum moriaris oportet;
  Hoc eodem ferro stillet uterque cruor.
Quamvis ista mihi mors est inhonesta futura;
  Mors inhonesta quidem: tu moriere tamen.
Ille etiam abrepta desertus conjuge Achilles
  Cessare in Teucros pertulit arma sua.

viscera concidit ad Antigones tumulum, suumque corpus infelicis istius puellæ corpori *commiscuit, sine qua noluit* in *Thebanam regiam reverti, suumque genus ulterius procedere? At* vero tu *non aufugies: necesse est* ut *mecum* tu *pereas,* et ut *isto gladio* nostrum *utriusque sanguis fluat. Quanquam hæc mihi mors futura est turpis et indecora: mors equidem* mihi *turpis* erit; *attamen tu morieris. Ipse etiam Achilles, erepta* per vim *amica, derelictus domi* suæ *arma sua feriari passus*

Quid non? Antigone Dresd. Borr. Burm. 1. *Antigone* etiam Neap. 2. Ask. Colbertt. 1. e. *Antigones,* monente Burm. ut in Voss. 3. et ita, ait Barth. edd. omn. præter Broukh. Vulp. Gött. Sic Lachm. exhibet, et defendit ad III. 14. 31, suæ ed. *Antigonæ* exhibent B. B. B. et sic Vat. 5. Borr. Groning. *Nonne Antigones* Heins. *B. hemon* Burmm. Neap. Regg. Colbertt. et priscæ edd.—22 *Contudit* Franc. in lib. sui marg. Non probat Burm.—23 ' In uno Colb. *commisc.* quæ sane alliteratio minime insuavis est ap. aures purgatas: quanquam et vulg. ferri potest. Suet. Dom. 17. commode firmat Colb.' *Broukh. Perm.* non necesse judicavit Burmannus mutare, et exhibent omn. edd. ut ait Barth. præter Vulp. Broukh. et Gött. Ceterum *tam m.* Voss. 4. Exc. Mod. s. Groning. *Tunc m.* Dorv. 2. Damnat Burm. *Comiseræ* Vat. 5. Francius *misera puella;* infeliciter, judice Burm.—24 *Queis* Heins.—25 ' *Efficies* Bon. Guarn. Dresd. edd. omn. præter Broukh. Vulp. Gött. Cf. tamen Passerat. et Lips. Ant. Lect. 1. 20. qui *effugies* probant. *Morieris* ed. Mur.' *Barth. Effugies* Perr. v. c. Colot. Vat. 2. Neap. a m. sec. Mentel. Groning. *Efficies* Regg. Colbertt. Leid. 2. tres Voss. Dorv. 1. Burmm. et antiquæ edd. *Effug.* recte Broukh. edidisse, sequentem Scaligeri editionem, statuit Burm. Sequuntur et Barth. et Lachm.—26 ' Omn. membr. *ferro:* quod, quamvis id. dicat, fuit tamen indicand. Et sane ' ferri ' voce quam ' teli' libentius utuntur scriptores Rom. *Ferro* quoque exhibent primitus cusi. Quocirca *telo* pro glossa videri potest ex marg. irrepsisse: neque tamen defendi non potest, etiam principum scriptorum exemplis.' *Broukh.* ' *Telo* vulgg. sec. Broukh. in meis nihil tale.' *Barth. Ferro* exhibent B. B. B. L. ' *Ferro,* pro *telo,* quod in ed. Scal. est, recte astruit Broukh. idque ab omn. codd. quorum Excerptis utor, et pr. edd. firmatur. Quod Franc. in marg. cod. sui conjiciebat, *stillet telo utriusque,* paucis arrisurum opinor.' *Burm.*—27 *Q. hæc m. m.* Dorv. 1.—28 *Moriare* Voss. 1. ' Hic sequitur in multis Mss. et meo utroque vs. 17. huj. El. ' Ille etiam abrepta,' &c. usque ad vs. 28.' *Burm.*—29 Ad h. l. notaverat Markl.

NOTÆ

rum in Bœotia regis, filius; qui, cum audiisset jussu patris occisam fuisse Antigonem, filiam Œdipodis et Jocastæ, quod fratrem Polynicem sepeliisset, ad ipsius Antigones tumulum seipse gladio interemit, neque superstes esse voluit puellæ, sine qua nolnit domum reverti.

24 *Thebanam noluit ire domum*] Vel noluit Thebas in patris Creontis pala-

Viderat ille fugas, fractos in littore Achivos,
Fervere et Hectorea Dorica castra face;

est. Conspexerat ipse Achivos circa littus muris fuga dissipatos, ac Hectoreis igni-

' Modo dixerat vs. 13. ' *Cur* exempla petam Graium?' et ecce exemplum Achillis. Sed omnia sunt turbata et confusa in hac El.'—30 ' Passeratius et Gebh. legunt *in Teucros:* uterque, uti aiunt, ex lib. vetere. Nostri omn. *in tectis.* Guy. non infeliciter reponebat *in thecis:* nihil verius.' *Broukh.* ' *In Teucros* C. Com. *In thecis* Broukh. in textum recipit cum Gött. *In tect.* nempe tentoriis, e frondibus et arborum ramis constructis, edd. mese *ad unam omnes.*' *Barth.* ' *In thecis* ex sola Guyeti, temerarii Critici, et quem raro ceteroquin sequitur, edidit Broukh. Admitterem, si vocem hanc poëtis, elegiacis præsertim, usitatam vel uno loco adducto ostendisset; de quo valde dubito. Antiquarum edd. scriptura fuit *in tectis:* quod in Leid. 2. tribus Voss. Dorvv. [Dresd.] et meis legitur. *Cæsare in tectis* corrupte Leid. 1. Præferend. existimavi *in Teucros:* et ita in marg. Dorv. 2. scriptum reperi.' *Burm.* Amplectitur Lachm. *in tectis:* et, ' Ita Achillis,' ait, ' tentorium appellat, Homero præeunte Il. XXIV. 471. Nec mirum post ea, quæ ibid. habes de Achillis tentorio, vs. 449. seqq.'—31 ' Sic Palm. ex cod. vetusto reponit: quomodo et Passeratius in Mem. invenerat. Omnino recte: et juvat in partem noster 1. qui habet *ille Phrygas*, quod etiam legitur in Borr.' *Broukh.* ' *F. f.* Mss. Palm. et Passer. quanquam et vulg. *fuga tract.* reliq. edd. a Brix. ad Lond. ferri potest.' *Barth.* ' *Fugas, fract.* est lect. ex codice Palmerii, Fruterii, et Passeratii deducta, cui acquievit Broukhusius. *Phrygas* Exc. Scal. sed quis hanc lect. a librariorum ingenio derivatam dicet, eaque scriptura *fugas* defendet, cum hoc potius ex illo formasse videantur? In Dorv. tamen, Neap. [Dresd.] et Vat. 5. etiam *fugas*, et pro varia lect. in Voss. 3. in quo a m. pr. *Phrygas*, ut in meo 1. *Fuga* Voss. 4. et Leidd. *Fuga fract.* Frut. et Wassenburgius. *Fract.* etiam in v. c. Passeratii, [et Dresd.] unde ille *fuga stratos* legebat. *Tract.* tamen est in Leidd. tribus Voss. meis, et Dorv. *Tractosque* Voss. 3. Heinsius legebat *Phrygas stratis Achivis:* vel *fuga sparsos:* vel denique, *Vid. Iliaco fract. Achivos:* quod ultimum ingenio ejus dignissimum. Sed Heinst. ex veatigiis codicum, in quibus *Phrygas*, veram Propertii manum sic efformandam judicabat, *Phrygas, fractis, in littore, Achivis.* Post tot virorum eruditorum conjecturas placeret præ ceteris secunda Heinsii, nisi mox ' sparsas cæde' sequeretur: vel, *fugas, stratos.* Cerda ad Virg. Æn. I. 470. *fuga tractos* h. in l. affert.' *Burm.* ' *Fract.* non solicitand. erat. *Phrygas* grammatico originem suam debere videtur.' *Kuin.* ' *Fugas, fract.* H. Berchemii liber ap. Palm. Spicil. p. 802. et hoc ferri optime potest. Ceteri codd. plerique *fuga tract.* vel *fugas tract.* quod non est commodum. Verum videtur *ille pyras, fractos. Phrygas* grammatico originem suam debere nemini facile vir doctus persuaserit.' *Lachm.*—32 *D. frustra* Heins. Sed *castra* pro navalibus, statione, monente Burm.

NOTÆ

tium redire; vel noluit genus regum Thebanorum ulterius procedere, quia nimirum ipsius interitu tota gens extincta est.

29 *Abrepta conjuge Achilles*] Briseidem captivam mirum in modum dilexit Achilles; quæ cum ipsi erepta fuisset ab Agamemnone, noluit amplius adversus Trojanos decertare, donec puellam intactam cum muneribus regiis restituisset Agamemnon.

31 *In littore*] Rhætæo, vel Sigæo, ubi pugnabatur; unde Virg. ' Dardanidum toties sudavit sanguine littus.'

32 *Hectorea Dorica castra face*] Hec-

Viderat informem multa Patroclon arena
  Porrectum, et sparsas cæde jacere comas;
Omnia formosam propter Briseida passus:
  Tantus in erepto sævit amore dolor.
At postquam sera captiva est reddita pœna,
  Fortem illum Hæmoniis Hectora traxit equis.

hus Doricam classem incensam; aspexerat Patroclum jacentem mortuum, multoque conspersum pulvere, ejusque comas sanguine concretas dissipari. Pertulit autem omnia propter pulchram Briseidem; tam magna et acerba ira est, quæ amicæ ereptæ causa concipitur. Sed, quando tandem captiva est restituta tarda pœna, idem ipse raptavit fortem illum Hectorem equis Hæmoniis. Quandoquidem vero non sum

—34 *Project.* Voss. 3. Damnat Burm.—35 ‘ Exc. Mod. *O. formosa pro Briseide passus Achilles.* Saltem librarius iste, versum immutans, vel, si *Achilles* margini pro glossa fuerit appositum, idque in contextum receperit, scripsisset *O. pro pulchra Briseide p. A.* vel, *pro serva Briseide:* quia ‘ captiva’ sequitur.’ *Burm.*—36 ‘ Notari meretur in utroque meo cod. hic legi *scævit:* verbo inaudito, licet ‘ scævus’ vox elegans sit, sed sæpe a librariis ejecta, supposita voce sævus.’ *Id.*—37 *Seva* Voss. 4. Exc. Scal. Dorvv. Sed *sacra* Voss. 1. 3. Burm. 2.—38 *Hæm.* edd. Aldd. Colin. Vulp. Burm. Lachm.—39 ‘ Unius li-

NOTÆ

tor, Priami filius, excellens viribus, Græcos invasit; quos et fugavit, eorumque castra et naves injectis facibus incendit. Ov. XIII. M. ‘ At non Hectoreis dubitavit cedere flammis.’ Et: ‘ Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque In Danaas classes.’ Dorica dicta sunt castra Græcorum a Doro, Neptuni filio; a quo Dorienses seu Dori dicti sunt Græci, Parnassum accolentes, adjacentemque regionem.

38 *Patroclon arena*] Hector Patroclon Achillis amicissimum occidit; quod impatienter ferens Achilles, recepta Briseide reconciliataque cum Agamemnone gratia, adversus Trojanos iterum arma capessiit, quo Patrocli mortem ulciscerétur; prius non quieturus, donec Hectorem amici interfectorem interemisset. Ostendit ergo Propertius Achillis exemplo, quantus sit dolor, quanta indignatio amoris erepti.

35 *Briseida*] Briseis puella fuit, a Brise patre sic dicta, ex Lyrnesso civitate oriunda; quam Achilles ita amavit, ut, cum ipsi erepta fuisset ab Agamemnone, implacabilis dissidii inter Achillem et Agamemnonem causa fuerit; nec usquam adduci potuerit Achilles, ut arma sumeret contra Trojanos, donec Patrocli mors nuntiata, Briseisque intacta ab Agamemnone reddita eundem ad pugnam amicique vindictam exstimulavit.

38 *Hæmoniis Hectora traxit equis*] Hæmonii equi Thessali sunt: Thessalia enim dicta est etiam Hæmonia. Hectorem porro, ad currum Achillis religatum fuisse tractum testatur etiam post Homerum Virg. I. Æn. ‘ Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.’ Ovid. etiam III. Tr. 11. ‘ Hector erat tunc cum bello certabat, et idem Tractus ab Hæmonio non erat Hector equo.’

Inferior multo cum sim vel matre, vel armis,
Mirum, si de me jure triumphat Amor? 40

Achilli per aut bellica virtute, aut armorum genere, an mirum est si de me Amor merito triumphat?

ternlæ transpositio tenebras huic l. offudit: est enim legend. *matre*. Passeratius etsi monuerat ap. Nostr. *matre* esse legend. auctore lib. suo vetere; id adeo non movit ecphrasten nuperum, ut potius maluerit retinere insulsam illam lect. vulg. Credas hanc paleis victitare, abjectis frugibus.' *Broukh.* ' *Marte* Venet. 1500, Aldd. Colin. Græv. Lond. cett. Legend. *matre*. *In arte* Brix.' *Barth.* ' *Multum* Dorv. quod non penitus rejiciend. quia sæpe ' multum' comparativis additur pro, multo. *Marte* Leid. 1. tres Voss. Dorvv. et meus 1. *Vel in arte* Leid. 2. et meus 2. Sed *matre* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. quod probat Heins. et optime asseruit Broukh. In hoc autem disticho desinit Elegia hæc in multis edd. priscis: et in meo cod. pr. nova incipiebat sub titulo, *Ad Amicam de Rivali*. vs. 31. [Burm. sic] ' Iste quod est,' &c. ' Hoc ipso,' &c. vs. 41. ' Penelope poterat,' &c. neque aliter in meo 2. Borr. Groning. aliisque.' *Burm.* Conjecerat Kuin. *sorte*, sed tandem in *matre* acquievit: quam amplectitur Lachm.—40 Legi etiam posse censet Burm. si codd. addicerent, *M. si.* Kuinœlt valde arridet *Tullo* legentis pro *jure* in Bibl. Anal. Crit. Vol. II. P. II. p. 15. quippe ad quem hanc El. scriptam esse vs. 2. doceat.

ELEGIA IX.

AD AMICAM DE RIVALI.

Iste quod est, ego sæpe fui: sed fors et in hora,
Hoc ipso ejecto, carior alter erit.

Ego frequenter fui id *quod ille est; at forsan etiam mox alius erit dilectior eodem*

1 ' In quinque libr. scribitur *fors et*, vocibus divisis. Ante Scaligerum *forsit* reposuerat Canter. IV. Nov. Lect. 8. quem cur silentio præteriret Passeratius, causæ nihil erat. Heins. *fors et* scribi jubet N. ad 1. Val. Fl. 478.' *Broukh.* ' *Fors et* Brix. Venet. Aldd. *Forsitan h.* edd. Leid. Passer. *Ors* Dresd.' *Barth.* qui *forsit* exhibet. ' Ab h. vs. [Burm. 7. 33.] novam El. multæ ordiuntur edd. vetustæ et codd. *Fors an* Voss. 4. *Fors et* recte Borr. Groning. Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. et priscæ edd. et hoc recte astruit Broukh. in curis secundis. Nam in ed. 1. *forsit*, quod in Vat. 2. Vid. Markl. ad Stat. Sylv. p. 321.' *Burm.*—2 *Erepto* Palat. 2. Regg. Groning. Leid. 2. Dorv. Brix. *Electo* Palat. 1. Dresd. Heinsian. Borr. Neap. 1. Dorv. 1. Colb. 2. sed *erepto* in marg. quod f. petitum censet Burm. ex El. 8. 36. ubi aptiorem locum habeat. Statuit is *ejecto* hic bene se habere: et sic

NOTÆ

1 *Iste quod est*] Rivalem a Cynthia fuisse sibi prælatum graviter conqueritur Poëta, Cynthiæque impudicitiam ac libidinem, quæ neque una quidem nocte potuit sola sine amatore dormire, vehementer insectatur.

Penelope poterat bis denos sola per annos
  Vivere, tam multis fœmina digna procis.
Conjugium falsa poterat differre Minerva,
  Nocturno solvens texta diurna dolo.
Visura et quamvis nunquam speraret Ulyssen,
  Illum expectando facta remansit anus.

illo repulso. Penelope sustinebat integra et intacta permanere viginti annos, quæ fuit *mulier digna tanto amatorum numero. Sustinebat fallaci Minerva procrastinare nubendi tempus, retexens fraude nocturna telam interdiu contextam: et, quanquam Ulyssem* suum *nusquam speraret se visuram, illum* tamen *præstolando facta est*

exhibent B. B. B. L.—3 ' *Bissenos* Groning. ap. Livin. cui mirum videtur, cum fabulæ 20. annos errasse Ulyssen referant. *Sola* Kopp. Obs. Phil. p. 139. sensu eod. nam *salva* est, incorrupta, quæ lectum viri non temeravit alios admittendo. Τηλὶς εὐνατήριον ex Eurip. Orest. jam Livin. laudavit.' *Barth.* ' *Poterat bis denos salva* codd. et edd. antiquæ: nisi quod *potuit* Dorv. 2. *Bis senos* male Voss. 3. Groning. et Livineii cod. *Salva* autem Dorvillio aliisque viris doctis non immerito displicebat: licet Livin. et ante eum Volscus exponant, integram, incorruptam. *Casta* Guyeto arridebat. *Sancta* J. Arntzenio ad Aurel. Vict. de Viris Illustr. 46. *Sola* recte in lib. sui marg. conjecerat Franc. et Markl. cui præterea vs. seq. *unica dig.* legend. videbatur, sed hac quidem emendatione carere possumus. Franc. conjecerat *fam. culta. Sola* etiam se probavit Schradero Emend. 6. p. 124. et sic in ora ed. Græv. conjecerat Markl. Eund. lect. variantem notaverat etiam L. Lat. monente Schradero. Optime autem Penelopæ convenit *sola*, a viro tam diu deserta ac vidua: et hanc lect. sua imitatione firmat Andr. Naugerius, qui hunc l. in animo habuisse videtur Elegia cultissima ad Amicam rusticantem. Hos et seqq. de Penelope versus eo, quo nunc leguntur, modo etiam ex suis codd. affert Mirandula in Viridario Poëtico Fol. 182.' *Burm.*—4 Jacobs. Emend. in Auctt. Vett. p. 94. vult *fæm. cincta.*—5 *Pot. fal. dividere* Dorv. 2. —7 *Visura* Colin. *Visuram....Ulyssem* ed. Grass.—8 Grut. XXII. ineditar. Suspic. 13. vult *sancta:* sed imitationem Ovidianam, Ep. 1. fin. ' Facta videbor anus,' eum refellere pronuntiat Burm. ' Si quis vitium latere censuerit, non adversabor: modo ne Waard. sequamur corrigentem, *casta:* [quod ingeniosum vocat Kuin. sed nihil contr. codd. mutaverit:] in quo ut illud bene habeat *casta remansit*, ita ' anus' habet magnam offensionem. Si quid mu-

NOTÆ

3 *Penelope*] De Penelopes amatoribus et procis, quos mira arte per viginti annos delusit, jam supra satis superque.

5 *Falsa Minerva*] Mentiendo se, lanificio et texturæ incumbentem, nondum telam absolvere potuisse. Namque a procis impetraverat Penelope, ne se cuiquam eorum nubere cogerent, donec telam, quam fuerat exorsa ad Laërtis funus cohonestandum, pertexuisset. Vid. Homer. XIX. Od. Hoc igitur in loco ' Minerva' sumitur pro lanificio, quia nempe Dea ista est lanificii et texturæ inventrix. Virg. VIII. Æn. ' Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.'

6 *Nocturno dolo*] Promiserat enim suis procis Penelope se tunc nupturam, cum telam, quam exorsa fuerat, perfecisset; cum autem id proci avide expectarent, ut eos Penelope deluderet, noctu retexebat quicquid telæ interdiu texuerat, et ita amatores

Nec non exanimum amplectens Briseis Achillem,
Candida vesana verberat ora manu.
Et dominum lavit mœrens captiva cruentum,
Appositum flavis in Simoënta vadis;

senex. Briseis etiam, complexa mortuum Achillem suum, formosam faciem furenti manu percutiebat; ac herum suum captiva illa, lugens fœde cruentatum, ablui

tand. velim *Illi exp. f. r. a.*' Lachm.—9 '*Exanimem* edd. omn. præter Broukh. Vulp. Gött. quod perinde est.' *Barth.* 'Omnes ante Broukh. *exanimem*. Hoccine an illud Romanæ aures prætulerint, non datur nobis judicare.' *Lachm.* *Exanimum* exhibent Barth. Burm. *exanimem* Lachm. *Chryseis* olim ab aliis lectum fuisse, ex Volsco patere statuit Burm.—11 *Morieus* Dresd. nunc Colb.—12 '*App. flaviis* omn. libr. lapsu haud difficulter erigendo, si *flavis* legas. Hanc elegantem [egregiam vocat Lachm.] emend. debes Heinsio, N. ad Claud. III. de R. P. 332. et ad Ov. III. Amor. 6. ubi tamen videtur præferre *Apposito Simoënte*; quæ et Guyeti mens fuit. Atqui priscæ venustatis erat 'in' cum accusandi casu jungere. Certe sine discrimine vel hunc vel auferendi casum ponebant.' *Broukh.* Vulp. quoque *flavis* correxit. 'Versus hic nothus videbatur Scaligero, sed ab omn. Mss. agnoscitur: et recte eum tuetur Gebhardus. Pro *flaviis*, quod olim codd. et pr. aliasque vetustiores edd. obsederat, et Passeratium defensorem habuit, nonnulli *fulvis*, sed pluribus suffragiis alii *flavis* prætulerunt, ut clare legitur in Dorv. 2. Sic Heins. ad II. Advers. 5. p. 241. et N. Prop. p. 686. ubi scribit Guyetum legisse *Apposito flavis in Simoënte*. *Flavis* etiam Markl. in suo cod. correxerat: neque aliter affert Barth. ad Stat. IX. Th. 375. Esse autem epitheton de fluviis ap. poëtas obvium, palam faciunt loca Veterum a Broukh. adducta. Neque etiam non blanditur conjectura Oudendorpii, qui ex *flaviis* emendand. existimabat *Phrygiis*: et f. cum ita conjecit, in animo habuit illud Virg. I. Æn. 628. *Propositum* Perr. v. c. [Dresd. Bon.] Neap. 2. Vaticanus, unus Colb. Heinsianus, meus 1. Gebaverus tamen in Dissert. Anthol. II. *fulvis* legend. contendit, cujus sententiam nimium f. laudarunt eruditi Lipsienses in Actis suis An. 1733. p. 382. Vid. Schraderi Anim-

NOTÆ

per multos annos vana spe lactati sunt; sed, postquam tandem per ancillam dolus ille detectus est, demum telam absolvit Penelope, Ulyssesque rediit e longinquis peregrinationibus, sicque fugati sunt ejus adventu Penelopes proci.

9 *Exanimum amplectens Briseis Achillem*] Briseis, quam, ut vidimus Elegia præcedenti, ardenter amavit Achilles, eundem, a Paride in templo Apollinis occisum, lacrymose et miseranter amoris pristini non oblita sepelivit. Illud autem pientissimum opus laudat Propertius, ut inde asperius Cynthiæ perfidiam insectetur.

11 *Dominum lavit mœrens captiva*] In amore fuit positum apud Antiquos, ut cadavera mortuorum, sive vulneribus occidissent, sive morte naturali functi fuissent, aqua ablnerentur ac deinde ungerentur. Virgilius etiam testis est, IX. Æn. 486. 'Nec te tua funera mater Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi.' Id. VI. Æn. 218. de funere Miseni: 'Pars calidos latices et aëna undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis et ungunt.'

12 *Simoënta vadis*] In Simoënte fl. seu in ripis Simoëntis. Est autem Simois fluvius, Trojæ vicinus, qui ex Ida monte profluens, et in Xanthum, cui commiscetur, currens, ad

Fœdavitque comas; et tanti corpus Achillei,
Maximaque in parva sustulit ossa manu;
Cum tibi nec Peleus aderat, nec cœrula mater,
Scyria nec viduo Deidamia toro.

admotum aquis fluminis Simoëntis, crinesque suos dilaniavit, corpusque tam magni Achillis et maxima ossa exigua manu collegit; cum tunc temporis neque Peleus pater *interesset, neque parens cærulea, neque Scyria Deidamia* tum *conjuge orbata.*

adv. ad Musæum 15. p. 269. *Appositum in Simoënta*, pro, Simoënte, exemplis similibus confirmat A. Schottus, 1. Nodor. Cic. 6.' *Burm. Flavis* exhibent B. B. B. L.—13 ' Passeratius dicit se in vetere lib. invenisse *Siccavitque comis:* [sic Colot. et Vat. 1.] quod calide arripit ac probat Gebh. firmatque loco Papin. IX. Th. Aptius nonnihil quam Passeratius. C. Barthius, Passeratio accedens, propter auctoritatem sui ipsius exemplaris, valde alioqui mirifici, (ita loquitur,) multo etiam longius extra orbitam procurrit, in enarratione loci Papiniani. Propius ad scopum ibat alius Papinii locus, ' Illius exili stridentem,' &c. Nec tamen vel ideo vulg. lect. damnare animus est, quam firmant octo libr. vett. et mos ipse lugendi priscus.' *Broukh. Siccavitque* habet etiam Ferrarii liber: quod præferend. pronuntiat Burm. sed esse glossema censet Kuin. *Fœd.* exhibent B. B. B. L. Ceterum *Achillei* vel *Achilli* dudum prætulisse viros eruditos monet Burm. *Achillei* Groning. optime exhibere pronuntiant B. B. *Achilli* Bon. Dresd. Vat. *Achillis* omnes fere codd. et vett. edd. ' *Achillei,*' ait Lachm. ' teste Broukh. membranæ Groning. Ex eisd. Livin. *Achilli* enotat. Hoc, in Neapolitano quoque aliisque lectum, prætuli. Ceterum, ne plura hic tentantes audias, leg. accuratissimum Huschk. in Ep. Crit. p. 15.' *Ut t.* Ayrm. *Tantum* in aliis legi testatur Volscus.—14 *Grandiaque* Guy. sine ulla necessitate, judicante Burm.—15 ' *Cum tibi* omn. libr. sensu claro, numero decente. Tamen Gebh. putat melius fore *Cum illi.* Utinam istiusmodi ingenia abstineant ungues suos a poëtis. Qui legebant *Quando ibi,* aliquanto tolerabilius peccabant.' *Broukh. Quem* Guarn. et ita velle *Quō* in Vossiano monet Burm. *Quando ibi* conj. Heins. quod et Guyeto, et Dousæ, et Schradero Emend. p. 128. placebat, et firmatur a Colot. Exc. ac Passeratii v. c. Id exhibent edd. Paris. cum Græv. —16 ' *Viro* fere Mss. sed *toro* est in Colbertt. quomodo recte Scaliger restituit, et firmavit Heins. in Ov. 1. A. A. 682.' *Broukh.* Id. sentit Barth. qui monet *toro* esse in Passer. Paris. *Viro* edd. vett. Damnat Burm. *Syria,* quod habent Regg. Leid. 2. Voss. 1. aliique; *Schyria* primus Burmanni, qui *toro* amplectitur cum Lachm. monente id in marg. lib. Scaligeri eund. Scal.

NOTÆ

Sigæum promontorium in Hellespontum exit.

15 *Peleus, nec cærula mater*] Propinquorum est officium funeris curatio; unde, cum non adesset Peleus Achillis pater, nec Thetis mater, neque conjux Deidamia, idem, quod præstare debuissent, præstitit Briseis amica. Thetis porro dicitur ' cærula mater,' quod nempe esset Nerei Dei marini et Doridis filia, eademque nympha marina; maris autem color est cæruleus.

16 *Scyria Deidamia*] Scyros insula est in Mari Ægæo; una ex iis, quæ Cyclades dicuntur: ubi regnavit Lycomedes, pater Deidamiæ, quæ inde dicitur Scyria et Scyrias, et quam Achilles vestitu fœmineo dissimulatus compressit, ex eaque Pyrrhum filium suscepit. Hanc apud patrem Lycomedem ad bellum Trojanum profecturus, in quo mortem obiit, Achilles reliquit.

Tunc igitur veris gaudebat Græcia natis:
  Tunc etiam felix inter et arma pudor.
At tu non una potuisti nocte vacare,
  Impia, non unum sola manere diem.
Quin etiam multo duxisti pocula risu;
  Forsitan et de me verba fuere mala.
Hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit.
  Di faciant, isto capta fruare viro!
Quæ mihi vota tuam propter suscepta salutem,
  Cum capite hoc Stygiæ jam poterentur aquæ,

Tum ergo Græcia lætabatur legitimis liberis; tum quoque beata fortunataque fuit *pudicitia* in ipsis *etiam armis. Sed tu, o perfida, nequivisti unica nocte sola dormire, neque* potuisti *carere viro* per *unicum* tantummodo *diem. Et, quod majus est, magna* cum *irrisione et nequitia calices ebibisti; fortassis etiam in me fuerunt maledicta et contumeliæ. Iste quoque* idem, *qui te antea deseruit,* a te desideratur *appetiturque*; sed *faxint Superi,* ut *decepta potiaris illo amatore.* An *ista mihi vota pro tua salute* et incolumitate *nuncupata* sunt, *cum jam Stygiæ undæ*

invenisse.—17 ' *Veris* Colbertt. Groning. *Castis* Regg. Borr. nostri duo, duo libri Gebhardi: sed illud potius videtur.' *Broukh.* ' *Castis* C. Com. Bon. Guarn. Dresd. Brix. *Veris,* quod est in edd. reliquis, jure prætulit Broukh.' *Barth.* ' *Castis* Leidd. Voss. 1. 3. mei, Dorv. Vat. 5. et pro varia lect. in Exc. Scal. nec aliter in priscis edd. sed glossam puto. *Veris* recte vindicavit Broukh. favetque etiam Neap. in quo *viris. Gratia* male Dorv. 1. et mox *infelix* Voss. 3.' *Burm.*—18 ' ' Et' valet, etiam: ut bis idem dixerit. Lubens equidem, si quis liber addiceret, legerim *T. igitur,* venusta repetitione: et Nasoni admodum familiari. Sed Noster aliarum est venerum: neque minus decore partes suas tuetur.' *Broukh.*—20 ' Gebh. ex Palatino mavult *vacare:* mihi secus videtur, nec mutant nostri quicquam.' *Id.*—21 ' In omn. membr. est *risu;* quod melius videtur. Etiam legitur in veterrimis edd. Inde, opinor, *luxu* concinnavit corrector aliquis; quod postea abiit in *luxu.*' Id. *Luxu* habere Venet. Aldd. cett. monet Barth. ' Minime contemnend. est lectio Perr. v. c. *duxistis.* Est enim elegans numeri huj. pluralis usus, licet ad unum instituatur sermo. *Risu* recte defendit Broukh. consentientibus plerisque Mss. et vetustiss. edd. licet *luxu* in aliis, et *luxu* prætulerint Guy. Heins. et ex codd. antiquis Passeratius.' *Burm.* ' Et Neap. habet *duxistis.* Altero hoc haud paulo elegantius est. Vid. quæ Heusinger. notavit in Præf. ad Cic. Off. p. XLVII.' *Lachm.*—23 *Sic e.* Borr. *Prior* Markl. *Ille* Palat. *Ante* Passeratius. *Relinquit* Gryph. 1. Basil.—24 ' *Dii* nostri libri cum Groning. et sic ubique in his ac similibus: erudite et ex usu prisco.' *Broukh.* Sic exhibent B. B. sed *Di* Burm. Lachm. qui post h. vs. ponit asteriscum.—25

NOTÆ

17 *Veris Græcia natis*] Se filiis legitimo conjugio natis fortunatam, non vero suppositis, nec nothis ac spuriis, ae jactabat Græcia. Virg. VIII. Æn. 301. ' Salve, vera Jovis proles, decus addite Divis.'

23 *Hic etiam petitur*] Illum etiam ultro appetis sequerisque, qui te fugit, a quo ipsa jam prius deserta es et prodita. His verbis extremæ videtur nequitiæ damnare Cynthiam, quæ libidine incensa viros potius peteret, quam peteretur.

25 *Quæ mihi vota*] Hisne precibus

Et lectum flentes circumstaremus amici!
Hic ubi tum, (pro Di!) perfida, quisve fuit?
Quid si longinquos retinerer miles ad Indos?
Aut mea si staret navis in Oceano? 30

istud tuum fere *caput haberent, et* cum nos *amici lugentes adessemus circa cubile* tuum? *Ubinam tunc iste, o Superi! vel qualis* ille *fuit, o infidelis* Cynthia? *Quid* vero faceres, *si militans apud Indos remotos immorari cogerer, vel mea navis in*

'*Nec m. nota* Groning. Sed non libet recedere a vulg. et sana lect. In literis enim initialibus plurimum sibi librarii licere voluerunt. Ea causa fuit cur *vota* mutarint in *nota*.' Broukh. '*Nec m.* Dresd. Brix. *Tuam fruar s.* Groning. *Tua* etiam Dresd. pro *tuam*.' Barth. *Hæc tibi* unus Colb. *Nec m.* Regg. Leid. 2. Dorv. 2. Burm. 1. priscæque edd. Vel orationis cohærentia postulare Kuinoell videtur *Quæ m.* '*Hæc* non habet quo referatur. Aut hic quoque aliquot versiculi exciderunt, aut latet vitium. Guy. et Heins. tentant *At m.* Burm. *Eu.* Vir doctus nuper dedit *Quæ:* suavissima quidem et summopere laudanda emend. Putem potius librarios suo more errasse *Hæc* pro *Et* scribendo.' *Lachm.*—26 'In uno Colb. *potarentur:* levi lapsu depravatum ex *poter.* quam veram lect. ex suis depromsit Passeratius, et ex alio libro Heius. ad Ov. XIII. M. Hunc l. corruperat Volscus: cum enim legeretur in priscis edd. *potar.* hæc notavit: 'Emenda, *peter.* Nondum migrarat e vita, sed in procinctu erat.' Non potest dici, quam flagitiose in hoc Poëta grassatus sit ignobilis iste literio.' *Broukh.* '*Peter.* Brix. Venet. *Poter.* Ed. pr.' *Barth.* '*Peter.* Groning. Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei. *Poter.* Perr. v. c. et Neapolitanus: quod Passeratio et Heinsio probatum. 'Poterer' æque ac 'potirer' Veteribus usitatum. F. tamen legend. *Cum caput h. Stygia j. premeretur aqua:* vel, quod malim, *Stygia jam veheretur aqua.*' Burm.—28 'Ita hactenus editum: sensum tamen desidero, licet explicent: Quis tibi periclitanti, præter me, affuit, lectoque assedit? quod ineptum esse præcedens versus clamat de amicis, lectum simul cum Propertio circumstantibus. Emendand. opinor, *fui?* Offendisse etiam Marklandum videtur recepta lect. quia conjecerat *Tunc ubi tunc, pro Di, perfidus iste fuit?* sed hæc a vulgatæ vestigiis nimium recedunt. *Hæc tibi tum* Perr. v. c. Colot. et Vat. 2. *Sic ubi tum* Borr. *Hic mihi ubi tum* Voss. 1. *Hic ubi proh Dii* Heinsian.' *Id.* 'Ast. p. 27. legit *Hæc u. nunc, p. D. p. an hoc merui?* Sed et hæc lect. ab antiqua nimis recedit. Neque astipulor Astio statuenti, initium et finem huj. vs. a librariis corruptum ac suppletum esse, veramque lect. obliteratam fuisse. Locus sanus, modo legatur *Quæ* vs. 25.' *Kuin.*—30 '*Aut medio st.* Heins. II. Advers. 5. p. 241. et Notis p. 687. *Naret* Guy. [et sic Boltius in Sylv. Crit. p. 75.] quod et ipse Heins. conjecerat ad Ov. VIII. M. 104. sed postea damnavit: et cujus aures non lædat

NOTÆ

ac votis Diis me obligavi, ut te e morbo liberarem, ut nunc alter tuis amoribus frueretur? Sic etiam Tibull. 1. 5. 'Ipse ego, cum tristi morbo defessa jaceres, Te dicor votis eripuisse meis. Omnia persolvi, fruitur nunc alter amore, Et precibus felix utitur ille meis.'

26 *Cum capite hoc Stygiæ aquæ*] Cum jam Orcus ac Stygis fl. aquæ tuum istud caput pæne in potestate haberent. Ita etiam Virgil. 'Stygioque caput damnaverat Orco.'

29 *Longinquos retinerer ad Indos*] Indi populi sunt Asiæ ad Oceanum Orientalem, et ad auroram longe positi, de quibus jam sup. sæpius.

Sed vobis facile est verba et componere fraudes:
  Hoc unum didicit fœmina semper opus.
Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
  Nec folia hyberno tam tremefacta Noto;
Quam cito fœminea non constat fœdus in ira,
  Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.
Nunc, quoniam ista tibi placuit sententia, cedam.
  Tela, precor, pueri, promite acuta magis;
Figite certantes, atque hanc mihi solvite vitam:
  Sanguis erit vobis maxima palma meus.

Oceano retineretur impedita? At vobis promtum est mendacia doloseque confingere; istud unicum opus mulier novit semper efficere. *Haud tam* leviter *Syrtes inconstanti ancipitique vento commutantur, neque frondes Noto procelloso commoventur, quam facile mulierum amor deperditur aut mutatur iracundia, seu gravis* et justa, *seu levis* adsit *causa. Jam* ego e vita *decedam, quandoquidem ista animo tuo voluntas sedit:* o *pueri, quæso, acutioribus* me *sagittis configite; certatim* me *confodite, istamque mihi lucem eripite. Cruor meus vobis erit amplissima victoria. Astra*

---

nuret navis? Defendi quidem id posset nonnihil ex El. 25. 24.' *Burm.*—31 *Fac. et* Heins. *Fletus* pro *fraudes* Palat. cod.—33 *Incertæ* Palat. 1. quod jubet Burmanno præferendum vel unus Sallustii locus, Ju. 80. ubi Syrtes describit: 'Ita facies locorum cum ventis simul mutatur.' Lachm. Veterum locis utrumque defendit, et *incerto* in textum admittit. *Mutatur f. Syrtis* Exc. Mod.—34 *Jam tr.* Palat. membr. et Loud.—38 '*Prom.* est in omn. membr. quomodo in suis quoque Scaliger, Livin. et Gebh. invenerant: recte. *Figite* primum comparuit in Aldd. unde non vane arbitror commentum esse Avantii, qui in ea officina multos scriptores bonos malo mangonio interpolavit.' *Broukh.* '*T. quidem* Palat. 2. C. Com. Dresd. *Fig.* transiit in reliq. edd. etiam Græv. Loud.' *Barth.* Numerat Burmannus Colin. Gryph. 5. Rouill. Id. *prom.* vindicat, quod exhibent B. B. B. L.—39 *S. curam* Heins. ex cod. Scaligeri, quod defendi posse, at hic se præferre *Vit.* declarat Burm. *Curam* et Bon. qui tamen in marg. *vit.* habet.—40 *Nobis m. p. meis* Brix.—

NOTÆ

33 *Incerto flamine Syrtes*] Syrtes duæ fuerunt in Mari Africano, magnitudine impares, pares natura; quæ in tempestate vadosæ sunt, et in quas, ubi mare magnum esse et ventis sævire cœpit, limum, arenamque, et saxa ingentia fluctus trahunt. De his jam sup. pluribus.

34 *Noto*] Notus ventus a meridie spirans, qui et Auster nuncupatur: dicitur 'hybernus,' quia procellas facit, effundit pluvias ac tempestates. Sic Tibull. 1. 1. 'Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.'

35 *Quam cito fœminea in ira*] Mobiles et inconstantes fœminarum animos comparat ventorum levitati, Syrtiumque ventis agitatarum mobilitati, quibus dicit potius esse fidendum, quam mulierum amori.

38 *Tela, pueri, promite*] Alloquitur Cupidines, quos plures esse significat, rogatque ut acutiores sagittas evibrent, ut sibi citius vita eripiatur.

Sidera sunt testes, et matutina pruina,
  Et furtim misero janua aperta mihi,
Te nihil in vita nobis acceptius unquam:
  Nunc quoque eris, quamvis sis inimica mihi.
Nec domina ulla meo ponet vestigia lecto.
  Solus ero, quoniam non licet esse tuo.
Atque utinam, si forte pios eduximus annos,
  Ille vir in medio fiat amore lapis!
Non ob regna magis diris cecidere sub armis
  Thebani, media non sine matre, duces;

ipsa *sunt testes, ac* illa *quæ mane cadit pruina, foresque mihi infelici clam ac tacito cardine reseratæ, nihil prorsus usquam te mihi carius ac jucundius* fuisse: sed et in posterum *etiam eris* cara, *quanquam es mihi infensa et iniqua. Neque ulla* alia *puella cubile meum attinget;* ego *cœlebs vivam, quandoquidem* mihi *non datur esse tuum. At, si forsan piam* hactenus *vitam duxi, precor,* ut faciant Dii, ut *iste* tuus *amator in medio amore vertatur in saxum. Thebani duces crudelioribus armis*

41 'Hæc quidem cum superioribus non sane nimis bene coëunt. Putamus et hæc quoque ad aliud Carmen pertinuisse. Vulpius enim hic, ut alibi, operam et oleum perdit cum sua explicatione.' *Lachm.* 'Hos vss. alieno loco positos vel singulare Carmen constituere censet Wakker. in Amœn. Liter. 12. p. 76. Separatam Elegiam, e quatuor tantum distichis constantem, fuisse vix opinor: sed non incommode adjici posse ad fin. El. 18. [nobis 17.] hnj. lib.' *Addend. ad fin. ed. Burm.* qui vult *sint.*—43 *Magis est ac.* Voss. 3. et superscript. *nihil est,* ut in Dorv. 2. a m. pr. In Burm. 2. *n. est ac.* et in marg. *magis est:* quomodo in Heinsian.—44 *Sic in.* Neapolitanus.—46 'Optima et certiss. est restitutio Heinsii, ad Ov. Ep. 14. 64. quem omnino videre debes, uti et istuc Addenda.' *Broukh. Tuo* exhibent B. B. B. Basil. Gött. *Tuum* Brix. Venet. Aldd. Colin. Mur. Vulp. quod commode potest defendi, ut pronuntiat Kuin. 'Recte scripti omn. *tuum.* Sed Heinsius elegantiæ studio talia non ferebat.' *Lachm.* Ceterum Bon. habet *ponat* in vs. 45.—47 *Tuos* pro *pios* Dresd. *Pios, Di, dux.* Heins. II. Advers. 5. p. 241. et N. Prop. p. 687. Id certe longe melius, statuente Burm. quam *eduximus,* quod conjecerat Franc.—48 'Guy. *agone,* pessime.' *Broukh.* Perperam correctum pronuntiat Burm. *Fiet* Burm. 1. Voss. 3. a m. sec.—49 'Hæc duo disticha et primum El. sequentis cum hac nostra copulantur in edd. pr. In Aldd. aliis, et variis codd. nova El. incipit verbis 'Sed tempus,' quod

NOTÆ

41 *Sidera sunt testes*] Testatur Poëta sidera, miseriarum suarum conscia, quæ ipsum sæpe viderunt jacentem ad fores Cynthiæ, ibique pernoctantem. Juv. S. 8. 149. 'Nocte quidem, sed luna videt, sed sidera testes Intendunt oculos.'

44 *Quamvis inimica mihi*] Propertius Cynthiæ suæ etiam inimicæ non potest inimicus esse; ut jam dixit 1. 8. 'Sed, quocumque modo de me perjura mereris, Sit Galatea tuæ non aliena viæ.' Itemque El. 18. ejusd. lib. 'Sed, qualiscumque es, resonant tibi, Cynthia, sylvæ.'

50 *Thebani duces*] Eteocles et Polynices, qui regni Thebani causa sese mutuis confodere vulneribus, præ-

Quam, mihi si media liceat pugnare puella,
Mortem ego non fugiam morte subire tua.

non occubuere cum matre sua intermedia, quam, si mihi concedatur decertare puellæ causa, mortem obire ego non recusabo nece tua.

admittend. recte opinatur Burm. cui duo illa disticha 'Non ob regna,' &c. usque ad 'morte subire tua' commode collocari posse videntur post vs. 28. El. 8. qui in Scaligeri, Broukh. et Burm. edd. est vs. 90. El. 2. In his ipsis edd. auctore Scaligero, seq. El. male incipit verbis 'Non ob regna,' &c.' *Kuin.* 'Alia lacuna. Nam neque in versum præc. desinere Carmen, neque hæc adjungi prioribus, neque ab his nova El. initium capere potest.' *Lachm.*—51 *Sed mihi si* Vat. 5.—52 *Mortem*, vel *Sortem . . mea*, vel *Mortem . . tuam* Heins. N. Prop. 687. et Advers. 5. p. 242. '*Fortem . . fugio* meus 1. *Fugio* etiam Borr. Heinsian.' *Burm.*

NOTÆ

sente matre Jocasta, quæ furorem filiorum cohibere frustra conabatur. Significat autem Propertius se mortem subire non recusare, dummodo rivalis secum moriatur, inspectante Cynthia, unaque pariter etiam commoriente, sicut interiit Jocasta cum filiis Eteocle et Polynice; quos cum vidisset mutuis vulneribus confossos occubuisse, seipsam gladio confecit, et 'venas perrupit anilles,' ut ait Stat. 11. Th.

ELEGIA X.

AD MUSAM.

Jam tempus lustrare aliis Helicona choreis,
Et campum Hæmonio jam dare tempus equo.

At nunc *tempus* est *Heliconem obire aliis choreis*, *nunc etiam tempus* est patentem *aperire campum equo Hæmonio. Nunc animus est* mihi *audaces ad*

1 'Non distinguitur hæc El. a præc. in plur. libr. v. c. Vat. Posth. Dresd. etiam Brix. ed. quæ hoc unicum distichon superiori El. subnectit. Deinde in omn. etiam libr. allatis et aliis quoque, inprimis Ed. pr. *Sed* legitur, non *Jam*, quod a Beroaldo profectum suspicatur Broukh. Neque vero quicquam vetat etiam a *Sed* novam incipere El.' *Barth.* 'Vulgatæ *Jam:* nimirum ut

NOTÆ

1 *Jam tempus*] Poëta, jam Cynthiæ suæ fraudes ac perfidiam, quæ rivalem admiserat, pertæsus, significat se velle scribendis amoribus Elegisque concinendis modum imponere; jamque tempus esse dicit res, a Cæsare Augusto præclare gestas, carmine heroico celebrandi.

Lustrare Helicona choreis] Helicon mons est Bœotiæ, Musis sacer; un-

Jam libet et fortes memorare ad prælia turmas,
Et Romana mei dicere castra ducis.

certamina copias acicsque celebrare, ac mei imperatoris Romana castra decantare.

commode inciperet nova El. quod merito correxit Scaliger: cui favent omnes membr. Male hic Scaligerum carpit Passeratius, tantum ut morem gerat libidini suæ obloquendi, ipse nihil afferens vel novi vel boni. *Sed* jam olim habuerunt pr. edd. quinimmo et ipse Volscus.' *Broukh.* *Sit* Heins. *Est* Burm. 2. nisi quod *Sed* in marg. ut in Perr. v. c. Exc. Scal. et Mod. ceterisque Mss. 'Qui vero novam ab hoc vs. El. inchoant, cum titulo *Ad Augustum*, ut etiam in Mss. nonnullis habetur, *Jam* ediderunt, ut Colinæus, Gryphius, Rouillius, aliique.' *Burm.* Hic incipit Lachm. Librum III. Vid. ejus rationes redditas in longiori nota ad Vitam Propertianam huic Ed. præfixam. Ceterum id. Lachm. asteriscos ponit in ipso limine huj. El. et hæc monet: 'Ab initio Carminis aliqua periisse, ipsa verba faciunt fidem.' —2 'Diversas Interpretum sententias in exponendo loci huj. sensu repudians, Broukhusius *Hæmonium equum* refert ad Achillem, equorum præstantissimorum dominum, et bellatorem eximium; ut innuat Poëta, se constituisse ad exemplum Iliados Homericæ grave epos condere. Sed hæc refutavit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. I. p. 432. qui *Hæmonium equum* vel pro præstantissimo, quales erant equi Thessali, cum Beroaldo exponit, vel potius *Hæmonium equum* huc a librariis invectum esse censet ex El. 8. 38. ideoque probat *Aonio equo*. Quod mihi etiam præferend. videtur. Ita enim corrigend. monuit Heins. N. ad Prop. p. 688. et II. Advers. 5. p. 242. vel *Mæonio equo*, adeoque legend. putavit *Campum Mæonio:* ut ad Homeri poësin epicam respexerit. Sed, licet 'Mæonius' dicatur Homerus, non tamen ideo *Mæonium equum* cum respectu ad ejus poësin dici posse existimaverim. Conferri cum his meretur Nemesiani locus Cyneg. 3. et seqq. ubi Barthius, hunc Propertii l. afferens, *Aonio equo* etiam exhibet, non indicans, unde lect. illam hauserit, quæ in nullis edd. antiquis comparet. Posset etiam legi *Heroo:* vel pro *Aonio* substitui *Ausonio:* quia ad laudes Augusti canendas se parat.' *Burm.* *Hæmon.* exhibent Græv. Vulp. Burm. Lachm. qui id Heinsium vere conjecisse arbitratur. *Æm.* B. B. Kuin.—3 Nova hic El. incipit in pr. edd. cum inscriptione *Ad Musam.*—4 'Ad h. vs. notaverat Markl. 'Satis familiariter, si ita scripsit Propertius de Augusto, quem alibi 'Deum Cæsarem' vocat. Unde suspicor hic quoque legend. *R. Dei*, licet Ovidius quidem eod. modo de Augusto loquatur, I. A. A. 202. 'Eoas Latio dux meus addat opes.'' Sed illud *meus* non tam familiaritatis indicium habet, quam judicii: Cujus virtuti maxime faveo et applaudo: quo sensu sæpe ap. alios.' *Burm.*

NOTÆ

de dicuntur ibi choreas celebrare. 'Lustrare' idem est ac, obire, circumire, ut venatores solent saltus indagine cingere et lustra ferarum; unde 'lustrare agros,' 'lustrare exercitum;' sicut et inf. El. 22. 'Nulla meis frustra lustrantur compita plantis.' Virg. Ecl. x. 'Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis.' 'Lustrare' idem est aliquando ac, purgare, expiare circumagendo; ut fiebat in sacris Ambarvalibus, de quibus vid. Tibullum nostrum, II. 1. et Cat. de R. R. 141.

2 *Hæmonio equo*] Hæmonius equus est Thessalus; Hæmonia enim dicta est etiam Thessalia. Alludit igitur ad equos Thessalos, qui laudatissimi fuerunt, vel ad bellum Philippense, quod Augustus in Thessalia gessit contra Brutum et Cassium, quod scribere se statuisse innuit Poëta.

4 *Romana mei castra ducis*] Augusti Cæsaris, cujus se partes secutum fu-

Quod si deficiant vires, audacia certe
  Laus erit: in magnis et voluisse, sat est.
Ætas prima canat Veneres, extrema tumultus.
  Bella canam, quando scripta puella mea est.
Nunc volo subducto gravior procedere vultu:
  Nunc aliam citharam me mea Musa docet.
Surge, anime, ex humili jam carmine. Sumite vires,
  Pierides: magni nunc erit oris opus.

Si vero *robur aut facultas desit, conatus profecto* mihi *gloria erit. In arduis etiam voluisse satis est. Juventus* mea *amores Veneremque celebret, provecta* vero ætas *bella* decantet. Nunc jam *bella scribam, quandoquidem mea Cynthia dicta est. Jam cupio contracta fronte et caperata severior incedere; jam mea Musa alteram me lyram edocet. Nunc*, o *anime* mi, *ex tenui stylo attolle te altius;* nunc, mei *versus, robur concipite;* o *Pierides, jam labor* vester *erit oris magni. Nunc*

—5 *Deficient* Dresd.—7 *Veteres* Groning. Damnat Burm.—8 *Quoniam sc.* Voss. 4. *Mihi est* ed. Leid.—9 '*Succedere* est in quibusd. libb. uti et *cultu*: perperam utrumque.' *Broukh.* '*Succ.* Dresd. Palat. membr. Brix. *Cultu* Vat. Posth. Perperam.' *Barth.* '*Succ.* Mentel. Borr. Regg. Colb. 2. et pr. aliæque edd. *Cultu* male Groning.' *Burm.*—10 *Namque al.* Palat. membr. unus Colb. Borr. Mentel. Voss. Burm. 2. *Jamque* 1.—11 'Melius sit *anime*: nec unquam aliter poëtæ Latini.' *Broukh.* '*Ex humili, jam carmina* Palat. membr. Dresd. et cod. Burmanni. Vid. ejus Lotich. I. 9. 8. Id. docet quoque *humilia* in Leid. 1. [quod non docet ad h. l.] et *carmina* 2. legi: et sic quoque ed. Paris. Passer. in qua etiam pentameter, sicut in ed. Livin. et Gebh. totum distich. sine interpunctionis nota legitur.' *Barth.* '*Surge, anime, ex humili: jam carmina sumite vires. Pierides;* ita distinguendum, et, viam monstrantibus codicum vestigiis, in ipso textu edend. censui: non ut Broukhusius, Scaligeri aliasque edd. secutus, [cum Barth.] dedit, *Surge anima ex humili jam carmine: sumite vires, Pierides: magni. Carmina* enim in Leid. 2. Regg. Vat. 2. Palatt. et melioribus edd. haberi notat Gebh. Certe sic clare in meo 1. et Harl. primisque edd. In nostro 2. distinguitur, ut in ed. Broukh. Eleganter autem *os magnum* opponitur *τῷ humili*: vid. Markl. ad Stat. Sylv. p. 229. qui tamen *humili jam carmine* conjungit. Sed *Surge anima ex humili* jam legisse videtur Claverius ad Claud. II. in Rufin. 333. et *carmina sumite vires* sua imitatione probasse Sannazarium patet ex ejus Lib. III. El. 1. 11. *Anime* præterea, pro *anima*, præstat cum Heinsio, Markl. et Bronkh. in curis secundis.' *Burm.* Cujus lect. verissimam vocat Lachm.—12 '*Erat* Groning. Optime.' *Broukh.* '*Erit* edd. vulgg. a Brix. ad Lond. et Leid.' *Barth.* '*Erit* cett. codd. et Leidd. tres Voss. Ask.

NOTÆ

isse El. 9. Lib. III. significat: 'Hoc mihi, Mæcenas, laudis concedis, et a te est Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.'

6 *In magnis et voluisse, sat est*] In arduis et difficilibus voluntas ipsa et conatus facti instar esse debet. Plin. in Epist. ad Vespasian. quæ est Præfatio seu Dedicatio Nat. Hist. ait: 'Itaque etiam non assecutis voluisse pulchrum et magnificum est.' Ov. ad Rufin. III. Pont. 4. 'Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas; Hac ego contentos auguror esse Deos.' Tibull. IV. ad Messalam Paneg. 7. 'Est nobis voluisse satis.'

12 *Pierides*] Dicuntur Musæ a Regione Pieria, sive a Monte Pierio, et

Jam negat Euphrates equitem post terga tueri
  Parthorum, et Crassos se tenuisse dolet.
India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho;
  Et domus intactæ te tremit Arabiæ.

Euphrates recusat aspicere equites post Parthorum terga, Crassosque dolet se retinuisse. Insuper etiam, o *Auguste, India victori tibi cervices præbet, gentesque Arabiæ,* hactenus nostris armis *intactæ, magnopere te reformidant. Si vero*

Dorvv. mei, ac pr. edd.' *Burm.* '*Erat* est falsum: nam in talibus indicat tempus jam pæne aut proxime elapsum. Sant. tentat *est*. Sed hæc formula aliter concipi solet.' *Lachm. Erat* exhibent B. B. *Erit* Burm. Lachm.—13 '*Equitem* habent octo libri, figura tam poëtis quam historicis valde familiari.' *Broukh. Barth.* Exhibent B. B. B. L. et constanter Mss. Regg. Borr. Groning. ceterique, et antiquæ edd. præter Scal. *Vereri* Heins.—14 *Tumuisse* Guarn. *Tim.* Voss. 3. a m. pr. Mentel. Burm. 1. *Metuisse* Voss. 1. Burm. 2. in marg. Passeratius legend. conj. *sustinuisse*. Heins. *sepelisse, necuisse, temerasse,* vel *Crassis se remisse. Tenuisse* procul dubio mendosum pronuntiat Burm.—15 *I. quis* Dresd. Exc. Scal. Leidd. tres Voss. Borr. Neap. Regg. Colbertt. Ask. Burmm. Dorvv. et pr. edd. Memorat Barthius Brix. *Indicus o* Vat. 2.—16 '*Intract.* Dorv. 1. *Intacta* Arabia, nondum subjugata. *Aramiæ* Heins. sed Arabia et India, licet valde dissitæ, non raro a poëtis junguntur. Ceterum *Arrabiæ*, cum prima producitur, duplici r scribendum, prolatis Propertii locis, contendit Nestor in Vocabul. p. 9. b. et

NOTÆ

vocantur Aoniæ, Heliconiæ et Heliconiades, Libethrides, Pimpleides, Pegasides, Thespiades, &c.

Magni oris] Quod nempe dicendi genus sublime depromat, et grandia eloquatur: ut 'os magnum' sit idem quod, magna dicendi facultas. Horat. I. S. 4. 'Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os Magna sonaturum.' Sic etiam Virg. III. G. 'Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.'

13 *Euphrates*] Fluvius ingens Asiæ, qui e Niphate monte Armeniæ ortus, longo tractu per Syriam, Mesopotamiam, et Babyloniam currens, Tigri conjunctus, immensa aquarum mole, duobus ostiis, in Mare seu Sinum Persicum exoneratur.

14 *Parthorum, et Crassos*] Parthi populi sunt Asiæ ab occasu Medis, ab aquilone Hyrcania, ab austro Persis et Carmanis vicini. Hi Crassos patrem et filium, qui Euphratem fl. transiverant, ut bellum ipsis inferrent, prælio devicerunt. Vid. Liv. Flor. et Plut. Refert porro Justin. XLII. sicut et Suet. in Aug. post confecta sopitaque bella civilia, cum Augustus in Syriam ad componendum Orientis statum venisset, metu belli cum Romanis perculsum, Phraaten Parthorum regem remisisse reddidisseque Augusto omnes captivos Romanos, signaque omnia militaria, quæ Crasso et Antonio ademta fuerant; filios nepotesque Phraatis eidem Augusto obsides fuisse datos. Unde et Horat. II. Ep. 'Et formidatam Parthis te principe Romam.'

15 *India*] Regio est Asiæ vastissima ad ultimum Orientem posita. Indos tunc primum Augusto legatos misisse ad amicitiam ipsius, populique Romani conciliandam, scribunt Flor. et Suet.

16 *Et domus Arabiæ*] Arabia regio est etiam Asiæ, inter Sinum Ara-

Et, siqua extremis tellus se subtrahit oris,
  Sentiet illa tuas postmodo capta manus.
Hæc ego castra sequar: vates tua castra canendo
  Magnus ero: servent hunc mihi fata diem.
Ut, caput in magnis ubi non est tangere signis,
  Ponitur hic imos ante corona pedes;

aliqua regio latet in *remotissimis terris, illa mox devicta brachium tuum* virtutemque tuam *experietur. Istas ego copias poëta sectabor, tuaque bella cantando illustris evadam. Fata mihi diem istum* felicem *concedant. Quemadmodum corollæ* tunc *ad pedes infimos* Deorum *ponuntur, quando in grandibus statuis et simulacris*

p. 156. b.' *Burm.*—17 ' An f. legend. *submovet?* Nisi potius hic sensus sit: Et si qua gens remotissima se armis tuis subducere, neque tibi se submittere tentabit, non diu post victas dabit manus, et potentiam tuam sentiet.' *Id.*—18 ' *Postmodo capta.* Palm. reponit ex lib. scripto *post mihi victa*, ut *mihi* redundet. Sed is lib. scriptus (nam et ego inspexi) habet *post mihi capta.* Non libet quicquam mutare. In nostris duobus est *Sentiat:* quod nec ipsum admittend.' *Broukh.* ' *Sentiat* Dresd. *Victa* Ald. 2. Mur. Basil. Gryph. cett.' *Barth.* ' *Sentiat* Mentel. Exc. Mod. Borr. Groning. Heinsian. Ask. Dorvv. meique, et pr. edd. Pro *capta*, quod constanter in iisd. habetur membranis, in aliis edd. *victa*, ut in Aldd. Rouill. Groterus autem, XVII. Suspic. inedit. 5. cum in membr. nonnullis pro *postmodo* invenisset *post mihi* (ut in Exc. Mod. habetur) legend. existimabat *post ibi:* sed *postmodo*, (pro, postea, quod carminis lex non admittit) Tibullo etiam, et præsertim Ovidio, allisque usitatissimum est.' *Burm.* ' Scripti omn. videntur *Sentiat* habere, quod teneo: nam utrumque probum est. *Sentiet* Vicent. Volsc. 1. *Sentiat* 2. et Ber. 1487.' *Lachm.*—19 ' *Hæc ego castra sequar vates* scripsisse Propertium dubito, qui sup. El. 7. 14. nunquam se castra sequi velle, nullumque e suo sanguine militem fore dixerat. Legend. itaque opinor *Hæc ego castra loquar vates: tua.* Vel hac potius distinctione, *Hæc ego castra loquar: vates tua.* Certe in Dorv. 1. et meo 2. distinguitur, *Hæc ego castra sequar: vates tua.*' Burm.—20 Pro *servent* Heins. *properent*, quod non displicet Burmanno.—21, 22 ' *Et cap.* Borr. et meus 1. J. Dousa in marg. ed. Rouill. conjecerat *cui non est t. signis, P. huic, &c. His* Scaliger, Heins. et Broukh. in ora ed. Colin. et sic Franc. ad ed. Scal. [improbante Passeratio]. *Hac* Regg. Leid. 2. Dorv. et Neap. [Vat. ap. Livin. Dresd.] *Hæc* Vat. 1. et Voss. Sed bene Passeratius *hic*, ut in Voss. 3. a m. pr. et ceteris, refert ad præce-

NOTÆ

bicum seu Mare Rubrum, Sinum Persicum et Syriam ad Oceanum Meridionalem posita. Arabes tentaturus, missus est ab Augusto cum exercitu Ælius Gallus, ut vel eos volentes sibi conciliaret, vel invitos subigeret; ut refert Strab. Geogr. VI. Hæc sunt ejus verba: ' Recens Romanorum expeditio, quæ nostro tempore, duce Ælio Gallo, in Arabiam facta est.'

21 *Ut, caput in magnis*] Elegans similitudo, cujus iste sensus est: Quomodo corona ponitur ad pedes statuarum, quarum capita attingere non licet propter altitudinem; ita nos exiguo viliorisque pretii thusculo sacrificamus; cumque non possimus assequi laudes Augusti heroico carmine, et grandi eloquio, nos humiles et egeni ipsi humile solummodo carmen offerimus.

Sic nos, nunc inopes laudis conscendere carmen,
Pauperibus sacris vilia thura damus.
Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes,
Sed modo Permessi flumine lavit Amor.

verticem attingere non licet; ita ego, cum non possim arduum et sublimem gloriæ versum attingere, exilibus humilibusque sacris offero parvi pretii thura. Neque enim adhuc mei versus Ascræos fontes noverunt; sed recens solum nec ita pridem Amor aqua Permessi abluit me.

dens *ubi*. Neque Dousæ conjecturam *cui non est* probo.' *Burm.*—23 ' Quid est *conscend. carm. laudis?* Mem. teste Passeratio, habebat *consc. culmen:* quod neque ipsum satis intelligo. Aut hæc sunt egregie corrupta, aut versus est nothus. Quod quo facilius credam, facit illud proxime insequens ' vilia thura.' Sane thuris mentio aperte clamat aliud aliquid, cui responderit, desiderari. In uno lib. erat *consc. currum;* quod nescio si nos ad veritatis cubile deducet, ut scribatur *contendere cursu.*' Bronkh. ' *In arcem* plac. Heinsio. Vulpius *l. consc. carmen* ad Propertii singularia pertinere judicat.' *Barth.* ' Locus corruptissimus, cui sanando parum auxilii ferunt codd. et edd. vetustæ. *Non inopes* in uno Colb. Dorv. 1. meoque. *Laudes* Voss. 8. *Carmen* vitiosum procul dubio, et sequuntur ' carmina.' Mem. *culmen:* probante Heinsio, f. ut responderet comparatio præcedentibus, ' Ut caput in magnis ubi non est tangere signis.' Sic etiam legebat Dousa F. Frut. et Gruterus XVII. Suspic. inedit. 10. productis Apuleii, Val. M. et Symmachi locis, in quibus *laudis culmen* etiam vindicat: et ita Ayrm. *In arcem* excogitaverat Palm. Videntur viris doctis hæc placuisse propter verbum *conscendere:* quo illecti *conscendere currum* divinare possemus, ut Marklando etiam in mentem venerat. Eld. suis ad me literis legebat *lautis ostendere cultum:* ut lauta sacra, seu taurus, pauperibus e thure sacrificiis opponantur. Alia medicina affecto huic l. succarrebat Oudendorpius, quem doctrinæ, et amicitiæ, dum in vivis esset, nomine libenter memoro. Ille enim restituend. censebat *tauris conscindere collum:* quam præclaram emendationem ex merito laudavi ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 37. Aptissima ergo oppositione Propertius dicit, suarum facultatum non esse taurum, locupletibus dignum sacrificium, sed thura, quæ pauperibus sacris conveniunt, pro felicitate Augusti, Diis se offerre, ut hæc passim opponuntur. Ad sensum Propertii egregie facit Tibull. IV. 1. 14. Ov. II. Tr. 75. et IV. ex P. 8. 39. Sed hæc sufficiant ad optimam emend. confirmand. Aliter Clercquius in Prodromo I. Observ. ad Lucan. p. 7. qui scripsisse Poëtam putabat *lauto contendere cultu.* Quia vero in cod. suo *villia thura* scriptum repererat Vlamingius, inde *villica,* i. e. rustica, legend. conjecerat: sed *vilia thura* minime solicitanda sunt.' *Burm.* Ast. p. 30. legebat *lauris tibi cingere crines.* Sed in Pindari Olymp. astipulatur Marklando *conscendere currum* legenti. Mits. p. 117. tuetur *consc. culmen. Consc. carmen* Kuinoeli genuina videtur: et hanc exhibent B. B. B. L.—24 ' *Tura* quidam libri. Scribi quoque sine aspiratione in vett. libb. ac præsertim Virgilio Carpensi testantur Pierius et Aldus nepos; et sequitur in illa sua præclara Virg. ed. Heinsius: neque optimus ille Horatii cod. unquam aliter. Contra stant Pontanus II. de Aspirat. Erythræus Ind. Virgil. in ' Thuriferis,' et magnus Voss. in Etymol.' *Bronkh. Tura* exhibent B. B. Lachm. Kuin. *Thura* Burm.—25 *Nondumque etiam* Venet.

NOTÆ

25 *Ascræos fontes*] Hippocrenen et Aganippen intelligit; significatque se nondum stylo et carmine heroico bene esse exercitatum, quo usus est Hesiodus poëta, qui fuit dictus Ascræus, ex urbe Ascra, ad Helliconis

1500. *Necdum* Colot. *Nondum* plerœque pr. edd. *Flumina* in Voss. Damnat Burm. cui h. vs. de mendo suspectus videtur, et placet reponere *rorant* pro *norunt*: s. *Ascrei irrorant*, quam elegantiorem fore oppositionem statuit.—26 *Permessei* Venet. 1500. *Parnasi* Bon. *Termessi* Dresd. *Permesi* Burm. 1. *Permensi* Dorv. 1. *Parnassi* unus Colb. *Me m. Permessi* Franc. *Et m. Permesi* affert Nestor in Vocab. p. 97. b.

NOTÆ

radices sita. De qua vid. Strab. IX. et Paus. in Bœoticis.

26 *Permessi flumine*] Permessus fluvius est, ex Helicone monte, et fonte Aganippe nascens, Musis et Apollini sacer. Strab. IX.

ELEGIA XI.

AD CYNTHIAM.

Scribant de te alii, vel sis ignota, licebit;
Laudet, qui sterili semina ponit humo.

O Cynthia, *te suis carminibus celebrent alii, aut quin sis* obscura et *incognita* per me *non stabit*. Te *canat* ille *qui* in *terra ingrata sementem facit*. *Habe mihi*

1, 2 'Sex ultimi hi vv. non magis ad hanc, quam aliam quamcumque Elegiam spectant, et panni sunt infeliciter hic assuti, unde in nonnullis codd. et pr. edd. constituunt separatum sex versuum Elegidion cum titulo *Ad Cynthiam*, vel fragmentum potius alterius Elegiæ huc male intrusum. F. pertinent ad El. præcedentem, ubi ex dolore admissi rivalis et sibi et Cynthiæ mortem denuntiat. Certe illa, *Scribant de te alii*, &c. indicare videntur, ut Cynthia novum poëtam quærat, et amatorem; cum ipse non profecturis bubus littora araret, prælato sibi rivali, adeoque Cynthiæ valedicat. Hoc vs. *ne sis* Mentel. aliique codd. quod placebat Heinsio. *Scribebant alii* Leidd. Voss. 1. et meus. Dein *Ludet* Voss. 4. Leidd. Ask. Dorvv. et pr. edd. *Laudet* Perr. v. c. Colot. Vat. 2. 5. cod. Scal. et Groning. cui lect. favent Mss. in quibus *Audet*, vacua relicta priore litera, ut in Borr. et meo 1.' *Burm.* 'Passeratius, ne occasionem vellicandi Scaligeri ullam prætermittat, defendere conatur vulg. *Ludet*. *Laudet* jam olim Ber. et agnoscunt alter Reg. alterque Colb. In uno nostro est *Audet*; ab eod. fonte, omissa, ut sæpe fit, litera initiali.' *Broukh.* '*Laudet* edd. fere omn. a Brix. usque ad Lond. et Leid. idque esset: Sumet inanem operam. *Ludes* Ed. Mur. *Ludit* vult Dousa F. *Ponat* Bon. qui et *Ludet* habebat.' *Barth.* 'Hi vss. quo pertineant, nec scio, nec scire laboro. Pro integro Carmine quidem nemo hæc accipiet, sensu quidem non carentia, sed lucem atque elegantiam a ceteris demum acceptura. Scaliger ead. qua cetera felicitate cum El. præc. consarcinavit.' *Lachm.* qui asteriscum ponit et ante et post hos sex vv. nec novam ex iis

NOTÆ

1 *Scribant de te alii*] Significat Poëta se nolle amplius Cynthiam Carminibus celebrare; unde fiet ut ipsa obscura et ignota remaneat; adeo ut etiam post mortem nulla supersit illius memoria.

Omnia, crede mihi, secum uno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies;
Et tua transibit contemnens ossa viator,
Nec dicet, Cinis hic docta puella fuit.

fidem, funestæ mortis ultima hora tecum omnes tuas egregias *dotes toro* tuo *eripiet; viatorque cineres tuos aspernatus* tui immemor *præteribit, neque dicet, Pulvis iste erudita fuit puella.*

confiat Elegiam. Ceterum *Laudet* est in Ber.—3 '*Secum* Groning. et Vat. Livineio inspectus: quam argutam lect. non insuper habend. puto.' *Broukh.* '*Tec.* edd. vulg. *Sec.* exhibent Vulp. Leid. Gött.' *Barth.* '*Tec.* Leidd. tres Voss. mei, Dorvv. et priscæ edd.' *Burm. Sec.* exhibent B. B. B. L.—6 'Fuisse a Poëtæ manu arbitror *Nec, Cinis his, dicet;* quales ap. Nasonem complures l. restituit Heins. Comtius id erat, quam ut placeret inficetis librariis.' *Broukh.* An id, sit Barth. fuerit necessarium, de eo vero dubitatur. Hanc conj. ne memorat quidem Burm. *Cinis hæc* edidit Græv. *Jacet* Voss. 3. 'Dresd. *cujus* (l. *cinis*) *hæc.* Neap. quoque *hæc,* sed a correctore. F. tamen hoc verum est. Ita et alii loquuntur, et hic suavius est, cum sequatur 'docta puella.'' *Lachm.*

NOTÆ

3 *Omnia munera*] Formam, corporisque elegantiam, et oris venustatem, ceterasque tum animi tum corporis dotes vocat 'munera,' quæ omnia simul una cum Cynthia sepeliendа dicit, nisi versibus apud posteros celebrentur.

ELEGIA XII.

DE AMORE.

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?

Quisquis fuit ille, qui Cupidinem infantem pictura expressit, nonne existimas

De Amore inscribitur in variis codd.—1 'J. Pricæus ad Apul. v. M. ita citat h. vs. errore memoriæ Propertio Tibullum commiscens: *Q. i. f. primus qui protulit enses.*' Broukh. '*Primus qui* Post. et Leid. 2. ap. Burm. ad Lotich. III. 29. 1. cum Brix. Nihil tamen mutat Burm. Jure, sensu postu-

NOTÆ

1 *Quicumque ille fuit*] Effert laudibus pictorem illum, qui primus puerum Cupidinem depinxit, quia nempe omnia affectionibus, quæ ex amore proveniunt, mirabili industria accommodaverit. Amor autem puer

Hic primum vidit, sine sensu vivere amantes,
Et levibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit et humano corde volare Deum;
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Nostraque non ullis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetra ex humero Gnosia utroque jacet;

istum manus mire industrias habuisse? Iste primus animadvertit amatores consilii rationisque expertem vitam ducere, ingentesque dotes egregias *indignis curis deperdi. Idem* etiam *non temere* ipsi *pennas celeres dedit, Divumque humano pectore volare finxit. Quia nempe agitamur reciprocis* et inconstantibus amoris *fluctibus, neque* usquam *ullis* in *regionibus ventus secundus nobis semper favet. Non frustra etiam* Cupidinis *manus armatur telis acuminatis, ac ex* ejus *dorso Gnosius corytus pendet;*

lante *puerum.*' Barth. '*Primus qui* Regg. alter Colb. Livinei codex, et pr. edd. quod probavi olim in N. ad T. I. Anthol. Lat. p. 183. *Puerum* tamen nunc non mutand. opinor.' *Burm.*—2 Auribus consulend. censet Burm. corrigendo *putes.*—3 '*Is* alter Colb. Guarn. Ald. 2. Mur. Livin. Passer. cett. *Primus* vult Burm. ad Lotich. III. 29. 1. citra necess. [et ita statuit Kuin.] *Amantem* Guarn.' *Barth.* '*Is* Dorvv. meus 2. Gryph. Rouill. *Hic* Borr. Vat. 1. meus 1. Venet. 2. aliæque primitus excusæ, Ald. 1. Colin. Scribi præstaret *primus.*' Burm. *S. lumine* Exc. Scal.—4 '*Cum* Heins. præstat *causis;* vel *multa,* ut in Dorv. 2.' *Burm.*—6 *Humana sorte* Heins. 'quod tamen,' ajunt Addend. ad fin. ed. Burm. 'melius expressum iri judicabat Eld. si legeretur *hum. hic ore.*' Nodell. in N. Crit. c. 2. Aviani Fabulis adj. p. 68. *haud vano.* Ast. qui probare non potest aut Eldikii conj. aut Nodellii, hæc profert p. 83.: 'Nisi malueris *hum. corde* explicare, non divino, levi itaque et inconstanti animo, legend. duxerim *immani c.* Potest tamen vulg. retineri propt. similem l. ap. Xen. Sympos. 8. 1. Ψυχῇ δὲ ἀνθρώπου ἰσουμένου ἔρωτος.'—8 *Illis* Palat. 1. *Nonnullis* Mentel. Voss. Dorv. 1. Burmm. Damnat Burm. *Non uno loco* cod. Livin. quod placet Gebhardo.—9 *Auratis* Bon. sed aurum huc nihil facere pronuntiat Barth.—10 '*Cnosia* Groning. Vicinæ sunt literæ, et mutant vicissim. *Sonat* in Aldina et quibusd. aliis pro *jacet;* quod defendi posse non nego. Sed, cum hic Cupido insidiator pingatur, prodendus utique sonante pharetra, satius est *jacet,* quod agnoscunt omn. lib. nobis inspecti.' *Broukh.* '*Sonat* Heinsio placet, N. Prop. qui et Advers. p. 262. *Nec....tacet* commendat. Broukh. et Vulp. bene defendunt *jacet.*' Barth. '*Sonat* Vat. 5. Voss. 3. Ald. 2. Rouill. sed in ceteris Mss. et vetustis edd. *jacet.* Heins. *quatit* conjecerat: quod si admitteretur, emendand. foret, *Et pharetram ex h.*

NOTÆ

dicitur pingi, quia nimirum, qui amat, non plus sapit quam puer; vel, ut ait Servius in Virg. I. Æn. 'Quia turpitudinis est stulta cupiditas, et quia imperfectus in amantibus sermo ratioque usus est, puer Amor pingitur.'

4 *Et levibus curis*] Notæ sunt amantium ineptiæ, quibus pereunt magna bona, ratio nimirum ipsa, fama, valetudo, fortunæ, libertas, tempus, &c. juxta illud Lucret. IV. 'Adde quod alterius sub nutu degitur ætas, Labitur interea res, et vadimonia fiunt, Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.'

10 *Pharetra ex humero Gnosia*] Cre-

Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,
  Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.
In me tela manent, manet et puerilis imago;
  Sed certe pennas perdidit ille suas;
Evolat, heu! nostro quoniam de pectore nunquam,
  Assiduusque meo sanguine bella gerit.
Quid tibi jucundum siccis habitare medullis?
  Si pudor est, alio trajice tela tua.

quandoquidem prius nos *percutit, quam* ipsum *inimicum aspiciamus, nemoque evadit sanus ex ipsius vulneribus. In me* ejus *sagittæ confixæ hærent, hæretque* etiam ejus *effigies infantilis; at sane ipse alas suas amisit, quandoquidem e meo pectore, heu, nunquam avolat, ac semper* mihi *adhærens meo cruore prælia* perpetuo *miscet. Quid te juvat,* o Cupido, in *arido exustoque corpore semper inhærere? Si* quid *te pudet, aliorum sagittas tuas transmitte. Præstat talibus venenis*

Gnosida u. quatit. Verum seqq. 'Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,' docent *sonantem pharetram*, aut quam ex humero utroque *quatit* Cupido, hic valde allenam; et, si quid mutand. esset, *tacet* potius ex *jacet* supponi debere, quam *sonat.*' Burm. *Sonat* glossema esse statuit Kuin.—11 '*Non c. hostes* Posth. Quis non videt locum communem e Propertio effictum? *Cauti q. c. illum* Heins.' *Barth. Non c.* Voss. 4. Livin. cod. *Cum c.* unus Colb. *Qua c.* Borr. Heinsian. *Hostes* Exc. Mod. 'Pro *tuti* Heins. *incauti* vel *cauti.* F. scripserat *tectum* vel *tacitum. Tecti* Franc.' *Burm.*—12 *S. erit* Voss. 1. Burm. 2. sed in cujus marg. *abit.*—14 *Hic* vel *Nunc* Heins. *Per te sed* Eld. in Specim. Susp. 7. p. 44. Sed hic, ait Burm. vulgatam servemus. *Pœnas* Mentel. Damnat Burm.—15 'Quid est *e de pectore? Als τὸ αἰνὸ*, respondet Passeratius. Nugæ. Neque enim me movet vel hic vel ille, longo annorum tractu seclusus a nitore sæculi Augustæi. Scriptum fuit *eu* aut *ei*, i. e. *heu* vel *hei.* Alterum Mureto placuit, alterum Lipsio. Noli audire Palmerii nec Gebhardi rancidas veneres. Hæ quidem fœtutinæ sunt olidorum verborum.' *Broukh.* 'E Vat. Posth. Palatt. C. Com. Bon. Brix. Venet. Aldd. cett. *Heu* Mur. reposuit primus. *Et* conj. Livin.' *Barth. Heu* exhibent B. B. B. L. *E* Borr. Leidd. tres Voss. Burmm. Dorv. et hanc tendere pronuntiat Burm. scripturam Ask. *eurō. E* Passeratius defendit, vel *ea* legit, quod non displicet Burmanno, qui rejicit *Avolat* Francii, et eum Lachm. damnat *e.*—17 *Quo* Heins. *Jucundi* conjecerat Markl. sed, quia in alteram lect. consentiunt codd. *jucundum* retinebat. *Juc. est* Guarn. Groning. C. Com. Borr. Voss. 1. 3. Dorvv. Burm. 2. et Neap. a m. sec. *Juc. et* a m. pr. et Palat. 1.—18 'Piget referre ineptias et librorum et correctorum. Solus Groning. sapit: in quo est, ne apice quidem mutato, *Si p. est, trahies t. t.* Pro *tua* substituit Pierius *puer*, ad Virg. x. Æn. 870. lectione nec bona nec necessaria. Codici Groning. accedit Borr. in quo *Si p. est, trahies t. t.*' Broukh. '*Puer est* Bon. Guarn. Brix. Venet. *Puer es* Ald. 2.

NOTÆ

tensis pharetra. Gnosia a Gnoso, urbe Cretæ regia, quia nempe Cretenses nobiles erant sagittarii. Pharetratum etiam Cupidinem Ovidius aliique poëtæ finxerunt.

17 *Quid tibi jucundum*] Similis est omnino ap. Ov. II. Amor. 9. ad Cupidinem expostulatio: 'Quid juvat in nudis hamata recondere tela Ossibus? ossa mihi nuda reliquit Amor. Tot

Intactos isto satius tentare veneno:
Non ego, sed tenuis vapulat umbra mei: 20
Quam si perdideris, quis erit, qui talia cantet?
Hæc mea Musa levis gloria magna tua est;
Quæ caput, et digitos, et lumina nigra puellæ,
Et canit, ut soleant molliter ire pedes.

amoris *expertes et sanos aggredi; ego* namque *non* percutior, *sed exilis umbra mea* solum *attingitur; quam si* semel *extinxeris, quisnam erit, qui hujusmodi* facta tua *canat?* O Cupido, *ingens decus tuum est, humilis* licet, *mea Musa, quæ caput, et manus, ac oculos nigrantes puellæ ludit, ac, quomodo leniter* ejus *plantæ consueverint procedere,* scribit.

Gryph. *Traice puella tuo* Palat. membr. *Traice puella loco* Dresd. *Traice duella* Lips. Ant. Lect. I. 29. æque dure. *Alio-puella loco* Palat. papyr. pro verbo vacuo spatio. *Si p. est alio trahice t. t.* Groning. Borr. quæ vera est lect. *Tuo* Brix. *Puer* Pierius citra necess.' *Barth.* ' *Si puer est* Regg. Colbertt. Mentel. Voss. 1. 8. unus Dorv. ut in pr. edd. Aldd. aliisque vetustioribus. *Si par est* Vat. 1. Nonnullis placebat *Si puer es,* ut in meo 1. Gryph. sed male. Recte *Si pudor est* ex aliis codd. prætulerunt VV. DD. quod in Ald. 1. Junt. Colin. et Rouill. legitur. F. etiam legi posset *Ni p. est. Traice puella tuo* Regg. Vat. 5. Leidd. Voss. 1. 8. unus Dorv. meus 2. et pr. edd. nisi quod *loco* Voss. 8. et Colb. a m. sec. ut in Leid. 1. Dorv. 2. meo 1. *Si pudor est,* vel *Si puer, hinc* v. c. Passeratli: vel *I puer hinc* ex aliis profert, quod non displicet. Perreius ascripserat in Pucc. codice legi *trajice bella tua,* et *tela loco* in alio Ms. invenerat. *Bella loco* Colot. duo Vat. *Bella toro* etiam in aliis. *Puella tua* Neap. Mentel. Nec *duella* nec *bella* hic admittenda sunt: neque Dorvillio placuit *duella* in Misc. Obs. Vol. III. p. 434. *Alio trajice tela tua* recte se habent, ut ex Groning. Broukhusius, neque aliter in Borr. *Tela puer* Voss. 4. quod favere posset Pierio. Recepta vero lect. *Si p. est, a. trajice t. tua* dudum probata fuit a Lud. Carrione ad Val. Fl. VII. 291. qui nullis codd. vett. subsidiis fultus sic restituit; quod fugisse Broukhusium miror.' *Burm.*—19 *Potius* C. Com. Guarn. Vat. 5. Voss. 1. 8. Dorv. 1. Burm. 2. Damnat Burm.—20 ' Legend. *umbra mei,* ex oppositione τοῦ ' ego.'' *Broukh.* ' *Mea* edd. vett. Brix. Venet. Aldd. Colin. cett. item Scal. et Græv.' *Barth.* qui *mei* exhibet. ' Male ex sua solius conj. *mei* edidit Broukh. Est enim imitatio Plauti in Persa, ' Nam umbra mea jam intus vapulat,' ut notavit Dousa IV. Expl. Plaut. 10.' *Burm. Mea* retinet Lachm.—21 *Perdiderit* Regg. Leid. 2. pr. edd. inter quas numerat Barthius Brix. Damnat Burm. Substituit Pucc. *prodideris. Quis est* Borr. Burm. 1. *Curet* Voss. 4.—22 ' *Nec m. M.* Palat. 1. Dresd. C. Com. Brix. Gebhardus hinc fingebat *Ne,* i. e. Nῆ, Profecto. *Est* in fine non reperitur in Palat. 1.' *Barth.* ' *Nec* Leid. 2. Groning. Regg. *Ne* Dorv. 2. Et sic in aliis Mss. unde Gebh. legebat *Næ.*' Burm.—23 ' Libri aut omn. aut plerique habent *Qui. Canat* Neap. Mentel. Guarn. cum quinque aliis. Haud paulo hoc altero elegantius est.' *Lachm.* qui utrumque exhibet. Heins.

NOTÆ

sine amore viri, tot sunt sine amore puellæ: Hinc tibi cum magna laude triumphus eat.'

21 *Quam si perdideris*] Si hanc meam umbram penitus interemeris, quis erit alius vates, qui tua facta laudat, puellarum formam et venustatem, crines et oculos nigrantes, quibus maxime decorantur, laudet?

legebat *Cui*. Pucc. corrigit *Quum*; Pocc. autem habet variantes lectt. *Qui* et in pentam. *canat*, vel etiam *Quum*. *Brachia longa* Voss. 3. Vat. 5. quod firmari posset, ait Burm. ex Ei. 2. 5.—24 *Canat* Perr. v. c. Borr. Voss. 1. Burmm. *Saltant* Dorv. 1. *Soleam* Leid. 2. Heins. N. Prop. p. 689. tentabat *Et cantat solitos*. Sed præferenda videtur, judicante Burmanno, altera Heinsii conj. qua II. Advers. 5. p. 252. legebat *Et canit in solea*. Pro vulg. facere posse censet Burm. Ov. II. Amor. 4. 23. Damnat idem *Cantat et ut soleant* Francii.

ELEGIA XIII.

AD CYNTHIAM.

Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit Amor.

Susa tot armis Achæmeniis non muniuntur, quot sagittis cor meum Cupido con-

1 'Hanc palmariam correct. debemus Volsco, laude sua nequaquam defraudando, cum codd. habeant *Etrusca sag*. Eam deinde ex Mirand. stabilivit Beroaldus, et merito Scaliger comprobavit. Salmasius Exerc. Plin. p. 371. ex Glossis vett. et Festo interpolato, reddit Propertio suam, ut ait, vocem, *scrauta sag*. ut *scrauta* sint thecæ calamorum. Portentum vero vocabuli *scrauta!* Ego istæ *scrauta* libens redonavero magistris scrautariis; iis videl. quos Lucilius 'scrutarios' appellabat; neque in carmine scribendo unquam usurpavero, donec quidem 'pharetræ' vox vel 'coryti' in mundo erit.' *Broukh*. '*Armatur*, vel *armantur*, item *hamantur etrusca* vel *hetr*. var. codd. al. edd. sec. Livin. *Itura* et *tota* sec. Vulp. Ego in meis nihil tale reperi.' *Barth*. '*Armantur Etrusca sag*. Mentel. Regg. Colbertt. Exc. Scal. et Mod. Borr. Vat. 2. Voss. Dorvv. et meus 2. *Armantur hetrusca* Leid. 2. Voss. 3. 4. et pr. edd. et ita ex suis codd. affert Nestor in Vocabul. p. 160. *Armatur Etrusca* Groning. Voss. 4. Ask. et Dorvv. Perreius ascripserat Pont. legisse *armatur Itura*, et sic in quibusd. Mss. haberi notat Passeratius, probante Guyeto, et Heinsio in Notis p. 689. Certe in Vat. 2. sic legitur, et latet in scriptura Exc. Mod. in quibus *tura*. Ituræi enim vel Ithyræi a sagittandi arte Veteribus valde laudantur. *Armantur Susa* Volsco recte ac-

NOTÆ

1 *Non tot Achæmeniis*] Significat Propertius se tot ictibus Amoris esse perculsum, adeoque graviter ab Cupidine esse oppugnatum, ut id sit in causa, cur relictis et spretis Elegis heroica Carmina bellaque sublimiori stylo non scribat. Deinde, rursus ad Cynthiam suam conversus, ipsi modum formamque funeris sui, postquam fato functus fuerit, præscribit.

Achæmeniis sagittis] Persicis telis. Achæmenes enim rex fuit olim Persarum ditissimus et potentissimus, a quo ceteri deinde reges ad Darium usque dicti sunt Achæmenidæ; unde Achæmenius idem est ac Persicus. Vid. Herod. in Clio. Horat. II. Od. 12. 'Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes.'

Susa] Civitas nobilissima, a qua

Hic me tam graciles vetuit contemnere Musas;
Jussit et Ascræum sic habitare nemus:
Non ut Pieriæ quercus mea verba sequantur, 5
Aut possim Ismaria ducere valle feras;

fixit. Ille prohibuit me tenues adeo Musas spernere, præcepitque lucos Ascræos incolere. Non ut Pieriæ quercus meas voces sectentur, vel quoam cantibus meis *allicere et delinire belluas feroces* in *valle Ismaria; verum potius ut meis carmini-*

ceptum retulit Broukhusius. Male enim Scaliger, qui Volsci Commentario nusquam usus est, primum conjecturæ huj. auctorem facit Beroaldum, eamque probat quidem, sed ita, ut dubitet, annon aliud mendum in portento, ut vocat, lectionis *Etrusca* lateat. *Susa* etiam tuetur A. Schottus II. Obs. 7. Confirmat hanc emend. Lucan. II. 49. *Achimeniis* Leid. 1. Voss. Dorv. mei, Neap. et Borr. Recte etiam *armantur Susa*, non *armatur*, ut in nonnullis Mss. Hinc f. Oudendorpio in mentem venerat, ut conjiceret hic scribend. esse *armant se Bactra:* quæ neutro plurali etiam dicuntur. Sed *Susa* longe præferenda videntur. Gebhardo autem libenter judicium suum remitto, qui ex C. Com. legebat *hamantur.*' Burm. ' Verissimam scripturam *Susa* Ber. 1487. dedit, et Volsc. 1488.' *Lachm.*—3 *Tum* et vs. 4. *hic* v. c. Passeratii. *Jam* Ayrm. *Meruit contingere* Voss. 3. *Minas* Venet. 1493.—4 ' *Hic* esse in quibusdam, ab aliis affirmari ait Gebh. qui et *sic* recte defendit contra amicum quendam, qui *secum* substituebat. Sane seqq. disticha requirunt *sic.*' Barth. *Ascræum jussit hic* legere Francium monet Burm. Jacobsius Animadv. in Eurip. p. 178. pro *tam grac.* corrigebat *Castalides*, et *hic* pro *sic.* Sed in Ep. ad Ast. præfixa hujus Obss. in Prop. p. XII. hanc conj. ipse rejecit: quod probat Kuin. Ceterum probavit *tam grac.* Santenius in Obss. ad Loca nonnulla Vett. Poët. Vid. Beck. Commentar. Soc. Philol. Lips. Vol. I. P. II. p. 161.—6 Scribend. jubet *Et* Burm.—7 ' Heins. volebat

NOTÆ

tota regio vicina dicta est Susiana, Persarum fuit regia, ut ex Lib. Esther. cap. 1. et ex Plut. in Crasso et Alexandro habetur. Strabo XV. refert Susa fuisse a Tithono, Memnonis patre, condita; Plinius vero VI. 28. huj. urbis originem tribuit Dario, Hystaspis filio.

3 *Tam graciles Musas*] Molles ac tenues propter Elegos, versus tenui gracilique stylo compositos.

4 *Ascræum nemus*] Ascra fuit vicus Bœotiæ, aspero in loco situs, Hesiodi natalibus illustris. Unde dictus est Ascræus. Hesiodum tamen alii in urbe Æolica, Cuma dicta, natum volunt; tantumque illum Ascræ, quo parentes ejus propter æs alienum vertere solum coacti migraverant, educatum. Ascræum porro nemus dicit Poëta stylum suum mollem, scribendique genus elegiacum, quo de rebus amatoriis et muliebribus agitur; vel quia, ut refert D. Chrysostomus, de heroidibus mulierumque virtutibus, mediocri tenore cedit Homero, qui de heroibus grandiori stylo ante scripsisset; vel quia, quanquam raro assurgit Hesiodus, datur tamen illi palma in illo medio genere dicendi, ut testatur Quintil. X. Inst. Or. 1.

5 *Pieriæ quercus*] Pierius mons est Thessaliæ, qui etiam aliquando dictus est Thraciæ, a quo dicta est Pieria regio, et Musæ Pierides. Alludit autem ad Orphei carmina, quibus olim dicitur arbores, feras, saxaque ipsa ad se traxisse. Ovidius: ' Car-

Sed magis ut nostro stupefiat Cynthia versu:
  Tunc ego sim Inachio notior arte Lino.
Non ego sum formæ tantum mirator honestæ,
  Nec siqua illustres fœmina jactat avos:
Me juvat in gremio doctæ legisse puellæ,
  Auribus et puris scripta probasse mea.
Hæc ubi contigerint, populi confusa valeto
  Fabula; nam domina judice tutus ero;

bus obstupescat Cynthia. Tum ego esse possum canendi *facultate clarior Lino Inachio. Non eum ego solum admirator ingenuæ et pulchræ figuræ; neque* tantum quæro *an aliqua puella majores* virtute *inclytos* habere se *glorietur. Delectat me in sinu eruditæ puellæ versus recitare,* ipsosque *sinceris* ejus *auriculis approbare. Quando hæc evenerint, plebis confusa fabula* opinioque *facessito; hera enim*

tepefiat: ante eum Passeratius p. 293. b. B. id quod primo aspectu arridet; nec tamen verum est.' *Broukh.* Nihil innovand. videtur Burmanno. *Stupescat* Regg. Borr. Vat. 5. Leidd. Burm. 1. edd. pr. inter quas Barth. numerat Brix.—8 ' Palm. ait se in vet. libro offendisse scriptum *ante*, idque probat: ut *ante Linus* sit, antiquus Linus. Apage tam fatuas delicias. *Arte* est in omn. membr. Ars Lini erat musica at poëtica.' *Broukh.* ' *Sum* est in vulgg. sec. Gebh. *Ante* Palmerii post Gebh. jure improbat Broukh.' *Barth. Ante* damnat et Burm. *Tum sim ego* Mentel. *Doctior* Voss. 4. a m. pr. sed superscript. *notior. Doct.* damnat Burm. *Apte* Dorv. 1.—9 *Sim* hic quoque in codd. ut vs. præc.—10 *Jactet* Mentel. Voss. 3. Burm. 1.—11 *Nos juvat* Vosa. 3. *Nam* Burm. 1. *Juvet* Regg. Groning. Leid. 2. Voss. 1. 4. Burm. 2. Palat. cod. et pr. edd. easque secutæ vetustiores. ' Membr. nostræ *juvet*. Rectius, quia sequitur ' Hæc ubi contigerint:' nempe quæ nondum contigerant.' *Lachm.*—12 ' In uno nostro' *dicta:* quod et in C. Com. ' Dicere' peculiariter poëtarum est.' *Broukh.* Sic Vosa. et Burm. 1. et id tueri aliquem posse ex IV. 1. 61. judicante Burm. qui tamen *scripta* præfert: et id exhibent B. B. B. L. Ceterum *pueri* Exc. Scal. Dorv. 2. *Pueris* Neap. Dresd. Regg. Colb. 2. Leidd. Aak. Voss. 4. Dorv. 1. et pr. edd. Sed hoc derivatum esse ex antiqua codicum scriptura *pureis* pro *puris* notat Scaliger, et recte, judicante Burm. *Tersis* Heins. sed *puris* defendunt Barth. Burm. cui sua imitatione id probasse videtur Lotichius IV. 1. 74.—13 Legend. opinatur Burm. *H. mihi contingant! pop.* vel cum Sant. *Hoc ubi contigerit.*—14 ' *Vindice* notaverat ad oram sui lib. Dousa P. Vid. quæ notavi ad IV. 11. 20.' *Broukh. Jud.* propter omn. codd. consensum non movet Burm. *Jam d. j. t. eo* Heins. *Jam* etiam Franc.—

NOTÆ

mine dum tali sylvas animosque ferarum Threicius vates et saxa sequentia traxit.'

6 *Ismaria valle*] Ismarus mons fuit Thraciæ, oppidumque ad montis radices; quibus in locis Orpheus canere solitus erat. Unde Virg. Ecl. VI. ' Nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus Orphea.'

8 *Inachio notior arte Lino*] Linus, poëta insignis et musicus excellens, fuit præceptor Orphei. Dicitur autem Inachius, quia apud Argos, ubi primus regnavit Inachus, natus est et educatus; unde etiam dictus est Argivus.

Quæ si forte bonas ad pacem verterit aures, 15
Possum inimicitias tunc ego ferre Jovis.

* * * *

Quandocumque igitur nostros mors claudet ocellos,
Accipe, quæ serves funeris acta mei.

mea *judice securus ero. Ipsa* vero *si forsan faciles et benignas aures adverterit ad concordiam, ego tunc Jovis* ipsius *iras queam sustinere. Cum ergo mors* mea *lumina occludet, audi quam mearum exequiarum legem observes. Tum funus meum*

15 ' Groning. *Quod...verteris*, ut ad Cynthiam dirigatur sermo. Neque aliter Regg. et unus Colb. [Vat. addit Barth.] sed præplacet vulgata.' *Broukh.* *Quod* Borr. Exc. Mod. Burm. 2. marg. et edd. pr. ceteræque vetustiores. *Quæ* Perr. v. c. Colot. Vat. 2. Mentel. Burm. 1.—16 *Possim ego* Heins. *Possim* Groning. *Possum* malit Burm. quia hæc affirmantis, illa rogantis sunt. *Nunc* Voss. 4. ' Quæ hinc sequuntur, satis incommode inhærent cum superioribus: et videri possunt huc esse tracta ex lib. III. Nam qua ratione de tribus libris loquitur, secundo dimidio nondum perfecto? Hæc El. e duabus non unius argumenti infeliciter coaluit. Nihil certius.' *Broukh.* ' Hæc cum superioribus incommode satis cohærere Broukhusio libens assentior: verum quem in l. opportuniorem migrare debeant, nunc subtilius anquirere supersedebo. Illud monere non gravabor: sedecim præcedd. versus si priori El. connectantur, nihil fere omnino, quod ad elegantiam Carminis desiderari queat.' *Hemst.* ad vs. prox. ' Recte quidem Broukh. animadvertit reliqua huj. El. cum superioribus male cohærere, ut infinita alia ap. Nostrum, hoc præsertim libro II. Sed, quod ejus rei causam hanc addat: ' nam qua ratione de tribus libris loquitur, secundo dimidio nondum confecto?' assentiri non possum. Respicit nempe vs. 25. Eand. difficultatem movet Scaliger, de tribus Propertii Carminum libris, quos nondum media parte absolverat, etiam intelligens: ut et Passeratius capiebat. Lipsius hunc l. tractans I. Var. Lect. 16. putat hic indicare Propertium, se revera tres tantum Elegiarum libros, quos amoribus dicavit, scripsisse, quartum vero disparis argumenti, in quem grandiora Carmina conjecit, ab illis separandum, et ' monobiblon' inscribendum; aliosque male titulum istum ad lib. I. retulisse. Sed tres illos libellos necesse non est ad tres Propertii ipsius Elegiarum libros referre, cum de paucis aliorum libellis, Callimachi, Mimnermi, Philetæ, vel similium poëtarum, assidua lectione a se evolutis et versatis, quosque manibus detriverat usus, exponi possint. Sic certe Vulpius ad Catull. I. 6. et in Commentario ad h. l. Eo etiam sensu hæc intellexisse videtur Lotichius, Elegia ad Jo. Sambucum; cum his conferenda, in qua similiter tenues tumuli optat honores, hunc Nostri locum procul dubio cogitans, III. 9. 15. et seqq. Mihi autem videntur hæc et reliqua huj. El. transferri posse in lib. III. et commode connecti cum fine El. 16. illius libri, cui subjuncta optime cohærebunt. Itaque tres libelli bene intelligi possent de tribus Propertii Elegiarum libris. F. etiam Elegia illa 16. libri III. si hæc ei assuantur, non male desinere posset in vs. 42. ' Non nihil ad verum,' &c. Sed hæc non nisi inter conjecturas incertas reponenda, quia opus esset cod. vetustissimo, longe integriore, quam unicus ille, ex quo reliqui omnes promanarunt, ad Carmina Propertii, divulsa et membris non apte cohærentia, suo l. et ordini restituenda.' *Burm.* ' Broukhusii dubitationi de mala cohærentia sententiarum satisfactum puto in Vita Chronol. A. U. 731.' *Barth.* quem vid. et Lachmannum disputantem de his ad p. 36. huj. Ed. Monet hic Lachmannus: ' Quæ sequuntur ' Possum inim.' &c. a superioribus separanda Hemst. Schrader. Jacobsius intellexere. Sed Hemst. Elegiam 3. secundæ [secundum calculos loquentis] continuari voluit, non recte: nec Jacobsio accesserim, octo postrema quarti

Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,
Nec tuba sit fati vana querela mei;
Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

non procedat longa cum serie *imaginum, neque* etiam *adsit buccina inanis querimonia mortis meæ: neque mihi tum columine eburneo torus apparetur, neque meum*

[sc. nobis huj. præsentis] Carminis disticha tanquam alterius Elegiæ fragmentum a ceteris separanti, cum nec sensu neque indole a prioribus differant:' et quartam Elegiam a seqq. orditur.—17 ' Heins. reponend. suadet *nox*, ad Ov. III. M. 502. quem l. videre debes.' *Broukh.* qui, cum illam conj. multis Veterum locis astruit, sic tandem dicit: ' Sequitur statim ap. Nostr. ' Nec sit in Attalico mors mea nixa toro;' unde liquet probam et veram esse correctionem.' *Nox* exhibent B. B. B. Gött. et cod. suo ascripserat Markl. ' Non omittenda sunt, quæ ad h. l. annotavit Hemst. ' Jam summopere mirari subit, usquam ab Heinsio discessisse Broukhusium. ' Quid, quæso, causæ,' dicit, ' cur *mors* mutandum videatur in *nox*? Immo sequitur statim ap. Nostr. ' Nec sit,' &c. unde liquet probam et veram esse Heinsii correctionem.'' Sed in utraque ed. Broukh. nihil omnino occurrit, ex quo colligi possit eum ab Heinsio hic discessisse, neque enim in ejus Notis leguntur illa verba, ' Quid, quæso, causæ cur *mors* mutandum videatur in *nox*?' quæ ultimis verbis ' unde liquet probam' et seqq. contraria essent. In tota enim annotatione Heinsianam correctionem probat et exemplis confirmat. [Hæc erroris, vir doctissime, origo est. Tu male intelligis ista Hemst. verba, ' Jam,' &c. usque ad ' Broukhusium.' Tu *dicit* falso exhibes: Hemst. enim non habet *dicit*, sed *dicet*, nec pungit ante *dicet*, sed sic revera loquitur: ' Quid, quæso, causæ dicet [sc. Broukhusius], cur *mors* mutand. videatur in *nox*? Immo, sequitur statim, [hæc a ' sequitur' usque ad ' correctionem,' causa sunt quam ' dicet' Broukhusius] ap. Nostr. ' Nec sit,' &c. unde liquet probam et veram esse Heinsii correctionem. Ea lex [respondet Hemsterhusius,] si statuatur, ut intra quintum sextumve vs. id. verbum recurrere non debeat, quantum adhuc Criticis laboris est exhauriendum?' Et statim sequuntur quæ jam citaturus es.] Addit Hemsterhusius: ' Sed plane retinend. *mors*, quod tanto suavius est, quia *mors* ap. poëtas non raro personam gerit.' Pro altera tamen lect. *nox* margini annotaverat locum Horatii I. C. 28. 15. et illic vidend. esse Torrent. et Cuningham. Animadv. in Horat. Bentl. p. 331.' *Burm.* Hemsterhusium laudat Kuin. et, ' Cum omn. codd.' ait, ' hanc lect. tueantur, vellem eam ipse in textum revocassem.' ' Hemsterhusii verba, posita in Addendis Santenii p. 939. cum non intellexisset, Burmannus commentum Heinsianum loco injuriæ occupato dejicere veritus est.' *Lachm.* Ab Hemst. in diversa abit Schrader. Emend. p. 126.—19 *Ne m.* scribend. jubet Burm. *Tum* Dorv. 2. et exhibet Lachm. *Nunc* Heinsian. *Tunc mea nec*, et mox *Tunc mihi nec fulc.* Franc. Totum vero hoc distichon desideratur in uno Colb.—21 *Tunc* Leidd. Voss. 3. 4. Dorv. 1. Burm. 2. *Meo*

NOTÆ

19 *Nec spatietur imagine pompa*] Non vult Propertius in funebri sua pompa adhiberi majorum suorum imagines, ritu Romanorum; apud quos funera gentilia comitabatur lente et graviter procedens non solum totius familiæ defuncti cœtus, sed etiam longa series imaginum ex ordine singulis suis loculis seu armariis dispositarum.

20 *Nec tuba sit fati*] In potentiorum funeribus, non autem plebeio-

Desit odoriferis ordo mihi lancibus; adsint
Plebeii parvæ funeris exequiæ.

cadaver in Attalico lecto expenatur: non mihi fercula odorifera ordine ferantur; sed solum sit meum *funus exiguum, ut mortui plebeii. Satis equidem numerosa*

tunc 1. ‘ *Ferutro* Voss. 3. et Exc. Scal. qui illud probabat, ‘ quia,’ ut ait, ‘ lecti mortuorum non habebant fulcra.’ Sed, quia tori mortuales et convivales iid. erant et ejusd. formæ, fulcra certe habuerunt.’ *Burm.*—22 ‘ *Missa* C. Com. *Visa* Dresd. *Nec sint A. corpora* Heins. contra idiotismum Propertii.’ *Barth.* ‘ *Visa* Mentel. unus Colb. Heinsian. h. e. *nisa*, ut sæpe in codd. sed minus antiquis, pro, *nixa*. *Nec sic in* affert Christoph. Landin. ad Horat. 1. Od. 1. 12. vitio typi, ut puto, vel pro *Nec sic Att.* Heins. N. p. 689. legebat *Nec sint A. corpora*, et ita Ayrm. tanquam primus ita conjecisset. Sed vulg. bene se habet.’ *Burm.*—23, 24 *Adsit* Venet. ‘ Valde inconcinne eod. in versu *Desit* et *adsint* cumulantur. In Leid. 2. Dorv. et meo 1. *Ne sit:* unde *Nec sit* corrigi potest, ut in antecedd. vel in fine versus legend. cum Heinsio *at sint*, quod præplacet. *Obsequiæ* præter Groning. s. Exc. Mod. etiam in duobus Livineii leguntur: quod palato Palmerii sapuit, sed a Broukhusio recte explodituv, et jam ante a Passeratio.’ *Burm.* ‘ *Desit....adsint:* quis hæc in uno eodemque vs. conjuncta ferat? quanquam Virgilius *absint* et *adsint* ita posuit, sed sex vss. interjectis, G. IV. 18. 19. Vere Heins. *at sint*.’ Lachm.

NOTÆ

rum, adhibebatur tuba, quæ querulam quiddam et triste sonitu referre videbatur. Ut jam vidimus El. VII. ‘ Tibia funesta tristior illa tuba.’

22 *Attalico toro*] Lecto funebri ornato aulæis et peristromatis, quæ dicebantur Attalica, quia Attalus, rex Pergami ditissimus, vestibus et aulæis aurum intexere primus dicitur excogitasse.

23 *Odoriferis lancibus*] Lances hoc in loco sunt, vasa rebus divinis et sacrificiis apta. Virg. XII. Æn. ‘ Cumulatque oneratis lancibus aras.’ Unguenta porro funeribus adhibita fuisse apud Romanos testantur quotquot fere sunt Latini scriptores. Non solum autem mortuorum corpora ungebantur; sed etiam odores acervatim in rogum, dum cadavera cremarentur, conjiciebantur. Plin. XII. 18. loquens de Arabia: ‘ Beatam illam,’ ait, ‘ fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis. Periti rerum asseverant non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero Princeps novissimo Poppææ suæ die concremaverit. Æstimentur postea toto orbe singulis annis tot funera unguentaque acervatim congesta honori cadaverum, quæ Diis per singulas micas dantur.’ Virg. VI. Æn. ‘ Congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.’ Juv. 8. IV. ad hæc alludens: ‘ Et matutino sudans Crispinus amomo, Quantum vix redolent duo funera.’ Odores etiam et unguenta fuisse cineribus et sepulcris, postquam cremata fuissent corpora mortuorum, affusa testatur noster Propertius III. El. 16. ‘ Afferet hue unguenta mihi, sertisque sepulcrum Ornabit custos ad mea busta sedens.’

24 *Parvæ funeris exequiæ*] Plebeiorum seu tenuiorum hominum funera minori curabantur impensa, idque per vespillones, qui vespertino tempore mortuos efferebant, quorum funebris pompa propter inopiam duci non poterat.

Sat mea, sat magna est, si tres sint pompa libelli,
  Quos ego Persephonæ maxima dona feram.
Tu vero nudum pectus lacerata sequeris;
  Nec fueris nomen lassa vocare meum.
Osculaque in gelidis ponas suprema labellis,
  Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.
Deinde, ubi suppositus cinerem me fecerit ardor,
  Accipiat manes parvula testa meos:

erit mea pompa, si tres mei tantum *libri adsint, quos ipse Persephonæ* tanquam *maxima munera offeram. Tu porro,* o Cynthia, *nudatum pectus tundens* funus *prosequaris, neque defessa fueris nomen meum inclamare:* tu *quoque* mihi *dabis ultima oscula in frigidis labris, quando onyx repletus unguento Syrio effundetur* in rogum. *Tum, postquam subjectus ignis in pulverem me redegerit, meos cineres*

—25 ' *Sat sit magna mei* a Ber. est. In omn. libr. legitur *Sat mea sit mag.* unde alii fecerunt *Sat mea sat mag. est:* recte. Beroaldus hic de perfectione mystica numeri ternarii philosophatur. Gerræ. Mihi certum est avulsa hæc esse et truncata ex libro tertio.' *Broukh.* ' *Sat mea sat magna si* unus papyr. Broukh. *Sat sit magna mei si* Beroaldus refinxit; unde in pler. edd. irrepserat. Grass. tamen ed. *Sat sit mihi magna mei si.*' Barth. *Sat mea sit magna si* Regg. Colbertt. Exc. Scal. Borr. Neap. Groning. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et pr. edd. Sed lect. a Gebh. et B. B. B. L. receptam confirmant Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. Heinsius ed. Aldinæ ascripserat legend. *Sat sint magna mei, si tres sint, p. l.* In N. vero Prop. p. 689. conjecerat *Magna satis duo tresve mei sint pompa libelli,* ex quo patet, ut censet Burm. ei etiam obstitisse ' tres libellos ' in media libri II. Elegiarum parte memoratos. Pucc. in marg. exemplaris legend. conjiciebat *Sat sit magna mei si.* ' Palat. 1. *Sat mea sat magna si.* Vulgarem script. factio Italica agnoscit. Vera tamen hæc est et certissima.' *Lachm.*—26 *Persephone* Dresd. —27 *Nondum* Bon. Brix. *Sequaris* cod. Livin. Palatt. C. Com. Voss. 4. Dorvv. Burm. 1. *Sequare* edidere Broukh. Scal. Burm. quod ipsam metricam artem respuere pronuntiat Lachm. *Sequeris* Borr. Groning. Regg. Mentel. Neap. edd. pr. quod exhibent Barth. Lachm.—28 *L. clamare* Voss. 4.—29 ' Ex filo sermonis apparet legi debere *ponas.*' Broukh. ' *Pones* Vulp. cum vulgg.' *Barth. Pones* Borr. Groning. Regg, Mentel. et pr. edd. ' quod licet,' ut censet Burm. ' tenue sit, tamen præferend. videtur.' *Ponas* exhibent B. B. B. at *pones* Lachm. ' quod,' ait, ' quantum præstet, Burmannus docuit.'—32 ' *Cineres* Franc. quod nollem. Invenusta repetitio est *cinerem*

NOTÆ

26 *Persephonæ*] Proserpina seu Persephona et Hecate Inferorum Dea est, quæ etiam dicitur in Cœlo Luna, in terris Diana, Trivia, &c. Huic sese significat Libros suos amatorios oblaturum Propertius.

29 *Osculaque*] Apud Veteres in more positum fuisse non solum morientes osculari, sed etiam jamjam mortuis et sepultis suavia osculaque figere, testatur etiam Tibullus noster I. 1. 61. ' Flebis, et arsuro positum me, Delia, lecto, Tristibus et lacrymis oscula mixta dabis.' Ov. IV. F. ' Osculaque applicuit posito supremo feretro.'

30 *Syrio munere plenus onyx*] Onyx vas unguentarium, ex onyche lapide confectum, de quo in nostris ad Catullum Annotationibus ad illud Carm.

Et sit in exiguo laurus superaddita busto,
  Quæ tegat extincti funeris umbra locum.
Et duo sint versus: Qui nunc jacet horrida pulvis,
  Unius hic quondam servus Amoris erat.
Nec minus hæc nostri notescet fama sepulcri,
  Quam fuerant Phthii busta cruenta viri.

contegat urnula testea; addaturque insuper meo *sepulcro laurus, quæ locum obumbret* mei *monumenti: scribantur quoque duo* hi *versiculi: Ille, qui modo putidus cinis* hoc in loco *situs est, unius olim Amoris minister fuit. Neque minus ista mei tumuli illustris erit gloria, quam fuit ducis Phthii sepulcrum cruore respersum. Tu*

me fecerit, et *Accipiat cineres*. Neque favet Modii, s. Groning. allorumque codd. lectio, in quibus *cineres me fecerit*. Hac enim in re *cinerem* numero singulari semper præferunt poëtæ.' *Burm.*—33 *Et stet* Heins. quod ingratiorem auribus sonum reddere censet Burm.—34 ' *Extincto f. u. domum* pro *locum* conj. Heins.' *Burm.*—35 ' *Horrida* in omn. nostris libr. inque iis quos Passeratius, Lips. Livin. ac Gebh. inspexerunt: neque aliter edd. principes. Et sic quoque Charisius, quem G. Fabricius edidit, L. 1. Veteres passim fœminine extulerunt. *Arida* habent Exc. codicis Borr. Sed vincat numerus aliter scribentium: nam *arida* videtur factum ex *orrida*, abjecta aspiratione.' *Broukh.* ' *Arida* Ed. pr. Aldd. cett. *Horr.* Vat. Posth. Palatt. C. Com. Dresd. cett.' *Barth.* ' *Arida* legebat Menagius ad J. Cassæ Poëm. Ital. p. 26. et sic Guyetus, improbante Heins. in Notis p. 689. *Horr.* certe mei tuentur codd. cum pr. edd.' *Burm.*—36 ' *Hac* Leid. 1. *Hac condam* Mentel. F. *ah quondam*. In marg. mei 2. *hic etiam*.' Id. *Hic etiam* Palat. membr.—37, 38 ' *Non* Guarn. *Hoc* Vat. *Nat' esset* pro *nota esset* scriptum suspicatur Passeratius, quam ob causam non video. Nam *notescet* probum est.' *Barth.* ' *Non m. hoc tristi* Groning. Legend. omnino *Non m. hinc nostri. Non m.* est ex Voss. 3. Dorv. 1. et mei utriusque auctoritate, *hinc* ex conjectura. *Notescet* id. ac, nota erit; quod codicis sui margini alleverat Marklandus. Unde insolentior hæc locutio Passeratium impulit, ut pro *notescet* conjiceret

NOTÆ

de Coma Berenices: ' Quam jucunda mihi munera libet onyx.' Syrium porro munus est odorum unguentorumque cumulus e Syria advectus.

32 *Parvula testa*] Urna fictilis et exigua, quia ossa in cineres redacta et minuta facile minori vase tegebantur. Ov. III. Tr. 3. ' Ossa tamen facito parva referantur in urna.' Itemque: ' Vix manet e toto, parva quod urna capit.'

33 *Laurus superaddita busto*] Quæ tumulo immineat, locumque umbra sua opacet. Laurus enim Phœbo poëtisque sacra erat. Et, sicut alii sibi obeliscos, pyramides, arcus, et alia sepulcralia ædificia erigi curabant, Propertius laurum solummodo sibi poni cupit, quæ significet poëtam eodem in loco jacere.

36 *Unius servus Amoris*] Uni tantum puellæ addictus ac mancipatus fuit. Amor autem dicitur servitium, quia inimicus est libertatis; unde et dominas suas vocant puellas amicas amatores. Ut noster Poëta I. 5. ' Tum grave servitium nostræ cogere puellæ Discere.' Uni porro Cynthiæ se fuisse addictum profitetur Propert. ut sup. vidimus: ' Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.'

38 *Phthii busta cruenta viri*] ' Phthi-

Tu quoque, siquando venies ad fata, (memento
Hoc iter!) ad lapides, cara, veni memores. 40

etiam, cum semel ad mortem pervenies, recordare hujus viæ, ac tunc *anus ad* meum

nota esset. Sed similem loquendi modum vid. etiam El. 20. 17. *Notescat* Dorv. 2. et meus 1. Sed vulg. est ap. Nestorem in Vocabul. in 'Notesco' p. 166. b. ubi etiam *Nec minus hæc*. Pro *Phthii* vitiose *Pythii* in uno Colb. Leid. 1. Ask. et Dorv. 1. At *psithii* Borr. *Phithii* Regg. Leid. 2. Voss. 1. 3. et Dorv. 2. *Scythici* Heinsian.' *Burm.* Dresd. habet *pythii*.—39 *Venias* Bon. *Ad sacra* marg. Voss. 4. Sed *ad fata* ponit, ait Burm. pro, ad sepulcra mea. —40 '*Hoc itere ad l. c. venire meos*: hæc est Scaligeri lect. [et ipsius Broukh. et Burm.] Membranæ habent *H. iter ad l. c. veni memores*: quod non satis dilucide exponunt, qui sequuntur, Passeratius et Behotius III. Apoph. 4. Antiqui dicebant 'itiner, itineris,' 'iter, iteris.'' *Broukh.* *Cauta* codex Livin. Pro *lap.* Eld. volebat *manes*. Regg. Colbertt. Leidd. tres Voss. Dorvv. mei, ceterique omnes fere Mss. et in primis easque secutis vetustiorib. edd. sed primus Scaliger ita emendavit, ut edidit Broukh. Sed, quia loca Veterum, quæ affert Nonius, ex Accio, Turpilio, Nævio, deducta sunt, antiquato illo casu *itere* usum fuisse Propertium, vel alium quemcumque ævi Augustei poëtam, dubito; et alia præter hoc vulnera versui h. insident. Illud enim *itere*, et *cana*, et repetitio verbi *venire* quem non offendant? Munckerus in N. ad Hygin. Fab. 88. præfert *H. iter ad l. c. venire meos:* [quod exhibet ed. Leid.] intactam relinquens vitiosam procul dubio scripturam *cana*, et repetitum *venire* post præcedens 'venies.' Dudum conjeci *ad lapides, cara, venire meos*. *Cara* etiam Heinsio placebat, qui tentabat *H. iter: ac lapides, cara, subire meos:* vel *Huc ferri, ac lapides, &c.* Hoc tamen modo locum corruptissimum esse persanatum vix credo; et mendum hærere arbitror in *Hoc iter*. Quodnam enim *Hoc iter* innuit? neque *subire* placet pro iterato *venire*. Principio versus literam initialem H in M mutandam opinor, quam a librariis vacuam plerumque relictam nemo nescit, unde fit *Moc iter*, ideoque liberiore conjectura restituend. hariolabar *Molliter ad lapides, cara, redire meos*. Frequenter adire solebant sepulcra eorum, quos in vita caros habuerant. Vid. Salmas. ad Capitolin. M. Aur. Antonin. 3. p. 298. ubi *Hoc itere* etiam affert. Certe *Molliter* propius accedit ad *Hoc iter*, quam Heinsii *Huc ferri*. In hac etiam sede ulcus latere subolnisse Ayrmanno video, qui conjecerat *Comiter ad lap.' &c.* Burm. *Cara* defendit Kuin. Astius p. 87. legi f. posse putat *Heu sero! ad lapides, cara, redire*. Posses tamen, ait, vulg. retinere lect. *venire:* et tandem dicit: 'Elegantem conjecturam Jacobsio debeo, *Ociter ad lapides, cara, venire*.' Waard. conj. *Hoc ritu ad lapides, cara, ven.* Huschkium Anal. Crit. p. 129. merito tueri *cana* pronuntiat Lachm. qui, Alia distinctione inducta, ait, sententia sua his vv. constabit, *ad fata, (memento,) Hoc iter ad lapides cana veni m.* quod defendit et exhibet.—

NOTÆ

us vir' dicitur] Achilles, quia ipsi Phthia patria fuit. Horat. IV. Od. 6. 'Et Trojæ prope victor altæ Phthius Achilles.' Dicitur porro tumulus Achillis 'cruentus,' utpote qui fuit Polyxenæ ad eundem mactatæ sanguine respersus. Catull. in Nupt. Pelei et Thetidis: 'Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra.'

39 *Quando venies ad fata*] Quo omnibus veniendum est; nullus enim, qui semel vitam est ingressus, mortem evitabit.

40 *Ad lapides memores*] Ad monumentum meum tui non oblitum; semper enim manes mei tui recordabuntur, ut I. 19. 'Non adeo levitor nostris puer hæsit ocellis, Ut meus oblito pulvis amore vacet.' Vel 'lapides memores' tumulus dicitur, quia

Interea cave, sis nos aspernata sepultos.
Nonnihil ad verum conscia terra sapit.
* * * * *
Atque utinam primis animam me ponere cunis
Jussisset quævis de tribus una soror.
Nam quo tam dubiæ servetur spiritus horæ? 45
Nestoris est visus post tria sæcla cinis.
Si tam longævæ minuisset fata senectæ
Gallicus Iliacis miles in aggeribus,

tumulum tui *non oblitum accede. Interim vide*, ne *nos mortuos contemnas aut derideas; humus* enim ipsa manes *continens intelligit* etiam id quod *justum* est. O quam *vellem*, ut *aliqua de tribus sororibus animum me reddere coëgisset* in *primis cunabulis. Quorsum enim vita horæ adeo incertæ retineatur? Post trecentos annos Nestoris* etiam *conspectum est funus. Si* vero *miles Gallicus contraxisset tam diuturnæ vitæ* Nestoris *curam in aggeribus Iliacis, ille non spectavisset cada-*

41 *Aspernere* Heins. N. p. 690.—42 Id. margini ed. Ald. ascripserat emendand. videri *ah Venerum c. t. capit.* Ingeniosam conj. pronuntiat Burmannus, sed *sapit* non esse solicitand. *Ad vivum* Dousa in ora ed. Rouill. Ayrmannus *et rerum. Adversi* Bon.—43 *Curis* Leid. 1. Neap. a m. pr. —44 Pro *quæv.* Heins. *sævis. Luxisset* Burm. 1.—45 *Quonam* Heins. sed *Nam quonam* aures Burmanni lædunt. *Serventur* unus Colb. Pucc. restituit *servatur.* Pocc. etiam ait: 'Leg. *servatur.*' Et sic in reliquis codd.—46 *Jussus* Burm. 2. *Est Nestor visus* vel *Nestor et est visus* Franc. *Nestor et est factus* Dorvillius. *Post tua* Mentel. Damnat Burm.—47, 48 *Quis t. l. meminisset* est lectio meliorum libb. quam jure contra Beroaldum, qui primus corrupit, vindicat Scaligeri perspicacia. *Quis* valet, quibus. Scribebant autem Veteres *Quis;* non, quod nunc fit nullo more, *Queis*, quamvis hoc defendere videatur Pierius in Virg. 1. Æn. 95. Mirifice h. Nostri locum exposuerunt multi. Behotius, cum in iis nullum sensum videret, substitutum ivit *Bellicus Il.* III. Apoph. 4. frustra, et pravo more. Aliquid viderat Dousa F. nec tamen primus, nec satis explicate.' *Broukh.* 'Quis Guarn. Palatt. C. Com. Dresd. quod pro, aliquis, poni vult V. D. in Misc. Obs. Vol. III. p. 435. *Cui si* Livin. *Meminisset* Guarn. *Jurasset* quidam libr. ap. Passeratium, qui inde *mutasset* faciebat: sed lect. recepta, *minus.* sat bona est. *Facta* Bon. *Troicus, Graicus, Doricus, Bellicus* Heins. Cf. tamen ejus Advers.

NOTÆ

nempe titulus versibus inscriptus in memoriam revocabit Cynthiæ amicum ipsius Propertium, ut dixit sup. 'Et duo sint versus,' &c.

42 *Conscia terra sapit*] Ipsi etiam tellari, quæ manes defunctorum et reliquias continet, sensus est; ac recte intelligit quænam sint justorum seu funerum jura.

44 *De tribus una soror*] Parcas tres sunt, quæ dicuntur sorores, quæque mortalium omnium vitæ stamina dicuntur ducere aut secare, ut libet. Dicuntur etiam Fata; unde illud, 'Fata sinunt,' 'Fata vetant.'

46 *Nestoris est visus cinis*] Tandem post trecentos annos mortem obiit Nestor, et crematus est, in cinoremque redactus.

48 *Gallicus Iliacis miles*] 'Gallicus'

Non ille Antilochi vidisset corpus humati,
Diceret aut, O mors! cur mihi sera venis? 50

ver Antilochi, neque etiam *dixisset, O letum, quare* adeo *mihi tardum ades? Tu*

p. 243.' *Barth.* ' *Qui* vel *Quis si tam longæ minuisset* Mentel. Exc. Mod. et Scal. (in quibus etiam *monuisset* pro varia lect.) Regg. Colbertt. Ask. Groning. Borr. in marg. (sed *meminisset* a m. pr.) Leid. 2. Voss. 3. Dorvv. et pr. edd. *Si tam longævæ minuisset* Aldd. Junt. Colin. Gryph. et Rouill. *Cui tam* Vat. 5. a m. sec. *Quis* 2. Colot. et Borr. *Jurasset* in uno Colb. a m. pr. et in marg. mei 2. *Minuisset* etiam in Douss. *Qui si* Voss. 4. et altero versu *Chloricus* in marg. unde facillima et f. vera emendatione refingi posset *Doricus:* nam *d* et *cl* passim confunduntur. *Gallus in Iliacis* Borr. et meus 1. *Graicus* Heins. N. p. 690. qui etiam *nevisset* conjecerat. Idem Heins. II. Advers. 5. p. 243. propius ad veram lect. accessit, corrigendo, *Cui si longævum minuisset f. s. Troius.* Ayrmanno lubentur redonamus conjecturam *minuisset f. s. Jam vetus Iliacis.* Marklandus ad Stat. Sylv. p. 173. rem confectam sua emendatione persuadere conatur, *Qui si tam longæ minuisset f. s. Sanctus Iliacis miles in aggeribus, Non ille Antilochi,* &c. Sed audacem hanc conjecturam merito censuit Dorvillius. Post hunc eruditissimus Toup. Emend. ad Suid. P. III. p. 220. reponend. excogitavit *Garrulus Iliacis,* &c. et ad loquacitatem Nestoris refert, quæ tamen hic nihil ad rem facit. Sagacissimus Eld. suis ad me literis tentabat *Qui nisi tam longævæ implesset f. s. Classicus Iliacis miles in aggeribus, Non ille A. v. c. humari:* vel potius *Callidus Iliacis,* &c. quod Nestori convenit. Denique Santenius codicibus proxime adhærere existimabat, si legeretur, *Cui si tam longæ minuisset f. s. Troicus Iliacis,* &c. ut *longævæ* ex glossa natum sit. Post tot virorum doctorum æstus commodissime ex Voss. 4. vestigiis legend. videtur *Qui si tam longæ minuisset f. s. Doricus,* vel, si ita mavis, *Cui si tam longæ minuisset f. s. Dardanus Iliacis miles in aggeribus, Non ille Antilochi vidisset,* &c.' Burm. Ast.p. 38. putat esse legend. *Qui si tam longæ finisset f. s. Dorieus.* ' *Doricus,*' ait Kuin. ' nobis quoque vehementer arridet: neque tamen eam in text. recipiend. putavimus, cum *Gallicus miles* genio Propertiano perquam conveniens sit, et commodissimus ex hac lect. sensus exeat.' Magna in codd. scripturæ varietas est, sed ab omnibus, inprimis a Burm. negligenter annotata. Ex Mentel. et Groning. affert *Qui* vel *Quis si tam longæ minuisset.* Livineio si qua fides, Groning. habuit *Quis tam longævæ.* Sic enim ille, cum in suo exemplo lectionem a Ber. 1487. et a Volsco 1488. jam exhibitam reperisset, *Si tam longævæ minuisset:* ' *Si*] *Quis* P. *Cui* pnto, et subintelligend. *si.*' In Neap. quoque est *Quis tam longævæ minuisset.* Repone *Cui si tam longæ minuisset f. s. Ilius Iliacis. Ilius* autem *miles,* Iliacus.' *Lachm.*—49 ' Aliquot libri, C. Com. Bon. Dresd. habent *humari.* Passeratius *amati* conjiciebat. Sed nihil est mutand.' *Broukh. Barth. Humari* Exc. Scal. Pass. v. c. Colbertt. Borr. Neap. Groning. Leid. 1. Voss.

NOTÆ

est Trojanus, ut sensus sit: Si miles Trojanus vitam ac fata Nestoris contraxisset ipsum interimendo, dum Troja oppugnaretur a Græcis, non ille vidisset Antilochi filii sui rogum, &c. Trojanus porro miles seu Phrygius dicitur ' Gallicus,' vel a Gallo, Phrygiæ fl. Trojæ vicino; vel a Gallis, qui quondam in Asiam transivere, sedesque ibidem fixere; sed sane nonnisi din post ætatem Nestoris Asiam Galli occupaverunt.

49 *Antilochi*] Antilochum filium habuit Nestor, cujus mortem in bello Trojano ægerrime tulit; unde etiam præ nimio dolore vitam sibi longiorem esse conquestus est.

Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico:
Fas est præteritos semper amare viros.
Testis, quem niveum quondam percussit, Adonis,
Venantem Idalio vertice durus aper.
Illic formosum flevisse paludibus, illuc 55
Diceris effusa tu, Venus, isse coma.

nihilominus interdum, ademto amico tuo, licet sis ferrea, *lugebis. Justum* enim *et pium est mortuos homines perpetuo diligere. Testis* est *sævus aper, qui candidum Adonidem* in *Idalio monte* feras *sectantem occidit. O Venus, tu diceris pulcrum* juvenem *illis paludibus abluisse, passisque ac solutis capillis illuc accessisse. At*

1. 4. Dorvv. Burm. 1. et sic in suis codd. legit Livin. Rectum esse *humati*, ut est in primis ceterisque vetustioribus edd. pronuntiat Burm. '*Humati* impr. omn. *Humari* est magis proprie dictum.' *Lachm.*—53 '*Adonim* Ald. 2. sed in vet. et cod. Dresd. Bon. est *Adonem*.' Barth. *Quem....Adonim* plures codd. *Quem....Adonem* in aliis, 'et ap. Nestorem,' ait Burm. 'in Vocab. p. 14. b. ut Ἄδωνα Græci pro Ἄδωνιν dicunt.' 'Sed *Adonem*,' censet Kuin. 'recte repudiatur a Sant. in Obss. ad Nonnulla Vett. Poëtar. Lat. Loca, quia 'Adon' non nisi seriori ævo dictus est.' *Juvenem* pro *niveum* Heinsius. Sed *niv.* 'non mutat' Burm. Legit Markl. *quem....percussit, Adonis, Venantem.* Jam habes, inquit ille, ipsum Adonin testem, non aprum. Quod licet minime rejiciend. Burmanno videatur, tamen hic censet legi posse *cum.....Adonin,.... vertice, dirus aper, Illis f. planxisse:* nisi quis malit cum Cann. *Nescis cum nis.... Illic f.* Conjecturam Burmanni nimis contortam vocat Huschk. Ep. Crit. in Prop. p. 52. et legit *cui niv....Illic f. flevisse:* quod probat Ast. p. 39. et Lachm. unice verum vocat et exhibet. Jacobs. in Specim. Emend. p. 101. conjecerat *Dentibus ut niv....Adonin....Illis f.* Marklandi emend. præferend. ducit Kuin.—55 '*Jacuisse* est in omn. nostris scriptis, in tribus Lipsio visis: in tribus itidem Gebhardo: in duabus edd. pr. *Lavisse* defendunt Lips. 1. Ant. Lect. 20. et Scaliger: et sic in suo invenisse testatur Passeratius. Andio, sed ita ut ex *flavisse*, quod *flevisse* fuerat, corruptum arbitrer. Pro fletu Veneris stant omnes poëtæ. Tamen non est mihi animus deserere lect. in qua conspirant tot codd. antiqui, facilem præterea ac planam, atque ex ipsa re enatam.' *Broukh.* '*Flev.* Brix. Aldd. Colin. Leid. cett. Præterquam quod constructio requireret *formosus jac.* etiam *flevisse* melius respondet versui 51. *Illic* c. com. Palatt.' *Barth. Illos* Mentel. *Jac.* id. Perr. v. c. Exc. Mod. Borr. Neap. Vat. 1. 2. Vossiani, Leidd. aliique, et pr. edd. Sed Exc. Scal. *lavisse* pro varia lect. et prætulit Scaliger. Vindicatur etiam in Misc. Obs. Vol. III. p. 457. *Lav.* h. in l. legit Livin. in Notis p. 84. Objicit Broukh. an satis decore Adonis lavetur aqua cœnosa et ulva palustri. Sed 'hæc nihil,' ait Burm. 'ad Bacchum, nam 'paludes' hic simpliciter aquas significat.' Sed pergit: 'Egit etiam de h. l.

NOTÆ

53 *Percussit*] Fulmineo dente vulnus gravissimum in femore inflixit aper Adonidi, cujus fabula pluribus verbis scripta est ab Ov. x. M. Adonis autem Myrrhæ filius fuit, Veneris deliciæ, quem Aper venantem occidit; cujus mortem vehementer doluit Venus, ejusque cruorem mutavit in florem, quem nominant Adonium, quique æstate seritur.

54 *Idalio vertice*] Idalium oppidum est, et mons, et nemus Veneri sacrum in insula Cypro, ubi Venus præcipue celebratur.

56 *Diceris effusa tu, Venus, isse coma*] Adonidis corpus a Venere fuisse

Sed frustra mutos revocabis, Cynthia, manes;
Nam mea quid poterunt ossa minuta loqui?

vero incassum, o *Cynthia, mutos manes* clamore tuo ad vitam *reducere* conaberis. *Quid enim ossa mea in cinerem redacta* ac tenuis umbra *valebunt respondere?*

Dorvillius in Obs. Misc. Vol. III. p. 437. qui post expositas vel refutatas aliorum lectt. propensior est in *lavisse*. *Jac. paludibus* tamen explicari posset pro, ad paludes. Sed *illas* quo referemus *paludes?* In aliis codd. *flevisse* legitur pro *lavisse* vel *jac.* ut in Vat. 5. Heinsius ad oram ed. Aldinæ olim tentaverat *Ulvis f. lavisse palustribus illic Diceris, et fusa.* Idem fere Marklando in mentem venerat, qui lib. suo ascripserat locum desperatissimum esse, sed f. legend. *Illic f. texisse palustribus ulvis Diceris, et fusa.* Sed amplector potius alteram Heinsii emend. *Illis f. flevisse in vallibus*, vel *collibus:* nisi *jac. in collibus* conferri posset cum illo Bionis, Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐν ὄρεσι. Certe *flevisse* nimis languidum pro luctus acerbitate videbatur Eldikio, qui restituend. etiam existimabat *planxisse.* Præterea *tu Venus* languet, pro quo rescribend. *tunc* vel *tum.* Totum itaque l. sic constituamus: *Illis f. planxisse in collibus, illuc Diceris effusa tunc V. i. coma.*' Jacobs. l. c. *Illis f. gemuisse in saltibus.* Ast. p. 39. *Illis f. flevisse* vel *planxisse in salt. Flevisse palud.* defendit Kuin. ' Quid quod,' ait Lachm. ' ne Huschkio quidem ceteris continentiori hic tam bene quam alibi conjectura cessit, scribenti *Illic f. flevisse, pal. illis Diceris effusa.* Nam *flev.* quod a Beroaldo quoque exhibitum e cod. Vallieriano assumsit, ab Italis haud dubie edolatum est. Hoc retinend. Huschkius dicit, donec meliora quis edoceat. Ipse judex esto, an nobis faverit Critica conjectantibus *Illic formosis jac. paludibus, illuc Diceris effusa.*'—58 ' Palatinus Gebhardi *Qui.* Non male.' *Broukh.* Sic Dresd. ' ut legebat Frut. [Pro ' Frut.' Kuinoel exscribit ' Franc.'] *Ossa mia.* exponi possunt, contusa et ossilegio collecta, ut moris erat: licet hæc lect. vitiosa videatur Ruhnkenio.' *Burm.*

NOTÆ

unctum, et ab Amoribus lotum finxit Moschus; ipsum vero lavisse Venerem, effusisque et solutis crinibus ploravisse noster testatur Propertius, cui concinit illud Ovidii I. A. A. ' Veneri ploratus Adonis.'

ELEGIA XIV.

LÆTATUR POTITUS AMICA.

Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho est,
Cum caderent magnæ Laomedontis opes;

Haud est adeo lætatus Atrides Dardania victoria, quando superbum Laomedontis

Gaudet se ad amicam admissum Dresd.—1 ' *Est* non comparet in Regg.

NOTÆ

1 *Non ita Dardanio*] Gaudia, cum amica sua collecta, gaudiis omnium, qui unquam verum, sincerum, ac intimum gaudium aliquando gavisi sunt,

Nec sic errore exacto lætatus Ulysses,
Cum tetigit caræ littora Dulichiæ;
Nec sic Electra, salvum cum aspexit Oresten,
Cujus falsa tenens fleverat ossa soror;

regnum evertebatur; neque tam gavisus est Ulysses, quando confectis peregrinationibus suis dilectæ sibi Dulichiæ oras attigit; neque tam exultavit Electra, quando Orestem incolumem sospitemque conspexit, cujus ossa ficta tenens soror ploraverat;

neque in Colbertt. In nostris h. modo exprimitur, *triṕho ẽ*. Heins. legebat *gavisus*, *A. t. es*, N. in Ov. VIII. M. 550. Ego nullam video rationem mutandi. Voss. de Analog. II. 2. *Atrida* hic pro recto casu agnoscit.' *Broukh.* Seqq. refutare Heinsium statuit Burm. In aliis Mss. cum edd. pr. *tr. es.* 'Dele *est*, quod neque agnoscit Charisius, I. p. 51.' *Lachm.*—2 'Nostri *Laom.* more prisco. Ita etiam habet Veneta antiqua.' *Broukh.* '*Altæ* Bon. *Laom.* Broukh. libr. et ed. Venet. 1500. more prisco.' *Barth.* *Laom.* exhibent B. B. B. L. *Magni* præferebat Markl.—3 '*Non* typothetæ culpa irrepsit. Omnes ante Burm. *Nec.*' Lachm.—5 '*N. s. E. s. c. a. Orestem* noster 2. Colbertt. *Non Electra suum sal. c. vidit Orestem* Groning. Vat. Livineii, [hos legere *horestem* monet Barth.] Borr. *Suum* infarserunt, qui versui metuebant. Sed scribend. *Electre.*' Broukh. '*Nec sic Electra suum s.* Guarn. Brix. Venet. *Suum* jam expunxit Mur. in Schol. *Electra* tuetur V. D. in Misc. Obs. Vol. II. p. 101.' *Barth.* Ita ac Kuin. edidit Burm. ex consensu codd. plus quam duodecim, nisi quod *Electre*, ut in Perr. v. c. Neap. (sic Burm. alt, quem Lachm. fallere pronuntiat, cum in Neap. sit *Electra:* Vat. 5. Dorv. 2. habetur. In Regg. Leid. 2. Voss. 1. 4. Burmm. *Nec sic Electra*

NOTÆ

anteponit.

Dardanie] Trojano, quia 'Trojæ Dardanus auctor.'

Atrida] Uter? Duo namque fuerunt Atridæ, Agamemnon nimirum, major, et Menelaus, minor. Sed videtur intelligi Agamemnon, qui, ut rex regum, bello Trojano præfuit; quamvis illud ob Menelai causam, cujus uxorem Helenam Paris rapuerat, susceptum fuerit.

2 *Laomedontis opes*] Laomedon, filius Ili, rex Trojanorum fuit et quasi conditor; qui, de Trojanæ urbis mœnibus exstruendis cogitans, Apollini Neptunoque pactus est mercedem, quam se juravit ipsis daturum, si id negotii strenue confecissent; verum absolutis mœnibus, juramenti immemor, pretium promissum noluit dare, Deosque fraudavit; quamobrem ipsi calamitatibus innumeris urbem Trojam affecerunt. Unde Virg. 'Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.'

3 *Errore exacto lætatus Ulysses*] Erroribus diuturnisque et longinquis peregrinationibus insignis Ulysses, de quibus Homerus 24. Odyss. Libros scripsit.

4 *Caræ Dulichiæ*] Ulysses non tam gavisus est, cum finitis erroribus reversus in patriam est, quantum amicæ consortio lætatus est Propertius. Dulichia porro insula est Maris Ionii, non procul ab Ithaca, Ulyssis patria, cujus fumum videre tamdiu exoptavit; tantus est amor hominum in patriam suam. Ovidius: 'Haud dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis.'

5 *Nec sic Electra*] Electra filia fuit Agamemnonis et Clytemnestræ; quæ, cum patrem Agamemnonem ab Ægistho, adjuvante etiam Clytemnes-

Nec sic incolumem Minois Thesea vidit,
Dædaleum lino cum duce rexit iter;
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.
Immortalis ero, si altera talis erit.

neque tanto cum gaudio Minois Theseum suum *salvum aspexit, quando viam Dædaleam filo lineo direxit; quantam ego superiori nocte percepi lætitiam:* ego *jam immortalis, si* mihi nox *altera similis ederit.* * * *Ista mihi victoria plus* vide-

suum s. quod etiam in edd. pr. Ald. Junt. Colin. Gryph. cett. 'duplici errore,' ait Burm. '*sic* et prima in *El.* perperam correptis: idque fraudi fuit inferioris ævi poëtis, 'sic' corripientibus. Melius Exc. Mod. s. Groning. *Non Electra s. s. cum vid. Oresten.* Optime illi codd. in quibus legitur *Non sic Electra, salvum cum asp. Oresten.* Sed, quia *salv. cum asp.* duriorem facit sonum, et in Heinsian. habetur *consp.* præstaret *Nec sic Electra salv. consp. Oresten:* vel *salv. cum vidit Oresten,* ut Voss. 4. Dorv. 2. quod admitti posset, nisi 'vidit' sequeretur.' *Nec non Electra* Ferrarius annotavit. Exhibet Barth. *Nec sic Electre salvum, cum asp. Oresten.* Ita ut Kuin. interpungunt Broukh. Burm. Lachm. qui *Electra* edidit.—6 *Flexerat* Dorv. 1. Damnat Burm. '*Sinu* Heins. II. Advers. 5. p. 243. et N. p. 690. *Soror* enim ex glossa in textum irrepsisse putabat: et hoc valde blanditur.' *Burm.* Rejicit Barth.—7 Venet. *min. cum Th.*—8 '*Dædalium* Postb. Vat. Bon. Dresd. *Dædaleum* rel. mei omnes.' *Barth.* Heins. *filo,* optime, censente Burm. *R. opus* Voss. 4. pro varia lect. quod, ait Burm. de Labyrintho, Dædali opere, posset intelligi.—9 '*Persensi g.* scripsisse Propertium mallet H. Steph. de Latin. Lips. p. 80. Receptæ lect. propius inhæsisset, si tentasset *concepi g.* Sed nihil potius mutare præstat, cum omnes in vulgatam conspirent codd. et edd. vett. Markl. quoque *collegi* probabat.' *Burm.*—10 '*Erat* Voss. 1. Venustissimam sententiam deformat sonus ingratissimus, *Immortalis* et *talis,* ut et *ero* et *erit:* ne quid dicam de dura elisione *si altera.* F. *altera talis* e glossa marginali irrepsit, et ex Vossiani scriptura *erat* elici posset *si redeat,* et pro *si altera* restitui *crastina: crastina:* adeoque, si audaciori conjecturæ, quam timide tamen propono, indulgere fas sit, hariolari liceret *I. ero, crastina si redeat:* vel *crastina talis eat.* Favet nonnihil Ov. Rem. Am.

NOTÆ

tra, occisum videret, metuens ne etiam ab eodem Ægistho frater Orestes occideretur, ipsum in Phocidem ablegavit; ut tandem aliquando vir factus patris mortem ulcisceretur. Electra vero, decepta falsis rumoribus de morte Orestis, quem in Pythicis certaminibus occubuisse mentiebantur, simulatos etiam in urna fratris defuncti cineres comproraverat: cum tandem post annos viginti frater Orestes, ad Electram Argos reversus, sorori sese aperit, quam summa lætitia inopino reditu afficit, ac simul ambo necem Agamemnonis patris ulciscuntur, Ægisthumque et Clytæmnestram interficiunt.

7 *Minois Thesea vidit*] Ariadne nimirum, Minois regis Cretæ filia, quæ tanto amore Theseum deperiit, ut relictis parentibus et patria eum Athenas navigantem secuta sit.

8 *Dædaleum iter*] Viam labyrinthi, a Dædalo constructi, flexuosis anfractibus inextricabilem, ducente filo ab Ariadna dato, facilem reperit et rectam Theseus, ut vidimus ap. Catull. in Nuptiis Pelei: 'Errabunda regens tenui vestigia filo.'

At, dum demissis supplex cervicibus ibam,
Dicebar sicco vilior esse lacu.
Nec mihi jam fastus opponere quærit iniquos,
Nec mihi ploranti lenta sedere potest.
Atque utinam non tam sero mihi nota fuisset
Conditio: cineri nunc medicina datur.
Ante pedes cæcis lucebat semita nobis.
Scilicet insano nemo in amore videt.
Hoc sensi prodesse magis. Contemnite, amantes:
Sic hodie veniet, siqua negavit heri.

104.' *Id.*—11 '*Dim.* Dresd. solenni confusione. Frustra est Guy. h. distichon suspectum habens.' *Barth.* Guy. damnat et Burmannus. *Dim.* et Groving. quod damnat id. Burm. *Aut dum* Neap.—12 '*Sicco lacu vilior* corruptum censebat Ruhnken. dubitans an ullus Græcorum vel Latinorum sic unquam locutus sit. An talem indicat, qui nullius ubertatis aut fructus est, instar fluvii, in quo nulla fit piscatio, vel qui similis 'arido pisci in sicco gurgite,' ut dicit El. 15. 34.' *Burm.* Vid. ait Lachm. an tueatur satis Ovidius Ep. 19. 145.—13 *Hæc mihi* hoc et seq. vs. Voss. 4.—15 *Mea* n. Franc. *Nata* Helus. sed neutrum a codd. firmatur, 'neque ulla,' ait Burm. 'emend. indiget hic l. cujus sensum explanavit Patrous meus ad Lucan. II. 391.'—16 '*Cineri*, quod olim legebatur, ejecit Scaliger tanquam commentum Beroaldi, reposito *emeritis;* antiqua, ut ait, lect. Atqui *cin.* exhibent octo codd. scripti: tantum abest ut id Beroaldus fuerit commentus. *Cin.* etiam legitur in edd. pr. Scaligeri lect. ingeniosa est: sed non ideo antiqua et vera ejicienda erat; neque etiam [hoc Barth. iterat,] *emer.* omnino inutilis medicina, cum possint denuo evocari.' *Broukh.* Guy. *heu cin. Emer.* h. in l. affert Rhodius in Lexico Scribon. p. 407.—17 *Cæcos* Bon.—19 'Alii legunt *contemn.* quod minus placet.' *Broukh.* qui *contendite* exhibet. 'Recte libr. omn.' ait Lachm. 'præter Cuj. *contemn.*' sed *contemnere* Dorv. 2. *Concedite* Guy. *Contend.* defendit Burm. et exhibet cum Barth.—20 *Si qua h.* Dresd. *Venit*

NOTÆ

12 *Sicco vilior esse lacu*] Eram contemtior eo lacu, qui fere aridus nulli est usui. Lacus enim, si perennem habet aquam, utilis est navigationi piscibusque alendis. Si vero aret, quid contemtius, cum neque jumenta ex eo bibant, nec vestes in eo lavantur?

13 *Nec mihi*] Non amplius mihi adversatur ejus iniqua ac crudelis superbia.

Opponere] Objicere amori meo. Sic I. 5. 'Quod si forte tuis non est contraria votis.'

14 *Nec mihi ploranti*] Non potest non commoveri meo fletu meisque precibus.

Lenta sedere potest] Irata quæ est, nec audire vult amantem, licet supplicem. Vid. Annot. ad I. 6. 12.

16 *Conditio*] Pactio nimirum hæc amoris fruendi. Sæpe etiam dicitur de conjugio; sed hic est conditio stupri.

Cineri nunc medicina] Proverbium est, quo demonstratur serotinam medicinam esse inefficacem. Frustra namque medicamentum adhibetur mortuo jam in cineres redacto.

18 *Scilicet insano*] Cæcus omnis

Pulsabant alii frustra; dominamque vocabant:
Mecum habuit positum lenta puella caput.
Hæc mihi devictis potior victoria Parthis:
Hæc spolia, hæc reges, hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam, Cytherea, columna,
Taleque sub nostro munere carmen erit:

tur *facienda, quam si Parthos domuissem. Ista* puella mihi *præda, ista* mihi *reges* devicti, *ista mihi currus* triumphalis *erit.* O *Cytherea, ego ingentia munera columnis tuis appendam; et subter donis meis hic versus scribetur:* O *Dea,*

Regg. unus Colb. Leid. 1. Dorv. et pr. edd. inter quas Barthius memorat Brix. *Veniet* in ceteris.—23 *Nec m.* Voss. 4. *Dejectis* Markl. sine necessitate, ut putat Burm. *Palmis* Voss. 1. sed *Parth.* unice veram lect. pronuntiat Burm.—24 *Teges* Dresd.—25 *Tuæ columnæ* Franc. 1. Borr. C. Com. Groning. Recte omnino, judice Burm. Citat Bronkhusius Virg. Æn. III. 287, 288. '*Tuæ columnæ* constructio rarior est, neque aptis exemplis a Burm. munita. Habet tamen Stat. Sylv. III. 1. 98. 'Qui tot fastigia monti...Fixisti,' et Val. Fl. I. 548. 'Sententia menti Fixa meæ.'' Sed *tua columna* exhibent B. B. B. L. *Tuis columnis* Franc.—26 'Libri plures *nomine:* sed perperam. Exprimit enim nomen suum in ipso carmine *muneri* subscribendo. Monuit et Scaliger curis secundis.' *Broukh.* '*Nomine* etiam Brix. Venet. Aldd. cett. sed perperam. *Carmine nomen* C. Com. [Voss. 3.] Guarn.' *Barth. Munere* Scaliger in suo reperit cod. *Nom.* cett. omn. Mss. et pr. edd. et vetustiores: quod defendit Burm. et amplectitur. *Taleque* offendisse videtur Francium;

NOTÆ

amans, sicut et Amor ipse fingitur cæcus.

19 *Contemnite*] Fingite vos spernere puellas, quæ ipsæ vos spernunt, et par pari referte; tunc enim ultro vos ipsæ petent. Ut El. 9. 'Hic te etiam potitur, qui te prior ipse reliquit.' Ov. I. A. A. 'Quod refugit, multæ cupiunt: odere, quod instat.' Alii leg. *contendite*, diversa sententia: h. e. enitendum esse ac perdurandum, quia obsequio tandem delinitæ puellæ cuncta concedunt.

20 *Sic hodie veniet*] Sese facilem tibi tandem præbebit, et fruendam hoc pacto, contemnendo nimirum, vel contendendo.

21 *Pulsabant alii*] Ille frustra pulsat januam et fores, vel quatit fenestras, quem amica non vult admitti. Sic IV. 5. 'Janitor ad dantes vigilet: si pulset inanis, Surdus in obductam somniet usque seram.'

22 *Mecum habuit positum*] Honesta periphrasis actus inverecundi.

Lenta puella] Opere nocturno fessa ac languida.

23 *Devictis victoria Parthis*] Parthi populi fuerunt Asiæ bellicosissimi, qui vel fugientes hostibus plurimum detrimenti afferebant. Hi fuerunt olim Romani nominis hostes infensissimi, qui Crassum insidiis circumventum cum exercitu validissimo ad unum oppresserunt. De his primus Romanorum triumphavit Ventidius, sub idem fere tempus, quo hæc Propertius scribebat; ad cujus victoriam fortassis alludit. Ad mentem Propertii fere est illud Ovidii II. Amor. 12. 'Hæc est præcipua victoria digna triumpho, In qua, quæcumque est, sanguine præda caret.'

25 *Dona tua figam, Cytherea, colum-*

Has pono ante tuam tibi, Diva, Propertius ædem
Exuvias, tota nocte receptus amans.
Nunc a te, mea lux, veniat mea littore navis
Servata, an mediis sidat onusta vadis. 30

ista tibi ego *Propertius amator integra nocte* bene *exceptus offero spolia apud tua templa.*

correxerat enim *Tale et:* sed temere, judice Burm. qui nostram structuram defendit hic et ad 30. 21. (suæ ed. 23. 67.) *Nom.* non mutari debuisse statuit Lachm. qui, 'Sic,' ait, 'Ov. Tr. II. 551. Prop. v. [nobis IV.] 7. 77. Ex quo l. patet, non recte vulgo primum tantum librum nomine 'Cynthiæ' inscribi, quod quatuor aut certe tres priores sibi vindicant. Nec sane Martialis primum libr. significat solum, XIV. 187. Certe juvenem fuisse Propertium, cum moreretur, in Præf. demonstramus. *Monobibli* nomen, quod codd. Martialis Propertiique agnoscunt, iisd. libr. qui quasi unius instar haberent, impositum fuisse censeo, ut eo aut a quarto quintoque, aut a quinto certe, qui nihil ad Cynthiam pertinet, segregarentur.'—27 'Hæc legebat Heins. ad Ov. Ep. Sapphus. Recte: *Tuas ædes* habent omnes libri, etiam Gebhardo inspecti. *Tuam ædem* nunc vulgo editur, nec male. Non tamen ut putes perpetuum: nam et 'ædem' et 'ædes' de ll. sacris usurparunt Antiqui.' *Broukh.* '*Tuas ædes* omn. libr. neque enim discrimen a grammaticis constitutum perpetuum.' *Barth.* '*Tuam ædem* optime Scaliger.' *Lachm.* '*Tuas ædes* edd. pr. et rell. ante Scaligeranam. Illam enim intellige, cum hic notet Broukh. *tuam ædem* nunc vulgo edi: et tamen hoc præfero, non tantum quia 'ædem' semper dicunt Vett. de templo, sed et propter sonum auribus incommodum.' *Burm.* *Tuam ædem* exhibent B. B. B. L.—29, 30 '*Veniet* Bon. [Neap.] Brix. Venet. Aldd. cett. *Litor* Posth. *Littora* multi codd. teste Heins. qui paulo audacius, judice Viro D. Misc. Obs. Vol. v. T. I. p. 213. hoc distichon refingit N. Prop. p. 690. et Advers. p. 243. *In te stat, mea lux, teneat tua littora.* Idem Vir D. testatur in suo cod. *manus* legi pro *navis.* *Sistat* Posth. *In medio stet* Dresd. Inepte utrumque. *Sidet* volebat Palm.' *Barth.* 'Hiat sensus, si hanc [nostram] lect. sequamur; *Nunc ad te navis mea veniat, an sidat:* et vix intelligi hæc posse, vel ipsa Scaligeri ostendit expositio difficillior et obscura. Neque Mss. aut edd. vetustæ succurrunt, ut majorem his tenebris lucem affundamus, in quibus *veniet tua littora,* vel *me,* vel *littore,* et initio versus *a te,* pro quo *abs te* Ayrmanno placebat. Santenius lectionem probans illorum codd. in quibus *a te,* legebat *Nunc a te veniat, mea lux, ad littora navis. In mediis,* vel, omisso *in, mediis* cod. Heins. *Sudat* in uno Colb. et Mentel. *Sistat* Voss. 4. Exc. Mod. et Livineii codex, qui id ineptum recte pronuntiat. Perreius ed. Aldinæ, quam cum codd. contulit, ascripserat '*Nunc ad te,* supple verbum, pertinet.' Sensum perspexit, sed quem magis perspicuum reddit felix ingenii Heinsiani emendatio. Markl. vero ad Stat. IV. Sylv. 4. 99. legend. existimabat *Nunc ad te, mea lux, veniet mea littore navis Servata, an m. sidet o. vadis?*

NOTÆ

ista] Cytherea Venus est, ad quam sermonem advertit; in cujus templo, triumphantium ritu, vult suspendere spolia. Diis porro donaria columnis templorum appendebantur aut figebantur. Virg. XII. Æn. 'Ubi figere dona solebant Laurenti Divo, et votas suspendere vestes,' &c.

29 *Veniat mea littore* [*littora*] *navis*] Dum mihi venti sunt in amore secundi, navem meam ad littus tuum appellam, tuoque fruar amore.

30 *Mediis sidat onusta vadis*] Oneris gravitate depressa subsidat, deorsumque feratur, et hæreat mediis in brevibus, obruta cumulis arenæ.

Quod si forte aliqua nobis mutabere culpa,
Vestibulum jaceam mortuus ante tuum.

Sed Heinsianam conj. præfero, quam suo etiam calculo approbavit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. p. 113. qui minori mutatione refingebat, *Nunc in te, mea lux, veniat sua littora navis Servata:* vel legebat *Nunc ad te, mea lux, veniat, sua littora, navis.* Quod autem Dorvillius illud quoque incommodum h. in l. notaverit, quo *mea lux* et *mea navis* inconcinne uno versu recurrit, non adeo me commoveret, memorem aliorum Poëtæ nostri locorum, in quibus vicina talis repetitio longe frequentior occurrit.' *Burm.* Ast. p. 40. *Nunc a te, mea lux, veniat mea littore navis.* Recte, judice Kuin. 'Nobis aliud hic latere visum est, *Nunc da te, mea lux, venit mea littore navis.* Compara simillimum Ovidii locum A. A. II. 9. Non magna, ut vides, mutatione rem gessimus. *Littore* habent Neap. Palat. 1. Burmannus hic suorum varietatem negligentius annotavit.' *Lachm.*—31 'V. D. in Misc. Obs. signa parentheseos huj. vs. deleri jubet, sensu Scallgeri, quem et Vulp. sequitur, improbato: recte, si quid video. *Quodsi* Vat. sed emend. in marg. *Quæ*, quam vocem etiam præferunt Palat. 2. Posth. Dresd. cum Brix. *Quodsi* Palat. 1. C. Com. *Etsi* Venet. Aldd. Colin. cett. Eæd. non agnoscunt signa parenth. sed post vs. 30. [et id. facit Lachm.] signum interrog. ponunt.' *Barth.* *Quæ si* Vat. 2. Regg. unus Colb. Exc. Mod. et pr. edd. *Quod si* Perr. v. c. Neap. Colot. Mentel. Voss. Heinsian. Exc. Scal. Borr. Neutrum neutri prætulerit Lachmannus. *Tu si* Franc. *Alia cura* Heins. II. Advers. 5. et Not. p. 691. Parenthesi includunt hunc vs. B. B.

ELEGIA XV.

NARRAT VOLUPTATES SUAS.

O ME felicem! O nox mihi candida! et o tu
Lectule deliciis facte beate meis!

O me beatum, o nox mihi fortunata, ac o tu cubile factum felix deliciis meis. * *

1 'Leg. cum omn. membr. *o nox.* Non consulunt nasum suum, qui veteres poëtas tam religiosos faciunt circa hiatus: neque cogitant literam *m* sæpissime non elidi.' *Broukh.* *Ah me f. o. n.* Guarn. *O n.* quoque Ald. 1. cum Dresd. Nihil usitatius ejusmodi hiatu. Sed *nox o* Ald. 2.' *Barth.* 'Ah *me* Voss. 1. meus 2. F. pro *Ha. Nox o* Exc. Mod. Voss. 1. meus 1. Rouill. Gryph. quod probat Schrader. Emend. p. 137. *Et o n.* Voss. 3. Sed Palat. C. Com. Neap. Groning. Dorv. 1. et cett. omn. Mss. *o n.* ut in Junt. Colin. 'Neglectum artificiosum esse, non observato metro, propter stuporem lætitiæ,' notaverat Franc. Sed eo decurrere opus non est, cum sæpe et in aliis poëtarum

NOTÆ

1 *O me felicem*] Plena lætitiæ exclamatio; idemque fere hujus Elegiæ argumentum ac superioris.

Quam multa apposita narramus verba lucerna!
  Quantaque sublato lumine rixa fuit!
Nam modo nudatis mecum est luctata papillis:
  Interdum tunica duxit operta moram.
Illa meos somno lapsos patefecit ocellos
  Ore suo, et dixit: Siccine lente jaces?
Quam vario amplexu mutamus brachia! quantum
  Oscula sunt labris nostra morata tuis!

locis et ap. Nostr. *m* non elidatur, sequente vocali.' *Burm.*—3, 4 'Hoc distichon loco non suo legebatur: ego autem huc [sc. ad vss. 9. 10.] revocavi, præeunte Dousa P. nec mutabit factum, qui cum 'sublato lumine' composuerit 'cæcum' illum 'motum.'' *Broukh.* Sequuntur Barthius et Burm. Sed ad priorem ejus sedem id retraxit Lachm. Quod defendit. *Multa tecum oppos.* Heinsian. Damnat Burm. Neque ei placet Ayrmanni *dederamus*, nec ullam videt causam, cur *verba* improbet Guy. Schraderus Emend. 6. p. 126. voluit Q. *nuda app. miramur membra l.* Sed receptæ lect. jubet se suumque lectorem acquiescere Burmannus. *Submoto* Bon.—5 *Jam* Burm. 1.—6 *Tunicam* Palat. 1.—7 'In uno Reg. *lapsos*, in altero *lapso*. Passeratius et Gebh. in suis *lapsos* invenerunt, ac probarunt: uti et Heins. ad Ov. III. Amor. 5. 1. et ad III. Tr. 3. 44. omnino recte.' *Broukh.* '*Lassos* Venet. Aldd. cett. *Lapso* Brix. *Lapsos* melius respondet τῷ 'patefecit.' *Barth.* '*Lapso* Leid. 2. et pr. edd. *Lassos* Borr. Leid. 1. tres Voss. Dorv. mei, Junt. Colin. Gryph. Rouill. aliæque. *Laxos* Aak. Sed *lapsos* recte Perr. v. c. Colot. Palat.' *Burm.*—8 'In nostro 2. *vaces:* quod f. fuerit *vacas*, non insubido sensu. Sed tamen nihil mutand.' *Broukh.* '*Et* abest a Dresd. *Vaces* Franc. 2. sed *jaces* etiam τῷ *vacas* præferend.' *Barth.* *Lecte* nonnulli codd. Damnat Burm.—9 *Mutamus* et paulo ante *narramus* pro, mutamus, i. e. mutavimus, et narrâmus, i. e. narravimus, exponit Guy. ad Terent. Adelph. III. 3. p. 221. *Mutantes* Ayrm. Damnat Burm. Pro *quantum* Guy. *quam tum.*—10 *Labiis* Dresd.

NOTÆ

3 *Apposita lucerna*] Lucernam illam accipe cubicularem, de qua Martial. in Apophor. 'Lucerna dulcis lectuli conscia.' Ad lucernas etiam spectabantur meretriculæ, ut habet Horat. II. S. 7.

Narramus verba] Blanditias dicimus amoris præludia, seu Veneris anticœnia; unde et Catullus: 'Verbosa gaudet Venus loquela.' De his blanditiis vid. Ov. II. A. A. sub finem.

4 *Sublato lumine rixa*] Remota lucerna magna fuit inter amantes non solum amoris velitatio, sed et gravis pugna.

5 *Nudatis luctata papillis*] Quemadmodum et dixit El. 1. huj. lib. 'Seu nuda erepto mecum luctatur amictu.'

6 *Tunica duxit operta moram*] Remorata est meam cupiditatem, moramque injecit operi. Ov. I. Amor. 5. 'Ecce Corinna venit tunica velata recincta Candida,' &c. 'Deripui tunicam; nec multum rara nocebat: Pugnabat tunica se tamen illa tegi.'

7 *Patefecit ocellos Ore*] Significat osculo sibi amicam oculos aperuisse somno oppressos.

8 *Siccine lente jaces*] Verba sunt puellæ Propertii sui lentitudinem ac inertiam increpantis.

10 *Oscula sunt labris*] De osculis varilisque amplexibus eleganter Petron. 'Jam pluribus osculis collisa

Non juvat in cæco Venerem corrumpere motu.
Si nescis, oculi sunt in amore duces.
Ipse Paris nuda fertur periisse Lacæna,
Cum Menelaëo surgeret e thalamo.
Nudus et Endymion Phœbi cepisse sororem
Dicitur, et nudæ concubuisse Deæ.
Quod si pertendens animo vestita cubaris,
Scissa veste meas experiere manus.

Leid. 1. *Suis* Guy.—11 ' *Corrump.* octo libr. scripti cum primitus cusis. Quod cur posthaberi debeat *τῷ committere*, nullo modo assequor.' *Broukh.* ' *Committ.* Passeratius cum Scalig. defendit: contra nitentibus Broukh. et V. D. [Dorvillio sc.] in Misc. Obs. Vol. v. T. I. p. 115. Sane *corrump. ἐμφατικώτερον* est.' *Barth.* ' *Committ.* ex suo cod. Scaliger et Passeratius: quod et in Notis p. 691. præfert Heinsius, et ad Ov. Rem. Am. 407. Plures tamen codd. in alteram consentiunt lect. et quicquid primarum ac veterum edd. prodiit ante Scaligeranam. Recte restituit Broukh.' *Burm.*—13 *Nudam Lacænam* legisse Scaligerum notaverat Heins. Sed ' perire aliqua,' vel ' ardere,' ' furere in aliqua' rectius esse statuit Burm. quam ' perire puellam.' —17 ' *Prætendens* Posth. *Protendens* Dresd. Uterque inepte. *Cubares* Bon. Dresd. Brix. *Cubare* Venet. *Pertendes....cubare* laudat Jo. Rivius in Castigatt Ter. nescio an e libro.' *Barth.* ' *Pertendens* in omn. fere codd. nisi quod in Groning. *pretendes*. *Pertendens* Voss. 3. *Pertendens animos* Vat. 5. *Prætendens* male Vulp. 1. quod ex Posth. qui id. ac Groning. etiam producit, sed ut ineptum damnat, Livineius.' *Burm.* *Cubares* Regg. Borr. Neap. Groning. Leidd. Voss. 1. 4. Dorvv. Burmm. edd. pr. Ceterum nescit et Broukh. an Rivius citet memoriæ vitio: certe, ait, aliter est in libris qua scriptis qua cusis. ' *Cubaris* Mur. nescio an primus, sed recte. Scripti, ut opinor, omnes *cubares*, quod et Volscus bis dedit: Calph. et Beroaldus *cubare*.' Lachm. —18 *Manus meas* Groning. qui habet *Scisa*, Italica scriptura, observante

NOTÆ

labra crepitabant; jam implicitæ manus omne genus amoris invenerant; jam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant,' &c.

11 *In cæco Venerem corrumpere motu*] Motu, qui fit in tenebris, deteriora facere gaudia Veneris. Non me juvat, inquit, concubitus ille tenebricosus, et ideo lucernam adesse cupio, ut oculos etiam pascam, ' qui sunt in amore duces.'

13 *Paris nuda Lacæna*] Paris, Dearum judex, fertur perdite Helenam Spartanam, Menelai uxorem, adamasse, postquam eam nudam vidisset.

Lacæna] H. e. Spartana; Lacedæmones enim Lacæni quoque seu Spartani dicti sunt. Non de Helena sed de Venere dixit Ov. I. A. A. ' Luce Deas cœloque Paris spectavit aperto, Cum dixit Veneri, Vincis utramque, Venus.'

15 *Nudus et Endymion*] Dicitur Endymion Lunam, quæ et Diana est, adamasse, a qua fingitur in Latmo monte Cariæ consopitus, ut eum dormientem deoscularetur; cum eadem nuda nudum deinde concubuisse fabulantur.

Quin etiam, si me ulterius provexerit ira,
  Ostendes matri brachia læsa tuæ.
Necdum inclinatæ prohibent te ludere mammæ.
  Viderit hoc, siquam jam peperisse pudet.
Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore:
  Nox tibi longa venit, nec reditura dies.
Atque utinam hærentes sic nos vincire catena
  Vellent, ut nunquam solveret ulla dies.

Barth.—19 *Si pr. me ul. i.* Groning. *Produx.* Dorv. 1.—20 *Ostendens* Regg. et pr. edd. Damnat Burm.—22 'Omn. libr. *si q. j. p. p.* sensu perspicuo. Verissimum est *pudet*.' Broukh. *Hæc* Regg. Leid. 2. Voss. 3. pro varia lect. et pr. edd. in quibus numerat Barthius Brix. Venet. Aldd. *Hoc* cett. codd. *Si qua* Dresd. *Perisse* Groning. *Si quis jam p. putet* Dorv. 2. ut ex suo cod. Scaliger: sed quem male hunc vs. mutasse dicit Heins. N. p. 691. et Barthius. Ayrmannus ita Scaligeri emend. distinguebat, *V. hoc si quis, jam p. putet.* 'Pro *Vid.*' ait Burm. 'vir eruditus in ora cod. sui conjecerat *Fugerit*: sed alterum tuentur omn. codd. et edd. vetustæ.'—23 Mallet Burm. *Nos, dum*: quod 'Nos,' initio versus sic positum, ad oppositionem præcedentium, ex more Propertiano est. At vulg. haud paulo suavius esse pronuntiat Lachm. *Satiemur* Heins. sed τῷ *satiemus*, ait Barth. contentos nos esse jubet V. D. dum codd. græcismum istum confirment, in Misc. Obs. Vol. v. T. 1. p. 115. *Sacremus* Mentel. Damnat Burm. qui pronuntiat *animos* pro *oculos* frustra correxisse Guy.—24 'Quia bis *dies* non valde eleganter recurrit, et sequens distichon desideratur in Leid. 2. et Dorvv. hinc suspicio nonnulla de mendo suboriri posse videtur, et *nec. r. quies f.* præstaret.' *Burm.* Sed vulg. tuetur Lachm. *Non red.* Groning.—25 'Nihil mutand.' *Broukh.* '*Cythere* vult Guy. Resistit Heinsius; jure.' *Barth.* 'Dubitans ad quam personam *Velles* referend. esset, emendabat Guy. *vincire, Cythere, V.* Sed præcessit 'tibi:' et, si ad Cynthiam et Propertium 'nos vincire' referri non posse, nisi tertia requiratur persona, quis contendat, corrigi posset *Vellent*, fata nempe. Certe *catena* solicitanda non est, propter Tibull. IV. 5. 15. Malebat Markl. *hærenti*, sed *hærentes* non muto. *Catenam* optime Broukh. asseruit, aliisque Veterum locis illustravit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. p. 116.' *Burm.* Nihil opus esse τῷ *Vellent* pronuntiat Lachm. qui, 'Hactenus,' ait, 'placet magis quod Guy. excogitavit, nisi quod *catenam* ita nobis eripi non facile patimur. Quod si quos offendit *dies* in fine duorum distichorum positum, eis accedere me profiteor, qui Propertium ita scripsisse existimo, *Velles, ut n. solveret, Idalie.* 'Solvere' pro, solvi, more satis evulgato.' *Venus o vincire* Eld. ad Burm. literis.—26 Censet Burm. emendari posse *illa;*

NOTÆ

20 *Ostendes matri*] Sic apud Anacreontem ad matrem Venerem Cupido conqueritur ab apicula vulnus acceptum.

21 *Necdum inclinatæ mammæ*] Nondum propendentes, ut solent a partu. Lacte enim intumescunt mammæ; quo post exhausto, laxiores esse solent.

Ludere] Vel obscœnum est, vel saltem idem est, quod Gallice *folâtrer*, Græce παίζειν vel ἀφροδισιάζειν.

22 *Viderit*] Illi curæ sit, cui partus et rugæ comites pudorem incutiunt.

23 *Oculos satiemus amore*] Ad saturitatem usque pascamus oculos.

Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ,
  Masculus et totum fœmina conjugium.
Errat, qui finem vesani quærit amoris:
  Verus amor nullum novit habere modum.
Terra prius falso partu deludet arantes,
  Et citius nigros Sol agitabit equos;
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
  Aridus et sicco gurgite piscis erit;

Fallitur, qui modum amoris insani facere *cupit; verus* et sincerus *amor nullum modum* ac finem *habere potest. Tellus agricolas potius fœtu mendaci frustrabitur, ac potius atros equos Sol aget, et fluvii* prius *ad fontes aquas reducere instituent,* prius*que pisces arescent* in *mari exsiccato, quam meos queam amores ad aliam puellam con-*

sed *ulla*, ne quid dissimulet, vindicari posse dicit e Tibull. IV. 5. 15.—27 '*Sic sint* videtur a Scaligeri mente aut manu. *Tibi sunt* legitur in libr. quinque vetustis; *tibi sint* Groning. Colbertt. quæ vera lect.' *Broukh. Vinctæ* Bon. Neap. Voss. Dorv. *Junctæ*, ait Burm. hic præstat, 'vincire' enim modo præcessit. *Tibi sunt* Regg. Borr. Leidd. Voss. 1. Burinm. et pr. edd. *Sic sint* Exc. Scal. ut edidit, unde *sibi sint* Heins. conjecerat.—28 '*Totum* omn. libr. Tamen Livin. eam vocem ut ineptam traducit, reponitque *tutum:* quod Passeratius exponit: ubi adulterii nulla suspicio. Non perviderunt isti mentem Poëtæ.' *Broukh.* Sic Guy. quoque legit. *Totum* optime, censente Burm. a Broukh. asseritur. Vulpio olim placebat *tutum* vel *notum*, sed postea ivit in Broukhusii sententiam, qui sic exponit: 'Plin. X. 34. 'Pudicitia illis [columbis] prima, et neutri nota adulteria. Conjugii fidem non violant, communemque servant domum.' Itaque unus mas unaque fœmina *totum* componunt matrimonium.'—31 *Salso* Dousa P. conj. quod minime arridet Burmanno. *Falsos* Heins. II. Advers. 5. p. 244. et N. p. 691. Quod inutile esse statuit id. Burm.—32 'Tit. mirifico acumine nobis reposuit *pigros*, VIII. Loc. Contr. 11. probe eo nomine depexus a Scaligero.' *B. B.* Heins. conjecit *Stygios*, vel *nigros* pro infernis interpretabatur, quod præfert Burm. qui, '*Pigros*,' ait, 'f. propter 'citius,' Tit. quem merito explosit Scaliger in Castigationibus sub Ivonis Villiomari nomine in Locos ejus Contr. editis p. 148. cui in Assertionibus suis p. 170. frustra se opposuit Titius.'—33 *Agitare* Borr. Heinsian. quod ex vs. præc. repetitum censet

NOTÆ

27 *Exemplo junctæ sint columbæ*] Imitare columbas; quid enim agendum sit in amore, nos ipsæ docent, cum sese continuis osculis mutuo prosequuntur. Ov. II. A. A. 'Quæ modo pugnarunt, jungunt sua rostra columbæ, Quarum blanditias verbaque murmur habet.' Martial. II. 66. 'Amplexa collum, basioque tam longo Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum.'

28 *Masculus et tot.* [*tutum*] Columbis ignota sunt adulteria; conjugii fidem non violant, servant domum, nisi cœlebs aut vidua domum relinquit; et imperiosos mares subinde, etiam iniquos, fœminæ ferunt.

30 *Verus amor*] Idem dixit I. 19. 'Trajicit et fati littora magnus amor.' Ibid. 'Non satis est ullo tempore longus amor.'

31 *Terra prius*] Spem agricolarum fallet, editis pro semente dissimilibus rebus, et forsan zizaniis et lolio. 'In-

Quam possim nostros alio transferre calores.
  Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.
Quod mihi si secum tales concedere noctes
  Illa velit, vitæ longus et annus erit:
Si dabit hæc multas, fiam immortalis in illis.
  Nocte una quivis vel Deus esse potest.
Qualem si cuncti vellent decurrere vitam,
  Et pressi multo membra jacere mero;
Non ferrum crudele, neque esset bellica navis,
  Nec nostra Actiacum verreret ossa mare;

vertere: istius Cynthiæ meæ *ero, dum vivam; istius* etiam *ero, vita defunctus.* * * *Si hujusmodi vitæ rationem vellent omnes instituere, et vino multo onerati corpus somno reficere; non esset noxius ferri usus, neque* esset *navis ad bellum instructa, neque Actiacum æquor corpora nostra* huc illuc *voveret; neque tam sæpe*

Burm. per librarii supinitatem. *A capite* Palat. 1. Damnat Burm.—35 'Libri *dolores:* male. Sed solent hæ voces fere confundi. *Colores* erat in nonnullo.' *Broukh.* '*Possem* Palatt. C. Com. *Dolores* libr. scr. fere omn. et Palat. 1. præterea vitiose *transire dolores.*' Barth. *Conferre dolores* Ask. *Calores* bene restitutum statuit Burm. 'Scripti omn. *dol.* Volscus notat: '*Dol.* et *cal.* legimus.' Hoc posterius Beroaldus dedit, rectissime.' *Lachm.*—37 'Leg. *sec.* ex Groning. Gebhardus, qui *tec.* probat, cur non exposuit?' *B. B. Sec.* margini annotaverat Perreius, idque ex suo Ms. Heinsius, ex v. c. Passeratii Guyetus probarunt. Id requirere 'Illa velint' pronuntiat Burm. et legit Dresd.—38 *Ut a. est* Heins.—39 *Has* Bon.—41 '*Cuperent* duo scripti teste Heins. cum Neap. et ita quoque V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. 1. p. 117. it. Palat. C. Com. Guarn. Videtur sane languidior versus tot spondæis effici.' *Barth.* '*Cuperent* unus Colb. tres Voss. Dorvv. meus 2. licet in marg. *vellent:* et hoc Dorvillio placebat. *Vellem* est in pr. edd. Aldd. Junt. ceterisque vetustioribus. *Cupient deducere* Exc. Mod. s. Groning. *Cuperent deducere* Voss. 4. Dorv. 2. Sed *decurr.* probum est.' *Burm. Cuperent* tuetur Lachm. et exhibet.—43 'Sic in quinque libris exaratum reperimus. Alii habent *crud. esset, neque b. n.* numero laxiore, nec satis ad gravitatem Propertianam. Rident hæc, qui non intelligunt: videant sane: at tu Horatio crede, 'Non quivis videt immodulata poëmata judex.'' *Broukh.* Id. sentit Barth. *Crud. meum est neq.* Mentel. notante Burm. *Crud. est nec* Heinsian. unde legend. pronuntiat Burm. *crud. esset, neque b.* ut habent Regg. Colbertt. Neap. Vat. 2. Exc. Mod. Leid. 2. Ask. Burm. 2.

NOTÆ

felix lolium, et steriles nascuntur avenæ. Pro molli viola, pro purpureo narcisso, Carduus et spinis surgat paliurus acutis: [Virg. Ecl. v. 37.] ac, ut ait Ov. III. Amor. 9. 'Irrita decepti vota colentis erunt.'

33 *Ad caput incipient revocare*] 'Caput' aquæ locus est, ex quo nascitur; unde, si ex fonte nascatur, fons est 'caput,' &c. Vid. Ulpian. L. 1. §. Caput aquæ. Horat. 1. Od. 29. 'Quis neget arduis Pronos relabi posse rivos Montibus, et Tiberim reverti?' Ov. Ep. Œnones: 'Cum Paris Œnone poterit spirare relicta, Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.'

44 *Actiacum mare*] Quod nempe promontorium Actium in Mare Ioni-

Nec, toties propriis circum oppugnata triumphis,
  Lassa foret crines solvere Roma suos.
Me certe merito poterunt laudare minores:
  Læserunt nullos pocula nostra Deos.

propriis triumphis lacessita Roma suos capillos effundere et lacerare, suos lugendo cives, *fatigaretur. Ista equidem* et *jure posteri laudare poterunt. Nostri* vero

et pr. aliæque edd. Male Valens Guellius ad Virg. Ecl. IV. affert *N. bellum crud. esset, n. b.* judicante Burm. qui statuit nihil opus esse conjectura Francii, *crud. foret, non b. n. Non nos. Manus* pro *navis* Dorv. 1. ' *Crud. neque esset* alii codd. Neap. quoque, ne Burmanno credas. Alii *crud. ess. neq.* Neuter vs. habet optimos numeros; sed certe bacchius in illa sede, *neque esset*, vitiosus est, neque amphibracho melior. Fateor tamen Propertium in h. re aliquando negligentiorem fuisse.' *Lachm.* qui exhibet primam earum lectt. quas memorat.—44 ' *Verr.* Colbertt. Reliqui omnes *vert.* Illud Scaligero placuit, cujus ductum hic sequi lubet: et sane ita loquitur optima antiquitas. *Adriacum* Groning. Borr. pro vulgato ac probo *Act.* Nec tamen monerem, utpote leviculum, nisi crederem transcriptum fuisse de bono exemplari.' *Broukh.* ' *Adr.* Guarn. Dresd. *Vert.* non pauci libr. scr. et impr. Non male. ' Verrere ' enim rectius usurpatur de ipso mari, quod verritur, quam de eo quod verrit.' *Barth.* qui tamen *verr.* edidit. ' *Act. verr.* recte edidit Broukh. cum in scr. exemplaribus antea legeretur *vert.* quod quidem extat in Regg. Borr. Groning. Ask. Harl. Leidd. tribus Voss. Dorvv. meis, et cett. codd. primisque edd. Aldd. Junt. allisque, et probasse videtur Guellius ad Virg. Ecl. IV. 38. ut et Passeratius ac Guy. a Scaligero hic dissentiunt. Sed *verr.* probavit Heins. in V. L. ad Claud. II. de R. P. p. 454. idque etiam prætulit Gebh. ad Nostri III. 5. 24. *Acciacum* in nostro 2. et pr. edd. *Adr.* Mentel.' *Burm. Vert.* revocat ac tuetur Lachm.—45 *Nec p. c. t. pugnata* Dorv. 2. Cogitabat aliquando Burm. legend. *patriis*, sed vulg. tandem recepit et explicuit. Legebat Guy. *prop.* (*miserum*) *opp.* quod probare videtur Burmannus.—46 *Passa* Heinsian.—47 ' *Me c.* volebat Heins. ex Ment. et alio scripto, non malo sensu, judice V. D. [Dorvillio sc.] Misc. Obs. Vol. V. T. I. p. 117. cujus cod. [1.] habebat *Nec*, quod et in Guarn. reperitur. *Certa* Brix.' *Barth. Me c.* Colot. Mentel. Voss. 3. *Te c.* Burm. 1. *Nec c.* 2. unus Colb. Voss. 1. et sic 3. pro varia lect. E quibus præfert Burm. *Me c.* ' et ita edidi,' ait, ' quia ad hanc lect. ducit omnium fere codd. consensus: non *Hæc c.* ut edidit Broukh.' Hoc exhibet Barth. illud Lachm. *Possunt* Voss. 4. —48 *Lumina nos.* Voss. 1. Jacobs. in Animadvv. in Eurip. T. II. p. 281.

NOTÆ

um prominens allabitur, unde mare Actium pars est Maris Ionii. Alludit autem ad pugnam Actiacam, Antonium inter et Cæsarem Augustum; qua multi Romani tum telis hostium, tum naufragio perierunt, qui undas maris pro sepulcris habuerunt.

45 *Propriis oppugnata triumphis*] Bellis civilibus oppressa. Quando nempe Romani potentiores conversi sunt in proprios suos cives, quasi in propria viscera, tunc Roma dicitur triumphis propriis oppugnata, ad propriam sc. ruinam. Horat. Epod. 16. ' Altera jam teritur bellis civilibus ætas, Suis et ipsa Roma viribus ruit.'

48 *Læserunt nullos pocula nostra Deos*] Nulla offendimus in conviviis nostris Numina perjuriis aut impiis verbis. Tibull. III. 3. ' Non dicta in sanctos impia verba Deos.'

Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vitæ.
Omnia si dederis oscula, pauca dabis.
Ac, veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides;
Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
Forsitan includet crastina fata dies.

calices nulla violarunt Numina. Tu nunc, o Cynthia, donec fas est, istius vitæ fructum ne sperne aut omitte; pauca basia feres, omnia si tuleris. Et, quemadmodum frondes, quas undequaque quasillis sparsas cernis discurrere, serta siccata deseruere; ita forsan nobis, qui jam amore ardentes spem ingentem concipimus, crastina lux ultimam claudet horam.

legit *spicula nos.* sed citra necessitatem, censente Kuin.—49 '*Tu m. d. l. hinc f. ne d. v.* est lect. primarum edd. Neque causa erat cur quis dubitaret de sinceritate. In uno nostro est *Tu m. d. liceat f.* et sic unus Gebhardi et Groning. In nostro altero *Tu m. d. licet f.* quomodo unus Colb. Regg. Borr. In altero Colb. *Tu m. d. lucet f.* Istud *lucet*, cum in nescio quibus Mss. invenisset Palmerius, non dubitavit calide amplexari; erat enim inusitatum. Invenit, qui sequeretur, Passeratium. Receptam lect. bene exposuit Gebh. Aliquanto pudentius poterant refinxisse, *Tu m. cum liceat, f. h.* Sed, ut dixi, nihil hic debet refingi.' *Broukh. D. liceat f.* C. Com. Exc. Scal. et Mod. Leid. 1. Voss. 3. 4. Dorv. 2. Ask. et sic Frut. *Dum licet f.* Dresd. Palat. 1. *Dum lucet f.* 2. quod merito a Gebh. et Broukh. improbatur, judice Barth. *Dum lucet* etiam Perr. v. c. Neap. Vat. 2. 5. Sed *licet* vindicat Burm. *Licitum est* Bon. '*Hunc* libri omnes [et edd. pr.] omittunt. Recte Calph. 1481. et Volscus 1488. et Beroaldus *hunc f.* dedere. Lucret. III. 927.' *Lachm.*—50 'Sic editur vulgo. *Parva* Dorv. 2. Utroque pollice laudo distinctionem Dousæ F. longe elegantiorem, *Omnia, si d. oscula pauca, d.* Sic in contextu interpungend. judicavi.' *Burm.* 'Sed hæc modestia et continentia,' respondet Lachm. 'ab h. l. aliena est, qui aut h. sensum postulat: Si pauca oscula dabis, omnia dederis; aut eum, quem distinctio antea recepta parit, *Omnia si d. oscula, pauca d.*' Qui vet. lect. exhibet.—51 '*At* Aldd. Colin. cett. pler. *Ac* est e Modii libro et quibusd. aliis, teste Gebh. et ita edd. Scal. Passer. Vulp. Gött. sensu commodiore. *Alentes* Postb.' *Barth. At* Leid. 2. Voss. 1. 4. Burm. 2. Dorv. *Ac* libri Gebhardi ac Passeratii, probante Heins. quod exhibent B. B. B. L. *Coronas* Dorv. 2.—52 *Cyathis* Perr. v. c. Neap. Vat. 2. quod Scaligero placuisse putat Burm.—53 '*Sper.* quod fere libri præferunt, magno conatu defendit Passeratius, et cum eo Gebh. *Spir.* aliis arrisit magis, et in iis Scaligero ac Lipsio.' *Broukh.* qui hoc astruit. '*Sic magn. nob. qui nunc* Neap. Optimo judicio Broukh. secutus fuit Scaligerum, valere jussis Turnebo, Passeratio, et Gebh. *sper.* defendentibus: quod licet tam in pluribus antiquis codd. quam primis aliisque edd. legatur, *spir.* veram Propertii manum esse non dubito.' *Burm.* Bene correctum pronuntiat et Lachm. et sic legunt Frut. et Grut. XII. Suspic. inedit. 14.—54 *Includent* Dorv. 2. *En cludet* Heins. 'sed nihil moveo,' ait Burm. 'nisi f. *inducet* præstiterit,' quod præfert Dresd. et tentaverat Ayrm.

NOTÆ

54 *Includet crastina fata dies*] Quæ includuntur, non sinuntur ultra progredi. Eod. fere sensu Propert. III. 18. 'Tot bona tam parvo clausit in orbe dies.'

ELEGIA XVI.

AD CYNTHIAM.

PRÆTOR ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris,
  Maxima præda tibi, maxima cura mihi.
Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno?
  Ah, Neptune! tibi qualia dona darem!
Nunc, sine me, plena fiunt convivia mensa:
  Nunc, sine me, tota janua nocte patet.
Quare, si sapis, oblatas ne desere messes;
  Et stolidum pleno vellere carpe pecus.
Deinde, ubi consumto restabit munere pauper,
  Dic, alias iterum naviget Illyrias.

O *Cynthia, nuper Prætor ab Illyricis regionibus rediit* Romam, *tibi quidem maxima præda, mihi vero maxima solicitudo.* Tam durus est, *ut saxo Ceraunio lucem amittere nequiverit; heu, o Neptune, quanta tibi munera offerrem*, si hoc evenisset! *Jam modo absque me lauta et splendenti mensa convivia apparantur* sumtuosa; *jam absque me* tum *fores noctibus integris apertæ sunt. Quamobrem, si sapis*, o Cynthia, *oblatas messes ne rejice aut sperne, stultamque pecudem copiose vellere attonde: cum vero postea, absumtis opibus, remanserit vacuus, jube ut rursus*

Ad Cynthiam de æmulo Dresd.—1 *Illyriis* Exc. Scal. et voluit Heins.—3 *Ceraunio* Dorv. 2.—4 'Cur Barth. LVII. Advers. 14. *Vah* legi jubeat, non satis capio.' *Broukh.* Silet Burm. *Verba d.* Exc. Scal. Dorv. 2. a m. pr. et alii Mss. Damnat Burm.—5 *Fiunt tota conv.* Heinsian.—8 Vel *fulvo* vel *Hel-*

NOTÆ

1 *Prætor ab Illyricis*] Elegiam hanc indignabundus Poëta scripsit in Cynthiam, quæ sese suosque amores Prætori diviti et opulento ex Illyrico venienti accommodaverat; idemque exclusus dolet Cynthiam pecunias solum spectare, divitiasque tantum sectari, instar puellarum quarum pudicitia venalis et emtitia est. Illyricum regio fuit ad oram maris Adriatici, Italiæ opposita, cujus fines ab aliis ampliores, ab aliis angustiores circumscribuntur. Pomponius Mela totum maris Adriatici tractum a Tergesto ad Ceraunios usque montes Illyrico attribuit, Danubiumque inter ejus fluvios numerat.

3 *Saxo Ceraunio*] Cerauni montes, seu Ceraunii, qui et Acroceraunii dicuntur, in Epiro sunt ad Ionium usque mare protensi, a fulminibus quibus frequentissime feriuntur sic vocati. Ovid. de Pont. II. 6. 'Cum poteram recto transire Ceraunia velo, Ut fera vitarem saxa monendus eram.' Horat. Od. I. 5. 'Qui vidit mare turgidum, et Infames scopulos Acroceraunia.'

Cynthia non sequitur fasces, non curat honores:
Semper amatorum ponderat illa sinus.
At tu nunc nostro, Venus, o! succurre dolori,
Rumpat ut assiduis membra libidinibus.
Ergo muneribus quivis mercatur amorem? 15
Jupiter! indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas,
Et jubet ex ipsa tollere dona Tyro.
Atque utinam Romæ nemo esset dives; et ipse
Straminea posset dux habitare casa. 20

alias neve repetat Illyrias. Cynthia non sectatur fasces, neque tangitur honoribus; sed semper ipsa crumenam amatorum explorat an gravis sit. Tu vero, o Venus, meo malo fer opem, oro, *ut continuis suis libidinibus corpus elidat. Donis igitur et pretio quilibet amicam emere nunc potest? O Jupiter, turpi ac infami mercede puella perditur. Perpetuo lapillos et uniones in Oceanum ire me* sibi *jubet expiscatum, munerague ex ipsa* sibi *Tyro afferre me præcipit: et utinam nullus Romæ esset opulentus, ac ipse Imperator in tugurio straminæ tecto habitaret: nusquam*

* * * * * * * * * * * * *

leo v. substitui posse censet Burm.—11 ‘ *Nec c.* in Groning. et in uno nostro *non quærit*, quod mihi priore isto rectius videtur.’ *Broukh.* ‘ *Nec c.* edd. omn. præter Broukh. Vulp. Gött. quæ *non q.* ex Borr. et Heinsii libris præferunt, sensu meliore.’ *Barth.* qui Broukh. in edendo sequitur. Sed Burm. defendit *nec c.* quod exhibet cum Lachm. et legunt omn. alii Mss.—12 *P. una* Perr. v. c. Vat. 2. Neap.—14 *Et* Heins.—15 ‘ *Amicam* vulgatt. *Amorem* præter Heinsii libros etiam Dresd. exhibet.’ *Barth.* *Mercatus* Leid. 2. et pr. edd. *Amicam* Ask. Leidd. Burm. 2. in marg. pro varia lect. et priscæ edd. quam lect. ex interpretatione ortam pronuntiat Kuin. *Amores* Vat. 5. *Amorem* Groning. v. c. Passeratii, Vat. 1. Neap. quod probat Heins. et exhibent B. B. R. L.—16 ‘ *Indignum!* vult Palm. Alludit Palat. 1. *indignam.*’ Barth. ‘ *Indignum* ex suo Ms. Palm. Vel parenthesi includend. esset, *J. (indignum!) m. Indigna* tamen non damno, quod optime exposuit Passeratius.’ *Burm.* Reponit Lachm. *J. indignum!* et, ‘ Sic,’ ait, ‘ Palm. teste, Groning.’—18 *Ipso* Borr. Leidd. Voss. 1. 3. Dorv. 1. et priscæ edd. Damnat Burm.—19 *Ipse* Borr. Burm. 1.—20 *Gramia.* Dorv. 2. ut ex suo cod. Scaliger, impro-

NOTÆ

11 *Cynthia non sequitur fasces*] Quia Prætori adhæsit, lepide non esse ambitiosa, sed avara dicitur; non enim Imperii insignia sectatur, Prætorisque fasces, sed ejus tantum crumenam; qua exhausta, ipsum relinquet, sicut reliquit et Poëtam. Rapacis et avaræ mulieris ingenium apprime noverat Propertius.

12 *Amatorum ponderat illa sinus*] Ut exploret loculos, et sentiat an gravis sit ‘ære crumena.’ Ex sinu enim Veteribus pendebat crumena, unde frequens mentio ‘ sinus ’ in condenda pecunia. Ovid. Amor. I. 10. ‘ Quid puerum Veneris pretio prostare jubetis? Quo pretium condat non habet ille sinum.’

18 *Tollere dona Tyro*] Tyros Phœniciæ civitas, conchyliis et purpura nobilis; unde afferri sibi vult a Propertio Cynthia purpureas vestes.

20 *Straminea esse*] Erant tales Priscorum domus. Ovid. Amor. II. 9.

Nunquam venales essent ad munus amicæ,
  Atque una fieret cana puella domo.
Non quia septenas noctes sejuncta cubaris,
  Candida tam fœdo brachia fusa viro;
Non quia peccaris, testor te; sed quia vulgo
  Formosis levitas semper amica fuit.
Barbarus excussis agitat vestigia lumbis,
  Et subito felix nunc mea regna tenet.

tunc puellæ donis forent venalitiæ nec emtitiæ, sed in eadem domo famina senesceret. Nec ideo te increpo, quod septem noctibus secubueris, circumfusis brachiis amplectens tam turpem et spurcum hominem; nec quod peccaveris; verum quod plerumque pulchris puellis *inconstantia perpetuo placuerit*, fueritque grata mutatio. * *

bante Heins. quod bene etiam, judice Burm. refutavit Gebhardus p. 190. *Stramin.* Regg. Colbertt. Groning. et reliqui omn. codd. cum primis aliisque antiquioribus edd. et B. B. B. L. *Nosset* Schrader. sed *posset* esse ex more Propertiano statuit Burm.—21 *Non tam*, quod ex suis codd. profert Passeratius, Burmanno non respuend. videtur. *Amici* Dresd.—22 Alter Colb. et Borr. *uno viro:* ubi f. malles, ait Broukh. *uno toro;* quod defendit et vehementer probat. Mallet id et Heins. Nihil mutand. pronuntiat Barth. 'Uno *viro* Heinsian. et Colb. sed in cujus marg. *domo. Una domo* non solicitand. Broukhusii tamen *uno toro* valde etiam blanditur. *Cara* male Groning. et cod. Livin.' *Burm.*—23 *Cubares* Regg. Borr. Leidd. pr. edd. *Sevicta cubaret* Ask. *Sevincta* Dorv.—24 *Cand.* et *brach.* locum mutant in Dorv. 2. *Jam* Palat. 1. *Tum* Exc. Mod. *Fixa* Mentel. *F. toro* Heins. vel *fessa.*—25 'Perperam *peccarim* Regg. Colbertt. Groning. Neap. Leidd. Voss. 1. Heinsian. Dorvv. meus 2. et pr. edd. *Peccarem* Borr. Conj. Markl. *sector.* Malim *testor* accipere pro, obtestor.' *Burm.* 'Omnes scripti, ut puto, *peccarim.* Beroaldus correxit.' *Lachm.*—27 *Exclusis* Posth. Palat. 1. Bon. Guarn. Dresd. Regg. Colbertt. Exc. Scal. Mentel. Borr. Vat. 5. Ask. tres Voss. Burmm. Dorv. edd. pr. *Excussus* Dorv. 1. '*Exclusus,*' ait Barth. 'cod. V. D. in Misc. Obs. Vol. v. T. 1. p. 119. *Fastidia* vir quidam doct. in Misc. Obs. l. c.' *Nombis* Dorv. 2. a m. sec. quod censet Burm. esse pro, *nommis,* i. e. nummis. *Exclusis nobis* Ayrm. '*Exhaustis, exuctis,* vel *exuccis* Heins. Idem conjecerat *fastidia.* Sed *vestigia* non moveo. *Agitat vix, impia, bulgis* Eld. producto Lucilii versu. Mallem exemplum ex poëta melioris ævi, et quidem elegiaco, ap. quem hæc vox ['bulga'] occurrat.' *Burm.*—28 '*Sua* cod. V. D. [Dorvillii sc.] in Misc. Obs. l. c. unde *non sua* tentat.' *Barth. Nunc*

NOTÆ

'Roma, nisi immensum vires promosset in orbem, Stramineis esset nunc quoque densa casis.' Euryalus autem Hyperbiusque fratres primi dicuntur lateritias domos ædificasse, cum ante non esset pudor 'in stipula placidam cepisse quietem.'

22 *Cana puella domo*] Hoc duplici sensu potest intelligi; vel quod senesceret puella intra eandem domum, nunquam ex ea egrediens, si non essent divitiæ et opes; vel quod puellæ canescerent, efficerenturque vetulæ, unico amatore contentæ, nec subinde novos quotidie quærerent.

Aspice quid donis Eriphyla invenit amaris,
Arserit et quantis nupta Creusa malis. 30
Nullane sedabit nostros injuria fletus?
An dolor hic vitiis nescit abesse suis?
Tot jam abiere dies, cum me nec cura theatri,
Nec tetigit campi, nec mea Musa juvat.

Considera, o Cynthia, quid sibi muneribus Eriphyle funestis paraverit, et quantis doloribus Creusa nupta male perierit. An nulla mea injuria compescet lacrymas? An dolor iste separari non potest a vitiis suis? Tot modo dies effluxere, ex quo me neque studium theatri neque campi me movit, neque etiam me *mea musa delectat.*

---

mea anteponit Burm.—29 'Recte *Aspice*, tanquam in re præsenti. Minus bene in altero Colb. *Accipe*. Recte *amaris*. Guy. [et Livin.] *avaris* legebat. Heins. [II. Advers. 5. p. 344. et Not. p. 698.] *flevit amatis*. Nihil mutand.' *Broukh.* *Accipe q. d. Eriphyle i. amoris* Mentel. *Accipe* etiam Palatt. *Amatis* conjecit Markl. et citavit Ov. IV. M. 218. sed pro *amaris* scripsit Eur. Hipp. 1411. Ὦ δόρα κ. τ. λ. Recte *amaris* tueri Broukh. censet Burmannus, et nihil mutand. pronuntiat Barth. *Invenit* corruptum esse Heinsio assentitur Burmannus, et, 'Scribe,' ait, '*Eriphyla flerit* ultima producta; sic enim in Mss.' Vulgatam Ruhnken. servand. censebat. *Eriphyla* memorat Barth. esse in Palatt. C. Com. Dresd. *Eriphyle* Lond. *Eriphile* Cant. *Eriphyle* scribend. jubet Lachm. quod defendit.—32 *Tuis* Exc. Mod. a. Groning. *Abire* C. Com. Guarn. *V. crescit et usque tuis* Heins. N. p. 698. *Nescit abesse* bene se habere pronuntiat Burm. Refingit Lachm. *Ah d. h. v. n. a. tuis:* quod multis tuetur.—34 '*Mensa* Colbertt. Borr. cum nostris. Quod suspiceris e claustro esse: ubi mensæ quam musæ cura prior. Gebh. lectorem ablegat ad Crepund. suorum III. 20. ubi stabilit *mensam*. Habeat sibi.' *Broukh.* *Mensa* Vat. 5. Palatt. C. Com. Mentel. Neap. cod. Livin. tres Voss. unus Dorv. Burmm. *Musa* reliqui codd. et edd. pr. quod a Passeratio et Broukh. recte præferri pronuntiat Burm. qui hæc addit: '*Nec, mea Musa, tui* Franc. F. ei displicebat *tetigit* et *juvat* in uno eodemque vs. Sed exempla plurima suppeditabunt notæ eruditorum ad Virg. II. Æn. 12. Gratium Cyneg. 45. 416. 426. Calpurn. Ecl. III. 69. et Wopkensius III. Lect.

NOTÆ

29 *Donis Eriphyla invenit amaris*] Eriphyla soror fuit Adrasti, et uxor Amphiarai, quæ, accepto a Polynice aureo monili, maritum suum prodidit, qui sese occultaverat ne ad bellum Thebanum proficisci cogeretur, in quo sese periturum exploratum habebat. Itaque Eriphyla pluris fecit illud monile quam conjugis sui vitam, qui apud Thebas terræ hiatu absorptus est. Sed hujusmodi munus fuit Eriphylæ exitiosum, nam ob id a filio Alcmæone interemta est.

30 *Nupta Creusa malis*] Creusa Creontis, Corinthiorum Regis, filia fuit, quam Jason, repudiata Medea, duxit uxorem: quare indignata Medea ignem suis carminibus inextinguibilem, cum donis nuptialibus in scrinio inclusum, ad Creusam misit. Creusa vero, nihil mali suspicata, scrinium aperuit, unde continuo evolavit ignis, qui Creusam, totamque Creontis regiam, combussit. Ovid. Art. I. 'Cui non defleta est Ephyreæ flamma Creusæ?' Fuit et Creusa alia, filia Priami et Hecubæ, Æneæ uxor, et mater Ascanii, quæ periit in Trojæ excidio. Sed non de hac nunc Propertius.

Ah! pudeat, certe pudeat; nisi forte, quod aiunt,
  Turpis amor surdis auribus esse solet.
Cerne ducem, modo qui fremitu complevit inani
  Actia damnatis æquora militibus.
Hunc infamis amor versis dare terga carinis
  Jussit, et extremo quærere in orbe fugam.
Cæsaris hæc virtus, et gloria Cæsaris hæc est:
  Illa, qua vicit, condidit arma manu.
Sed quascumque tibi vestes, quoscumque smaragdos,
  Quosve dedit flavo lumine chrysolithos;

Ah pudeat, profecto pudeat; si non forsan, ut vulgo dicunt, surdis auribus esse consuevit fœdus amor. Vide ducem illum, *qui vano nuper terrore damnatis militibus replevit Actium mare. Illum amor turpis navibus subversis fugere coëgit, ac in regione peregrina et barbara perfugium quærere.* Illa *hæc est Cæsaris virtus, illa Cæsaris est gloria:* eadem *illa manu, qua superavit hostem, arma recondidit. At utinam omnes illas vestes, omnes smaragdos* et gemmas, *omnes chrysolithos aureo*

Tullian. 7.'—35 'Nostri libr. *At.* Nihil muto.' *Broukh.* *At* habent Palatt. C. Com. Mentel. Neap. Voss. 3. Dorvv. Burm. 1. non male, judicante Burm. qui addit: '*Quod aiunt* non placebat Francio, qui vix poëtis id usurpatum putabat. Nescio an hunc indicet Broukh. cum annotat: 'Vidi quibus hæc locutio plebeium saperet.' Sed recte Ciceronis et aliorum locis eam stabilivit.' *At* anteponit Lachm. *Ni f.* Bon.—37 Heins. in marg. ed. Aldinæ conjecerat *cui fremitus c. inanis.* 'Offendebat enim, ni fallor,' ait Burm. 'duo ablativi conjuncti. Sed innumera ejusmodi exempla sunt ap. Vett.'—39 'Noster unus itemque Borr. *H. insanus;* alter *Nunc ins.* Non est discedend. a lect. vulg. recepta.' *Broukh.* 'Nunc Guarn. *Insanus* Dresd. sed a vulg. non recedend.' *Barth.* *Infans a.* Burm. 2. f. ait Burm. pro, *insanus,* quod legitur in Mentel. *Infamis* a Passeratio astruitur, et huic lect. acquiescit Burm. licet aliquando conjecerit *fatalis.*—40 'Eleganter Groning. cum Colbertt. et nostris duobus *extremo:* quomodo Mem. Palatt.' *Broukh.* '*Externo* vulgg. contra opt. codd. fidem.' *Barth.* *Extremo* exhibent B. B. B. L. *Externo* Leid. 2. aliique codd. et edd. pr. ac vetustiores. Sed *extremo* et recte, judicante Burm. dant Perr. v. c. Colot. Neap. duo Vat. Mentel. et alii melioris notæ.—42 Legend. arbitratur Burm. *vincit, condit et.* —43 'Vett. semper *zmar.* scribebant: neque unquam aliter in vocabulis Græcæ originis, quæ a duobus consonis *sm* incipiebant.' *Broukh.* *Zm.* exhibent B. B. B. 'Scrib. *smar.*' ait Lachm. 'cum libr. scriptis omn. Vid. Huschk. ad Tibull. 1, 1, 51.' *Quasc. sm.* Voss. 3.—44 *Quos flavos ded.* Voss. 1.

NOTÆ

37 *Cerne ducem*] M. Antonium intelligit; cujus exemplum profert, ut ostendat magnos etiam duces indignis et fœdis amoribus esse mancipatos. Antonius enim Cleopatram, Ægypti Reginam, efflictim deperiit; qua eadem comite cum Augusto Cæsare ad Actium ingenti prœlio decertavit, unde subinde fugiens cum sua Cleopatra turpiter in Ægyptum se recepit.

Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas;
  Quæ tibi terra, velim, quæ tibi fiat aqua.
Non semper placidus perjuros ridet amantes
  Jupiter, et surda negligit aure preces.
Vidistin' toto sonitus percurrere cœlo,
  Fulminaque ætherea desiluisse domo?

splendore, quos ille tibi donavit; ista, inquam, omnia utinam *aspiciam violentas tempestates in aërem et inane auferre, quæ tibi* tanquam *pulvis et aqua sint. Non perpetuo pacatus et facilis Jupiter pejerantes amantes ludum jocumque putat, nec* semper *eorum vota surdis auribus respuit aut aspernatur. An aspexisti fragores per totum cælum discurrere, ac fulmina e cælestibus repente tectis decidisse? Ista*

Flavos lum. 4. Dorvv. Burm. 1.—45 '*In ventum* Ayrm. quod jam occupasse Passeratium video, et specie blandiri posset, et præsertim defendi ex Tibull. 1. 4. 18. Recte vero Passeratius *in vanum* exponit, in nihilum, inane: nam hæc neutra Propertio frequentis usus sunt.' *Burm.*—46 'Omn. libr. *Quæ*, bis repetitum. Tamen illud videtur convenientius. *Velim* quoque est in omnibus, nullo dissentiente: quare vix admiserim Scaligeri *precor*.' Broukh. '*Qua* convenientius putavit Broukh. cum Scaligero, et in textum recepit, contra fidem optimorum libr. *Hæc fiet* Palat. C. Com.' *Barth.* qui edidit *Quæ. Qua....qua....fiat* probavit etiam Heins. ad Val. Fl. v. 85. et exhibet Burm. In omn. libris, et pr. et ceteris vetustis edd. est *Quæ....quæ....fiet:* quod, admisso *fiat*, præfertur a Dorvillio ad Charitonem p. 684. Neque scripti aut editi agnoscunt *precor*. *Qui....qui* placebat Guyeto. 'Scripti universi *fiet*, et bis *Quæ*. Illud falsum est: hoc mutari non debuit. *In vanum* vs. præc. bene tuetur Wakef. III. 17.' *Lachm.* *Fiat* exhibent B. B.—49, 50 '*Vidistis* est in libris; lapsu prono. [Id. censet Barth.] Pro *toto* reponit Heins. *moto*, et *proc.* ubi nunc est *perc.* Nihil verius puto. *Proc.* verbum est militare, et plus aliquid notat quam *perc.* *Sonitus* haudquaquam est mutand. in *tonitrus*, quod volebat aliquando amicus quidam meus. ['Intelligit Francium,' ait Burm. 'qui sic conjecerat in marg. ed. Aldinæ, quod exemplar manu ejus conscriptum asservo.'] *Desiluisse:* leg. *diss.* auctoribus nostris membranis et Grouing. Passeratius quoque ita conjecerat.' *Broukh.* qui cum Burm. exhibet *moto.... proc.* '*Vidistis* Posth. Dresd. Guarn. *Dissil.* Dresd. *Desil.* magis placet cum Vulp. et Gött.' *Barth.* '*Vidistis* edidi, quia sic legitur in Regg. Colbertt. Neap. Exc. Mod. Borr. cod. Livin. Leidd. tribus Voss. Ask. Dorv. meis, cum pr. edd. quem tot codicum parem consensum non facile librariorum lapsum pronum cum Broukh. existimo, qui [cum Barth.] *Vidistin'* edidit, sed potius longe elegantiorem lect. ['Cum tamen,' ait Kuin. 'per omnem El. Cynthiam solam Poëta alloquatur, cum præcesserit 'Aspice,' 'Cerne,' add. vs. 55. Broukhusio potius astipulor.'] *Toto* in iisd. fere omn. codd. et edd. non *moto*, ut vindicavit Heins. ad Ov. III. F. 347. Id. *proc.* pro *perc.* quod in plerisque codd. et pr. edd. in quibus est *Flum.* et *desil.* pro quo correxit *Fulm.* et *dissil.* totumque l. sic constituebat II. Advers. 5. p. 145.

NOTÆ

46 *Quæ tibi terra, velim*] Similis omnino imprecatio est ap. Tibull. nostrum 1. 9. 'Muneribus meus est captus puer; at Deus illa In cinerem et liquidas munera vertat aquas.'

47 *Perjuros ridet amantes*] Attamen Ovidius, contra mentem Propertii, Art. 1. 'Jupiter ex alto perjuria ridet amantum, Et jubet Æolios irrita ferre Notos.' Tibull. noster 1. 4.

Non hæc Pleiades faciunt, neque aquosus Orion;
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Perjuras tunc ille solet punire puellas;
Deceptus quoniam flevit et ipse Deus.
Quare ne tibi sit tanti Sidonia vestis,
Ut timeas, quoties nubilus Auster erit.

non faciunt Pleiades, nec nimbosus Orion, neque ita sine causa fulminis violentia desilit. Tum Jupiter consuevit pœnis supplicioque afficere fœminas infideles ac perfidas; quandoquidem ille *ipse etiam Deus* ab iis *delusus* olim *doluit. Itaque ne tam magni facias Sidonias vestes; ut* inde *metuas, quotiescumque nebulosus Auster flabit.*

Audisti moto s. prov. c. Dissil. etiam hic præferre videtur Valens Guellius ad Virg. XII. Æn. 923. *Disil.* Avk. Et huic lect. favet illud Horatii I. Od. 34. 6. Sed has Heinsii emendd. et, quibus eas astruit, Broukhusii rationes, animadversione prolixa repudiavit Hemst. qui *toto* et *Fulmina desil.* propugnat.' *Burm. Moto* et *proc.* damnat Kuin. 'Hoc distichon, a criticis fœde interpolatum, ita scriptum rectissime sistunt libri omnes: *Vidistis toto son. perc. c. Fulminaque æ. desil. d.* nisi quod *dissil.* in nonnullis, male tamen.' *Lachm.*—51 *Nec aq.* Dresd. quod conj. Franc.—52 *N. si* Mentel. *Non sic* Franc. *F. ora* Heins. ad oram ed. Ald. *Ora* Mentel. sed *ira* optime se habere pronuntiat Burm. *Cadet* Bon.—53 *P. Deus ille* Guy. 'f. elegantiam,' ait Burm. 'in repetitione vocis *Deus* quærens, quam ego nullam agnosco.' *Ipse* Mentel. Heimsian.—54 *Ille* in aliis.—55 *Non tibi* Bon.—56 *Nubilus* Mentel. 'Ceterum,' ait Burm. 'Elegiæ finem hic faciunt omnes codd. et edd. antiquissimæ, novamque ordiuntur ab illis, 'Mentiri noctem' et seqq. quæ cum his connecti primus jussit Scaliger. Sed Livin. cum illa jungendam existimat El. 14. [nobis 16.] quæ incipit 'Assiduæ multis odiam' et seqq. et certe hæc El. invectus fuit in prætorem illum, quocum perfida Cynthia suo induxerat genio, in ceteris queritur se ab amica exclusum: unde novæ sequenti Elegiæ 'Mentiri noctem,' &c. codd. et edd. vetustæ titulum præfigunt, *De exclusione;* huic vero *Ad Cynthiam*, vel, ut in meo 2. *Ad Cynthiam, de Æmulo.* Præterea versus hic, 'Quae me tibi sit,' &c. veluti formula Propertio communis est, qua sæpissime Elegias absolvit, tanquam monito, præcedentia terminante.' Hæc cum seqq. continuant Broukh. Burm. Hæc a seqq. separant Barth. Lachm.

NOTÆ

'Nec jurare time: Veneris perjuria venti Irrita per terras et freta summa ferunt.'

51 *Pleiades*] Dicuntur et Latine Vergiliæ, suntque septem stellæ inter os Tauri caudamque Arietis positæ. De his jam supra diximus.

Aquosus Orion] Sidus est procellosum. Unde Plin. XVIII. 28. 'Tempestates ab horridis sideribus exeunt, ut Arcturo, Orione, Hœdis,' &c. Virgil. Æn. IV. 'Dum pelago desævit hyems, et aquosus Orion.'

54 *Deceptus flevit*] Aliquando etiam Jupiter delusus mulierum perfidiam conquestus est.

55 *Sidonia vestis*] Purpurea: Sidon enim civitas est Phœniciæ, vicina Tyro, cujus conchylium et purpura celebratur.

ELEGIA XVII.

DE EXCLUSIONE.

MENTIRI noctem, promissis ducere amantem,
  Hoc erit infectas sanguine habere manus.
Horum ego sum vates, quoties desertus amaras
  Explevi noctes fractus utroque toro.
Vel tu Tantalea moveare ad flumina sorte,
  Ut liquor arenti fallat ab ore sitim;

Noctem polliceri fidemque fallere, promissionibus vacuis *amatorem lactare, istud erit fœdatas cruore manus habere: ista ego explorata habeo, qui toties exclusus* a te *tristes exegi noctes, utraque lecti sponda fractus.* Quamvis autem *tu aut tangeris* misera *Tantali in aquis conditione, quomodo* nempe *aqua ab ore ejus sicco* fugiens

Queritur se exclusum ab amica Dresd.—1 *Mentiris* Voss. Burm. 2. quod damnat Burm. *Fallere* Guarn. Voss. 3. Dorv. 1. Burm. 2. in cujus marg. *ducere*, quod rectum esse pronuntiat Burm. Ead. notione, quam hic habet *ducere*, Græcis διάγειν poni docet G. D'Arnaud. Animadv. Crit. 31. p. 175. *Amantes* Regius.—2 *Erat* ex suo cod. prætulit Scaliger. Ita etiam legend. monuit Livin. et sic Dorv. 2. neque tamen, ait Burm. *erit* rejicio, ceteris codd. et edd. vetustis in hoc consentientibus. Damnat Burm. *infestas*, quod habent edd. Livin. Gebh. Volsc. Wecheliana.—4 *Dolo* Ayrm. *Jactus* Heins. Neutrum placet Burmanno.—5 'Scaliger in suo invenerat *movearis fl.* et Græcanicam, ut ait, locutionem multis ibi explicat. [Improbant Guy. Heins. Gebhardo etiam durum et insolens videtur. Recte, judice Burm. Livineius explicat: Licet Tantali ad flumina positi sortem miserearis.] Quæ in iterata ed. bene omisit. Pace viri summi, *Tantalea sors ad flumina* est Propertiana locutio.' *B. B.* qui monet *Tantalia* esse in Brix. et Venet. Suspicabatur Grut. XXII. Suspic. inedit. 13. reponi posse *moveris fluminis arte*. Sed explicationi, quam dat Grut. suæ emendationi, viros eruditos haud opinatur Burm. adjecto calculo suo consensuros esse.—6 'Vel pro *Ut* Posth. inepte. *In ore* mavult Heins. invito idiotismo Propert. *Ab ore sibi* Palat. 1.' *Barth. Vel*

NOTÆ

1 *Mentiri noctem*] Significat summum esse scelus in fœmina, delictumque parricidio simillimum, promissis non stare; nihilque esse ostendit amatore infelicius, cujus miserias Tantali tormentis Sisyphique laboribus majores esse dicit.

4 *Fractus utroque toro*] Per utramque lecti partem versatur, qui dormire non potest, noctemque ducit insomnem; quod accidère solet ægris et dolentibus, atque etiam amantibus: ut ait Ovid. Trist. IV. 3. 26. 'Fessaque jactati corporis ossa dolent.'

5 *Tantalea sorte*] De Tantalo jam supra pluribus egimus. Hic torqueri dicitur in Inferis perpetua fame et siti in mediis aquis, quibus mento tenus immergitur, et quæ os ejus effugiunt, et in mediis pomis capiti ipsius imminentibus, quæ tamen non potest attingere.

Vel tu Sisyphios licet admirere labores,
  Difficile ut toto monte volutet onus;
Durius in terris nihil est, quod vivat, amante,
  Nec, modo si sapias, quod minus esse velis.
Quem modo felicem, invidia admirante, ferebant,
  Nunc decimo admittor vix ego quoque die.
Nunc jacere e duro corpus juvat, impia, saxo,
  Sumere et in nostras tetra venena manus;
Nunc licet in triviis sicca requiescere luna,
  Aut per rimosas mittere verba fores.

sitim frustretur; vel quamvis cum stupore, nec sine miseratione, consideres Sisyphias pœnas, quomodo tantum pondus integro monte volvat; nihil tamen *est quod vivat in mundo miserius amatore, neque quod minus esse cupias, si bene mentis sis compos. Jam ego ægre admodum qualibet decima die ad amicam introducor, quem nuper, obstupescente etiam livore* ipso, *beatum prædicabant. Jam mihi animus est,* o *perfida, me ex abrupta rupe dejicere præcipitem, aut manibus propriis mixta veneni pocula bibere. Jam cogor in compitis arida luna jacere, vel voces immittere per rimosam* puellæ meæ *januam. Quæ quanquam sic se habent, heram* tamen *ei*

Voss. 1. Mentel. Heinsian. Damnat et Burm.—7 'Quia,' ait Burm. 'h. vs. *licet admirere labores* et mox *invidia admirante*, admodum inconcinna repetitione, jure offendunt, reponere tentabam *annitare labore*, et mox *volutat*.' —8 *Toto* non placet Heinsio. *Prono* conj. Eld.—11 '*Mœrente* vel *affirmante* [Prius anteponit Burmannus] vult Heins. Advers. p. 344. Majus quid est, si invidi ipsi mirantur felicitatem alterius.' *Barth. Admir.* depravatum notat Markl. ad Stat. Sylv. p. 62. et existimat Propertium scribere debuisse *ringente* vel *fremente*, ultimo rationi metricæ adversante, notante Burm. Legebat Eld. *haud mirante*. 'Possis etiam,' ait Burm. 'hariolari *adversante*; vel *indignante*, vel *allatrante*. Sed vulg. potius servemus, si paulo ante pro *admirere* commoda emend. aliud verbum substituatur.'—13 Valde blanditur Burmanno conjectura Anrati, quem sic legisse annotaverat Frut. *juvat in freta s.* Lachm. edidit *jubet impia s.*—14 'Magis mihi placet lectio unius Regii, *tetra*, quod et alii jam e suis protulerunt, et habebant primitus cusi. *Trita* valde est languidum.' *Broukh.* '*Trita* plerique libb. sed et Gebh. jam monuit *tetra* esse in aliis libr. *Tuta* Palat. *Tertia vena* Brix. Monstra lectionum.' *Barth.* 'Gebh. *tetra* recte vindicat, ut et Passeratius. Et certe latet hoc in primarum edd. scriptura, *tetia vena*. In Aldd. Junt. ceterisque vetustioribus *trita*. Pro *nostras* Grut. XXII. Suspic. ined. 13. legit *mœstas*, sed sine codicum auctoritate.' *Burm. Tetra* exhibent B. B. B. *Trita* defendit Lachm. qui dicit ita esse in Regio 'et aliis perpaucis.'—15 *Nec* plerique, ut ait Barth. codd. probante Vulp. *Nunc libet* Guy. probante

NOTÆ

7 *Sisyphios labores*] De Sisypho etiam jam supra. Hic filius fuit Æoli, qui cum Atticam latrociniis infestaret a Theseo occisus est: dicitur autem eo genere supplicii apud Inferos plecti, ut ingens saxum in montis cujusdam verticem volutet, quod cum ad summum magno molimine pœne extulerit, subito deorsum relabitur. V. Hygin. Fab. LX. Ovid. Met. IV. Lucret. lib. III.

15 *Sicca requiescere luna*] In triviis

Quod quamvis ita sit, dominam mutare cavebo.
Tum flebit, cum in me senserit esse fidem.

amores cavebo ne commutem; tunc enim puella mea *dolebit, quando mihi esse sinceram fidelitatem cognoverit.*

Dorvillio in Obs. Misc. Vol. v. p. 123. 'In libr. scr. omn. *Nec*, quod Beroaldus primum mutavit. Sed *Nec* verum est. Ceterum, ut verum fatear, hic l. f. nondum persanatus est; tum demum, si fallor, ab omni parte placiturus, si vv. alio ordine positis legamus *Nec licet in triv. . . . . Aut per . . . . Nunc jacere . . . . Sumere et . . . .* Sed hanc quidem transpositionem certam præstare nolo: hoc scio, nihil juvare sensum emendationem Guyeti, *Nunc libet*, aut Aurati commentum, *in freta*.' Lachm.—17 'Ita omn. libr. et recte. Scaliger suspicabatur *dominæ mutire:* sed in ed. altera sprevit. Mirificum vero acumen Pontani, *dominam futare* hic nobis concinnantis II. Analect. 2. Vulgatam ex ipso Prop. recte stabiliverunt Passeratius et Gebh.' *Broukh.* 'Caveto emend. Heins. [et mox] *in te* id. [Sic.].' *Barth. Vitare* Dorv. 2. Pontani correctio et Heinsio et Burmanno displicuit. 'Sed postea,' inquit Burm. 'videtur resipuisse, quia in Notis Mss. quas suo operis illius exemplari, quod ap. me extat, alleverit, duce Gebh. III. Crepund. 20. *mutare* retinend. esse [pronuntiavit.] *Caveto* et mox *in te* legebat Guy.' —18 'Vulgatæ *cum mi;* quod quare Gebh. melius putet, non video. Omn. libr. consentiunt, *cum in me;* etiam ii quibus ille usus.' *Broukh.* 'Cum mi Aldd. aliæque edd. antiquæ: unde *mihi cum* placebat Francio. Sed *in me* Perr. v. c. Mentel. Borr. Groning. duo Livinei, ceterique et pr. edd. Recte igitur id recepit Broukh.' *Burm. Tum in me* Brix.

NOTÆ

pernoctare interdum solent amantes. 'Sicca' porro 'luna' dicitur a pluribus luna decrescens, quia tunc ventus magis ac fortius spirare solet. Horat. Od. I. 25. 'Thracio bacchante magis sub interlunia vento.' Plin. XVII. 9. 'Quocumque tempore facere libeat, curandum ut ab occasu æquinoctiali flante vento fiat, lunaque decrescente ac sicca.'

ELEGIA XVIII.

AD CYNTHIAM.

Assiduæ multis odium peperere querelæ:
Frangitur in tacito fœmina sæpe viro.

Continuæ plurimis odium querimoniæ pararunt: sæpius enim in taciturno om-

'Hanc El. Livin. cum superiore optime cohærere judicat, ut disjungendæ

NOTÆ

1 *Assiduæ querelæ*] Illum hominem amatorem dicit fore amicæ gratiosiorem, qui plurima dissimulando tacebit, neque sæpius de perfidia, levita-

Siquid vidisti, semper vidisse negato:
Aut siquid doluit forte, dolere nega.
Quid, mea si canis ætas candesceret annis, 5
Et faceret scissas languida ruga genas?

niaque patiente *homine puella vincitur. Si* vero *tu conspexeris aliquid, dic perpetuo te non* id *conspexisse; vel si forsan aliquid* tibi *molestum fuit,* illud tibi *dic non fuisse molestum. Quid si mea ætas jam præ senio canescat, ac flaccida ruga*

minime videantur. Indoles tamen utriusque paulum differt, et ille vs. [El. 17. ult.] aptius aut majore cum vi alibi quam in extremo Carmine collocari non potuit. At vero, quæ vs. 22. [huj. El.] sequuntur, ea alius penitus argumenti esse neque ad h. Carmen pertinere adeo perspicuum est, ut id ante nuperum editorem nemini in mentem venisse admirer. Sed nimirum oberant eis, quominus hoc viderent, Scaligeri transpositiones, magis hic quam alibi inanes: tum perversa, quam Vulp. ac Burm. discussere, versus 20. interpretatio. Objici potest in fine [nobis vss. 21. 22.] abruptam nimis esse sententiam: sed hoc quoque amatoris secum querentis animum decet. Accurate interpretando effugiemus emendationis [sc. in vs. 22.] temeritatem. [Respicit ad Guy.]' *Lachm.*—5, 6 '*Caneret* nostri libri et Colbertt. cum Borr. Recte. *Faceret* est in iisd. necnon in Regg. [Utrumque in Bon.] *Candeat* et *faciat* Groning. Illud etiam Regg. 'Canere' autem, ut Scaliger monuit, utraque conjugatione usurpabant Antiqui. Sic et 'cavere,' et 'fervere,' et innumera alia.' *Broukh.* '*Q. m. si c. æ. canesceret a.* Dresd. Neap. *Q. si alium c. æ. mea caneret a.* Dorv. [1.] *Q. si jam c. æ. m. candeat a.* et *faciat* Groning. cum Brix. Venet. Aldd. cett. in qua lect. acquiescend. pronuntiat Wakker. Amœn. Lit. 12. p. 77. In Palat. 1. et C. Com. est *canere*, quod alludit ad lect. receptam Broukh. Vulpio, et Gött.' *Barth.* '*Q. si jam canis æ. m. caneret a.* repositum fuit a Scaligero. Sed exemplum huj. verbi 'canere' pro, canescere, merito quis desideret. *Candeat* Leid. 2. Voss. 4. Mentel. Exc. Mod. 2. Groning. Vicent. Venet. 2. Junt. aliæque vetustæ edd. *Caneat* Voss. 3. et Ask. *Caneret* arripuisse Broukhusium miror; sed Scaligero assensus est. *Vergeret* ad oram ed. Ald. conjecerat Heins. vel *ætas mea marceat.* Sed ex Neap. præferend. videtur *Quod mea si canis æ. caneceret a.* unde id. Heins. *marcesceret*, vel, quod potius videtur, *candesceret:* idque probat Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. p. 124. qui ipse tentabat *æ. mea canderet*, ut *candëre* pro, candëre, dicatur. Sed neutrius exemplum adduci posse arbitror. Neque admittebat Bentleii *ætas mea curreret*, ut ille conjecerat ad Horat. 11. Od. 5. 13. et hoc quoque cod. suo ascripserat Francius. Quod licet vulgata lect. multo accommodatius videtur Hemsterhusio, locum tamen h. modo persanatum esse non credidit [sc. Hemsterhusius: cui videtur ulcus aliquod inveteratum in recessu latere:] et illam Bentleii conjecturam improbat quoque Schraderus 1. Obs. 5. p. 66. acquiescens emendationi Heinsianæ *canis candesceret:* quod et ceteris aliorum conjecturis præferend. videtur. Et favet locus e Ciri, vs. 320. ['Recte,' ait Kuin. 'et *candesc.* ob rationes a Burm. allatas in ordinem recepi.'] *Peraret fissas* conjecerat Heins. Sed vulg. tu-

NOTÆ

te, et inconstantia muliebri conqueretur, cum multos amantes hujusmodi querelarum genera effecerint odiosos et invisos.

2 *Frangitur*] Deponit iram ac placatur, fitque mansuetior fœmina, quando vir non est jurgiosus, nec assidue querulus, sed multa dissimulat. Ut vidimus supra Eleg. 5. hujus lib. 'Omne in amore malum, si patiare, leve est.'

At non Tithoni spernens Aurora senectam
Desertum Eoa passa jacere domo est.
Illum sæpe suis decedens fovit in ulnis,
Quam prius abjunctos sedula lavit equos.

proscindat faciem meam? *Sed neque Aurora, aspernata Tithoni senectutem, permisit* ipsum *solum* in *Eoa domo dormire. Hæc ipsum frequenter, abire parata, sua inter brachia calefecit, antequam festinans equos suos dejunctos ablueret. Cum*

entur quæ hic notavit Passeratius, et Patruus meus ad Ov. I. Amor. 14. 18. Eid. Heinsio *flaccida* vel *arida ruga* corrigend. videbatur.' *Burm.* 'Tempus est ut ineptum illud *cáneret* e Latinitatis terminis expellatur. Quid reponend. sit, difficile dictu est. Hic quoque Propertium Groningano salutem debere malo, ut reponatur *Quid, si jam canis æ. m. candeat a. Et faciat.* Ita hæc in Groning. scripta testantur Livin. et Broukh. *Faciant* ex Mod. Exc. Burmannus notat: ex iisd. Heinsius Advers. II. 17. *candeat a. Et faciat.* Vat. ap. Livin. habet *faciat. Candeat* multi, in quibus Mentelianum Burm. numerat, negante Broukh.' *Lachm.*—7 *An* Regg. Guarn. Colb. 2. Neap. Voss. 1. Burm. 2. Dorv. 1. quod ex membranis Palatinis et C. Com. præfert Gebh. *Et* Burm. 1.—9 Damnat Burm. *desertum f.* quippe quod ex præc. vs. irrepserit. Id habent Borr. et Heinsian. *Disced.* C. Com. 'Markl.' ait Lachm. '*descend.* vult: sed nihil muto.' '*Acced.* Ayrm. et sic conjecerat Broukh. ascripseratque hoc confirmari a Groning. in quo *exced.* Sed videtur id postea abjecisse, quia in Notis editis omisit.' *Burm. Undis* Groning. Guarn. Dresd. et sic plerique codd. et edd. vett. Correxit Beroaldus.—10 *Advinctos* Guarn. *Adjuncto* Dresd. *Adjunctos* Palatt. Borr. Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. et priscæ edd. ut Brix. Venet. Aldd. 'Quod ferri potest,' ait Barth. 'si vocem in ampliatione, ut dicunt, sumas: si adjuncti fuerunt. *Abjunctos* est ex emend. Scaligeri, cui subscribunt Passeratius, Broukh. Vulp. Gött.' *Q. primum adjunctos* Exc. Mod. s. Groning. Ask. Voss. 4. 'quod,' ait Burm. 'f. admitti posset, licet viri eruditi *Quam prius* pro, Priusquam, positum notent. *Abj.* bene correxit Scaliger, probante Barth. ad Stat. I. Sylv. 3. 76. Male h. lectioni obloquitur Gebh. *Adjunctos s. adivit* vel *movit* conjecerat Heins. *Pavit eq.* Ayrm. Sed *abj. s. lavit* vera et sana lect. est. Ceterum totum h. l. 'At non Tithoni' et seqq. non cohærere cum superioribus, et alterius El. ἀποσπασμάτιον esse censebat Scaliger. Cohærere satis hæc videntur cum præced. disticho, 'Quid si jam canis,' &c. sed expendend. viris doctis propono, an hic non turbatum fuerit in codd. ut passim ap. Nostrum, et nulla fere El. hoc præsertim in libro membris integris constat. F. igitur distichon hoc 'Illum sæpe suis,' &c. trajiciend. est post vs. 16. ut singula hoc tenore conjuncta decurrant: 'At non Tithoni....Illa Deos, currum....Illum sæpe suis....Illum ad vicinos' &c.' *Abj.* præclare et vere cor-

NOTÆ

7 *Tithoni spernens Aurora senectam*] Exemplo Tithoni, quem, licet senem, Aurora adamavit, ostendit senes non esse contemnendos nec abjiciendos. Tithonus autem filius fuit Laomedontis, Trojanorum Regis, qui ab Aurora dicitur adamatus, raptusque ob formæ præstantiam, curruque devectus in Æthiopiam, ubi Memnonem ex ea genuit. Hujus fabulæ meminit Ovid. Met. IX. Tu videsis.

8 *Eoa jacere domo*] In Orientali regia: 'Eous' enim idem est ac Orientalis, ut dictum est sæpius.

10 *Lavit equos*] Equi tribuuntur Auroræ, atque etiam currus: dicitur autem vehi modo bigis, modo quadrigis. Virg. Æn. VI. 'Hac vice ser-

Illum ad vicinos cum amplexa quiesceret Indos,
  Maturos iterum est questa redire dies.
Illa Deos, currum conscendens, dixit iniquos;
  Invitum et terris præstitit officium;
Cui majora senis Tithoni gaudia vivi,
  Quam gravis amisso Memnone luctus erat.
Cum sene non puduit talem dormire puellam,
  Et canæ toties oscula ferre comæ.
At tu etiam juvenem odisti me, perfida, cum sis
  Ipsa anus haud longa curva futura die.

ipsum complectens apud Indos proximos requiesceret, sæpe doluit citius celeres rursum oriri dies. Ipsa sæpe currum suum ascendens Deorum iniquitatem conquesta est, ac invita mundo suum exhibuit ministerium; ipsique vetuli Tithoni viventis deliciæ et amores longe fuerunt jucundiores, quam fuit acerbus dolor de Memnone extincto. Cum vetulo tam formosam Deam requiescere non puduit, ac toties basia dare senili capiti. Tu vero, o crudelis, me etiam juvenem non amas, quamvis ipsa mox curvata

rexisse pronuntiat Lachm.—12 *Maturum est it. q. r. diem* legebat Guy. Probat Burm. Improbat Heins.—13 ' *Excedens* Posth. *Excendens* Douss. aliquo sciolo inculcante verbum insolentius, non suo l.' *Barth.*—14 *Invisum* legi etiam posse ex Ov. I. Amor. 13. 38. observat Burm. *Ac* Groning.—15 ' Passeratius *Cum* accipit pro, quandoquidem. Atqui Scaliger jam tunc ediderat *Cui*, quod verum est, et ego etiam in quinque libris inveni. Noster 1. habet *Qui*, et Borr. Quod tantund. valet juxta labentium temporum scripturam; interdum quoque pro *Quoi* ponitur. *Cui* codd. Gebh.' *Broukh.* *Cum* vel *Quum* edd. antiq. *Cum* Regg. Colb. 2. *Cui* Perr. v. c. Exc. Mod. Colot. Vat. 1. Mentel. Groning. Dresd. *Huic* Franc. *Quoi* v. c. Fruterii et Dorv. *Quæ* Burm. 2. *Que* Voss. 1. *Tum* Livin. tam in Notis ad h. l. quam ad Paneg. Vet. p. 345. Burmannus putat f. legend. *Tum....civi, Quam....luctus, erant.*—18 ' *Genæ* Groning. Id Palm. calide probavit, credo quia abibat a recepta lect. Sed *comæ* est in omn. reliquis membranis. Itaque minime mutand. utpote quod affectum exprimat multo ardentiorem, et jam a Passeratio firmatum sit ex Apuleio.' *Broukh.* quem recte pronuntiasse pronuntiant Barth. et Dorvillius ad Chariton. p. 689. *Comæ* defendit et Gebh. *Canæ* tamen *genæ*, ait Burm. admitti posset, si pro senis barbata facie exponatur, non pro capite cano.—19 *Et* Guarn. *Me od.* Heins. quod est in Dresd. Non respuit Burm. lectionem sui cod. 1. *An* pro *At*.—20 *Aut* l. Neap. Leidd.

NOTÆ

monum roseis Aurora quadrigis Jam mediam ætherio cursu trajecerat orbem.' Idem Æn. VII. ' et æthere ab alto, Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.'

11 *Ad vicinos quiesceret Indos*] Apud Indos, in extremo Oriente positos, fingitur requiescere ac regiam habere Aurora, quia solem ac diem præveniens semper inde exoritur.

16 *Amisso Memnone*] Memnon filius fuit Auroræ et Tithoni, qui maxima cum Orientalium populorum copia in auxilium venit Priamo, dum Troja ab Græcis oppugnaretur; cumque in bello fuisset occisus, ejus mortem summo luctu et dolore prosecuta est mater Aurora.

17 *Cum sene non puduit*] Turpis est ac pudendus senis amor. Ovid. ' Tur-

Quin ego deminuo curam, quod sæpe Cupido
Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.
Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis et externo tincta nitore caput,
Ut natura dedit, sic omnis recta figura:
Turpis Romano Belgicus ore color.

vetula sis futura. Immo etiam ego ægritudinem meam *levo, quod frequenter Cupido contrarius esse solet ipsi, cui prius fuerat propitius. Modo etiam pictas,* o *insana, amularis Britannos, peregrinoque colore et fuco caput habens infectum hominibus illudis:* sed *omnis forma honesta est et pulchra, quæ* nativa est et *a natura concessa; color Belgicus Romanam faciem non decet. Illi fœminæ apud Inferos multa*

Voss. 1. Dorvv. Burm. 2. *Cana* Voss. 4. 'Pessime in nonnullis edd. distinguitur *cum sis Ipsa anus, haud.* Difficultatem omnem, quam in Notis Broukhusius movet, tollemus, si sine ulla distinctione legamus, ut edidi, *cum sis I. anus a longa*, vel *haud l.* ut præferebat Sant.' *Burm.*—21 'Distichon hoc in multis codd. ponitur inferius post vs. 22. [nobis 20.] et in primis ceterisque edd. ante Scaligeranam, in qua etiam tota hæc El. præcedenti annectitur.' *Id.* ad vs. 5. snæ ed. 'Quid *ego* Guarn. *De nimio curru* Palat. cod. *Deminuo* est in cod. V. D. [Dorvillii] Misc. Obs. Vol. v. T. I. p. 123. non *diminuo.*' Barth. *Demin.* exhibent B. B. B. L.—22 '*H. bonus e. s. c. malus a. f.* Guy. Heinsio acclamante bene, reclamante [etiam irridente] V. D. [Dorvill.] Misc. Obs. l. c. neque enim Poëta logicus est.' *Barth. Nunc m....qui b.* Voss. 1. et ita Ayrm.—23 'Hoc Carmen [nam hinc orditur Lachm. novam El.] a superiore separand. esse nuper a viro docto observatum diximus, qui tamen hactenus fallitur, quod tria postrema disticha alio pertinere putat. Sc. turbatus versuum ordo quo pacto restituend. sit, non animadvertit; quæ res Scaligero quoque hic male successit. Nam in libris script. ita leguntur: 'Ut natura ....Illi sub terris....De me, mi....An, si cœruleo....Cum tibi nec....' Vides interrumpi sensum ille disticho interposito, 'An, si cœrul.' quod ubi ante illum vs. 'Illi sub terris,' posuerimus, nihil erit amplius quod desideres.' *Lachm. Fractos* pro *inf.* Dorv. 2. superscripta glossa *lasciros.* Id huj. l. non esse statuit Burm. *Mutare* Voss. Legebat Guy. *flavos Batavos.* Improbat Heins. *Infectas Batavas* Schrader. Præf. ad Emend. p. XXVI. 'Præstaret,' ait Burm. 'si fallor, *Sicambros* vel *Sygambr.*'—24 *Extremo* Gronin. Bos. Brix. *Hesterno* Guarn.—25 *Tecta* Guy. Sic Mentel. Voss.

NOTÆ

pe senex miles, turpe senilis amor.' Idem quoque Tibull. 'Jam subrepet iners ætas, nec amare decebit.'

20 *Anus curva futura*] Senectus enim incurvat, corpusque inflectit. Unde Plauti locus in Curcul. I. 2. de vetula anu annis et senio curvata et bibente: 'Bibit arcus; pluet, credo, hodie.'

21 *Deminuo curam*] Ista duo Poëtam nostrum solantur, quod nempe Cynthia brevi futura sit anus, unde pœnas dabit; et quod sint sæpius in amore vices et mutationes, quibus vicissim fastus et superbia Cynthiæ punientur.

23 *Infectos imitare Britannos*] Britanni populi sunt Britanniæ insulæ, quæ et Albion dicta est, qui sibi faciem cæruleo colore pingebant, ut testatur Cæs. B. G. v. 14. 'Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem.'

26 *Belgicus ore color*] 'Color Belgicus' Britannicus est, seu cæruleus ille fucus quo se pingebant Britanni.

Illi sub terris fiant mala multa puellæ,
  Quæ mentita suas vertit inepta comas.
De me, mi certe poteris formosa videri;
  Mi formosa sat es, si modo sæpe venis.
An si cœruleo quædam sua tempora fuco
  Tinxerit, idcirco cœrula forma bona est?
Cum tibi nec frater, nec sit tibi filius ullus,
  Frater ego, et tibi sim filius unus ego.
Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus;
  Nec nimis ornata fronte sedere velis.

irrogentur supplicia, quæ suos crines mentita fuco et *arte donec mutavit. Quantum ad me attinet, mihi profecto pulchra videri poteris: mihi nempe sat pulchra eris, dummodo* ad me *sæpius venitites. Numquid ideo color cæruleus pulcher est, omnibusque probandus, si aliqua* fœmina *comas aut faciem cæruleo pigmento infecerit? Quandoquidem* vero *neque habes fratrem, neque ullos liberos, ego solus tibi sim et frater et filius. Ipse tuus torus perpetuo tibi sit tutela, neque nimium comto*

Dorv. et pr. edd. Sed *recta*, ait Burm. optime vindicavit Passeratius. Jubet Lachm. addend. *est* ex Neap. et Dresd. post ' fig.'—27 *Fient* damnat Burm. quod est in Ask.—28 ' *Venit* conj. Struchtmeyer. Animadv. Crit. p. 95. Sed sequitur mox ' venis.' Melius esset *fingit*. Sed nihil immutari præstiterit. Et sensum loci, repudiata etiam Struchtm. emend. bene exposuit Wakker.' *Burm.*—29 ' *Nil c.* cod. Palat. unde Gebh. distinguit *De me nil: c.* vel etiam *nil c. p.* Frustra. *Deme mihi* Dresd.' *Barth. Deme* Perr. v. c. *Mihi* Neap. Mentel. Vat. 2. Borr. priscæque edd. In Burm. 1....*mihi*, relicta lacuna. Heins. in ora ed. Ald. conjecerat *Denique me c.* ' Sed nulla opus est,' ait Burm. ' emendatione: et *Deme mihi* jam improbavit Passeratius: neque opus est Gebhardi distinctione, *De me nil: c.*' Reponit Lachm. *De me, mi per te.*—30 ' Heins. legebat *sat es*, ad Ov. II. A. A. 11. Laudo et sequor.' *Broukh.* Hoc exhibent B. B. B. L. et probatum est a Vulp. Gölt. Wakkero in Amœn. Lit. p. 80. Burmannus monet Veteres illud ' satis' tam nudum sine verbo ' est' adjuncto ponere non amare. *Satis* retinuit Græv. in sua Ed.—31, 32 ' Distichon hoc in variis Mss. et edd. vetustis collocatur post vs. 34.' *Burm.* ad vss. 27, 28. suæ Ed. Ceterum *suco* vel *succo* Leid. 2. Voss. 1. 3. Burmm. Quid, ait Burm. si *Pinxerit* legamus? Hoc conj. etiam Wakker. Amœn. Lit. 12. p. 79. *Traxerit* Palatt. quod defendere annititur Gebh. Sed meliora docebunt, ait Burm. Notæ eruditorum ad Ov. III. A. A. 269.—33 *Quin t.* Bon.—34 *Fr. et ego t.* Brix. Venet. Hæc ita interpungebat Franc. *Fr. ego tibi sim: f. u. e.* ' Sed nusquam fere Prop. neque Ovidius, nisi l. corruptis, secundam in ' ego' producit. Totum vero hoc distichon in Leidd. tribus Voss. Dorvv. meis, et vetustis edd. legitur post vs. 28. ejusque loco hic interserunt quod supra habetur vs. 5. et 6.' Hæc Burmannus, secundum suæ calculos Ed. ad vs. 24. Burmannus Broukhusium sequitur. Sed Barthius eund. ac Kuinoel ordi-

NOTÆ

Belgas autem posuit pro Britannis, ob viciniam.

35 *Sit custodia lectus*] ' Lectus ' hoc in loco sumitur pro fide lecto conjugioque promissa. Ut supra, ' felix lectus Ulyssis,' pro conjugio.

Credam ego narranti (noli committere) famæ:
Et terram rumor transilit, et maria.

vultu cupias apparere. Cave, ne tua culpa facias, ut *ego fidem adhibeam famæ garrulæ; fama* namque *terras ac maria percurrit ac trajicit.*

nem retinet.—35 *Iste* C. Com. Bon. Guarn. Perr. v. c. Colot. Mentel. Borr. Exc. Scal. Vat. 2. Dorvv. Burm. 1. et sic Voss. 3. hoc verborum ordine *Iste tuus tibi sit semp. c. l.* Brix. *tuus semper: tibi s. &c.*—36 *N. minus* Leid. 2. Voss. 3. aliique. *Sidere* Ask. 1. Mentel. Utrumque damnat Burm.—37 'Hæc distinctio est a Douse. monente Gebh. Antea (v. c. in Aldd. cett.) dispungebatur *Cr. ego, narr. n. c. f.* Prop. et Horat. amant breves παρενθέσεις.' *Barth.* Priorem interpunctionem exhibent B. B. B. L. 'Non inepta est interpunctio Passeratii, quæ a Groning. confirmatur, *Cr. ego, narr. n. c. f.* idque probasse videtur Gebh. Favet certe I. 10. 12.' *Burm.*—38 *At* Burm. 1. *Terras* Guy. et recte, judice Burm. cui non rejicienda videtur Francii conjectura, *transvolat.* 'Et sic,' Burm. ait id. 'h. in l. legisse Flaminium suspicari quis posset ex ejus imitatione, II. C. 6. p. 68. ed. Mancurti: 'Cum celeres patris,'' &c. 'Orationis vitium tollet cum Guy. scribendo *terras.* Præterea vero hic nihil novand. est.' *Lachm.*

ELEGIA XIX.

AD CYNTHIAM.

Etsi, me invito, discedis, Cynthia, Roma,
Lætor, quod sine me devia rura colis.
Nullus erit castis juvenis corruptor in agris,
Qui te blanditiis non sinat esse probam.

O mea *Cynthia, quamquam me reluctante Romam relinquis, gaudeo* tamen *quod absque me in agros desertos te confers. Nemo* enim *juvenis corruptor erit pudico ruri, qui te* suis *illecebris non patiatur esse castam; nec ullum ante tuas fenestras*

1 *At si* Guarn. Brix. *Et sine me* Borr. Voss. 1. Burmm. quod placet Burmanno, modo cum interrogationis indicio legatur. *Discendis* Dorv. 2.—2 *Coles* Mentel. probante Heins. neque aliter Leid. 2. et Voss. 3. a m. pr. ut in curis secundis conjecerat Broukh. idque seqq. exigere pronuntiat Burm. ''*Coles* vere,' ait Lachm. 'ne dubita.'—4 '*Sinit* ἀρχαϊκῶς pro, sinat,

NOTÆ

1 *Etsi, me invito*] Lætatur quod relicta urbe rus secedat Cynthia, cujus consuetudine licet non fruatur, gaudet tamen eam in agris non posse ab insidiatoribus alienæ pudicitiæ corrumpi. Cupit tandem Poëta noster cum sua Cynthia rusticari.

2 *Devia rura*] 'Devia' dicuntur, quæ sunt a via remota, et solitaria.

Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras;
Nec tibi clamatæ somnus amarus erit.
Sola eris, et solos spectabis, Cynthia, montes,
Et pecus, et fines pauperis agricolæ.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi;
Fanaque, peccatis plurima causa tuis.
Illic assidue tauros spectabis arantes,
Et vitem docta ponere falce comas.

excitabitur jurgium, nec tibi sæpius cum clamore vocatæ sopor erit inquietus, aut interturbatus. O Cynthia, tu *solitaria eris, desertosque et incultos montes* tantum *conspicies, ac greges, ac terminos inopis coloni. Ibi nulla te poterunt corrumpere spectacula, neque templa,* quæ *tuis libidinibus* fuerunt *occasio frequentissima. Ibidem perpetuo cernes boves terram exercentes, vineamque perita falcula summitatem*

Scaliger, Passeratius, et Gebh. e suis membranis. [Etiam Grutero se probavit Suspic. x. 1.] In nostris omn. est *sinat:* quod ego sequend. duxi præ archaïsmo non necessario, et quem Ovidius in hoc ipso verbo semper evitavit. Quid, quod verosimile est, fuisse aberrationem librarii? nam in aliis libr. *sinet* legebatur. Etiam primitus cusi *sinat* habent.' *Broukh.* *Sinet* C. Com. Guarn. Voss. 1. Burm. 2. *Sinat* anteponit Burm. et id habent Regg. Colbertt. et reliqui omnes Burmanni codd. et Francio probabatur. *Esse meam* Vat. 5. Voss. 1. 3. Burm. 2. sed in cujus marg. *probam*, et recte, judice Burm. *Sinat* et *probam* exhibent B. B. B. L.—5 'Gemina negatio pro una. Non est hoc valde rarum: sed monend. erat, ne quis crederet meliorem esse lect. codicis C. Com. *Ulla neque.*' Broukh. 'Ulla nec Guy. et ita C. Com. Nihil mutand.' *Barth.* 'C. Com. *Ulla neque*, quod et Guy. placebat, reclamantibus cett. omn. codd. et edd. vetustis, in quibus constanter *Nulla neque* vel *Nulla nec.* Recte hinc l. *Nulla neque* etiam vindicat Heins. ad Virg. Ecl. v. 25.' *Burm.*—6 'Damnatæ nonnulli Mss. mendo ex frequenti confusione literarum *cl* et *d* exorto. Vitiose *avarus* Heinsian. et *amatus* Voss.' *Id.*—10 *Fanave* Guy. *Famaque* Leidd. Voss. 3. Dorv. 2. *Vanaque* Borr. Burm. 1. *Phanaque* 2. Voss. 1. 4. et antiquiss. edd.—12 'Scaliger nos jubet *doctam* legere: quod defendi potest, [id. sentit Barth.] junctum cum verbo 'ponere.' Sed nostri libri omn. habent *docta*, et edd. pr.' *Broukh.* qui *docta* defendit. 'Recte Scaligeri emendationem rejecit Cuperus in Præf. ad Apotheos. Homer. pp. 6. 7. Heins. ad oram ed. Ald. tentabat *inducta.* Id. in N. p. 695. conjecit *sectas* vel *admota.* [*Adducta* etiam conjecisse observat Barthius.] Sed hæc postea rejecit: et merito. Vulg. minime solicitand. est.' *Burm.* 'Ipse conjeceram,' ait Kuin. '*dura*, sed jam in vulg. lect.

NOTÆ

5 *Nulla neque*] Duæ negationes pro una, ut ap. Virg. Ecl. v. 'Nulla neque amnem Libavit quadrupes.'

9 *Ludi*] Theatra, Circus, spectacula, unde libidinum innumeræ occasiones, et corruptelæ puellarum. Ovid. de Art. I. 'Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ; Ille locus casti damna pudoris habet.'

10 *Fanaque, peccatis*] Templa erant plurimis olim, sicut etiam sæpius nunc accidit, nequitiæ occasio, cauponæ, et diversoria, juxta illud Satir. 'Nam quo non prostat fœmina templo?' Lætatur igitur Propertius quod nulla templa ruri poterunt Cynthiam corrumpere, quæ Romæ illius pudicitiæ maxime nocebant.

Atque ibi rara feres inculto thura sacello,
  Hædus ubi agrestes corruet ante focos.
Protinus et nuda choreas imitabere sura;
  Omnia ab externo sint modo tuta viro.
Ipse ego venabor: jam nunc me sacra Dianæ
  Suscipere, et Veneri ponere vota, juvat.
Incipiam captare feras, et reddere pennis
  Cornua, et audaces ipse monere canes;

deponere. Illic etiam exigua thura delubris agrestibus offeres, ubi caper ad aras rusticas mactabitur. Aliquando etiam nudato poplite choreas Nympharum *æmulaberis; tantummodo a peregrino homine cuncta sint secura. Ego* vero *ipse venabor: modo* enim *sine mora mihi animus est sacrificia Dianæ facere, ac vota Veneri offerre. Immanes belluas capere* ego *instituam, ac pinui solvere cornua,*

---

acquiesco.'—13 *Illic r. f.* Franc. et Guy. *Atque iterata* Heins. *Rara* defendit Burm. *Seres* Borr. *R. fides* Regg. et pr. edd.—14 ' *Hædus* at scribatur, sensum aiunt obtinuisse: et vero ita scribi debere contendit Dausquius, Orthog. Vol. II. Tract. 8. Contra stant libri vett. et Varronis locus Aldo Manutio ac Vossio in Etymologico adductus, IV. de L. L. Præstat sequi Varronis doctrinam.' *Broukh.* qui *Hæd.* exhibet cum Burm. et Lachm. *Hæd.* exhibent Barth. Kuin. *Agrestis* Neap. Groning. Leid. 2. Dorvv. *Ibi agrestis* Voss. 1. 3. Burm. 2. Restituit Pucc. *corruat. Corruit* Bon. *Corruet* exhibent B. B. 8. L. —15 ' Guy. audacter reponit *meditabere*, immemor Virgiliani Ecl. v. 73. et II. 31.' *Broukh.* ' *Med.* Guy. audacter: audacius tamen Heins. *Et Dryadum nuda c.*' Barth. Utramque conj. rejicit Burm. Vulg. e suis etiam libr. affert Nestor in Vocab. p. 37. b. in ' Chorea.'—16 *Extremo* Brix. Venet.—18 *Nota* Guy. Damnant Heins. Barth. Burm. *Faunis* pro *Veneri* vult Jacobs. ad Ast. p. XXX. Rejicit Lachm.—19 ' *Tractare feras* Dorv. 2. a m. sec. Reliqua hoc in vs. mendosa esse non dubito. Quid enim est *reddere pinu cornua?* Heins. conjecerat *suspendere pinu.* Sed vota et sacra Dianæ suscepta jam memoraverat. Hic autem species venationis indicari videtur, quæ mendo obsita est. Infeliciter Ayrm. tentabat *flectere pinu.* Videamus codicum scripturas. *Prinum* Borr. Heinsian. *Pinum* Voss. 3. *Pim* 1. *Pinu* in meo 2. *Pinus* in pr. edd. Dudum est, quod divinaverim *nectere* vel *prendere pinnis.* Et huic conj. opitulantur codd. in quibus *pinni*, ut in [Dresd.] Vat. 1. Voss. 3. a m. sec. et Dorv. [*Pini* est in Bon. *Pino* C. Com.] Ruhnken. tamen suspicabatur aliud hic latere venandi genus, quod f. reperietur comparatione Ovidii Ep. IV. 41. 42. Qui l. nonnihil favere posset *pinnis*, quibus terrebant, et in insidias, ut Seneca dicit, agebant, atque in retia premebant cervos aliasque feras.' *Burm.* ' Vera lect. est *pennis*, cui favent codd. in quibus est *pinni*.' Kuin. ' Certe,' ait Lachm.

NOTÆ

13 *Inculto sacello*] Sacellum locus est parvus, Deo consecratus, cum ara, quasi sacra cella. Unusquisque autem in præsidio suo sacellum quoddam Deo, aut Deæ, cuidam sacrum habebat. Ut testatur Censorin. de die Natal.

19 *Reddere pennis* [*pinu*] *Cornua*] Cervorum, aliarumque ferarum, cornua arboribus a venatoribus affigebantur; ut testatur Apuleius Florid. Lib. I. ' Aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus redimita.' Catullus: ' Cornigeram sudanti cortice pinum.'

Non tamen, ut vastos ausim tentare leones,
Aut celer agrestes cominus ire sues.
Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles
Excipere, et stricto figere avem calamo,

animososque canes incitare in feras: nec ita *attamen ut magnos audeam aggredi leones, vel agilis feros porcos propius figere. Ea ergo mihi sit audacia lepores imbelles adoriri, volucresque excusso calamo captare,* iis scilicet in partibus *in quibus*

'non satis apto l. inter ipsa venandi officia votum Diis venaticis solvend. commemoratur. Ita enim illa verba accipienda Ovidius docet M. XII. 266. 'Telique habet instar, in alta Quæ fuerant pinu, votivi cornua cervi.' Et pleni sunt eo more Græcorum Romanorumque libri. Quin *reddere pinui* bene dictum, ne *suspendere pinu* tentes cum Heins.'—20 '*Movere* quidam libri: male. *Monere* Groning. quod valet, hortari: ut bene exponit Gebh. Agnoscunt etiam pr. edd. Schottus I. Obs. Human. 12. ita laudat, *movebo feras.* Decepit optimum virum sua memoria.' *Broukh.* '*Mov.* cod. Palat. C. Com. Bon. Guarn. Brix. Præferend. est *mon.*' Barth. '*Mov.* Vat. 2. 5. Borr. Leidd. Voss. 1. 3. mei, Dorv. pr. edd. *Mov.* quia tot codd. conspirant in hanc lect. hic capi posset pro, irritare, exstimulare. Certe Volscus exposuit, incitare ad feras prehendendas, aliosque mendose *mon.* legere notavit.' *Burm. Mon.* defendit Kuin. et exhibent B. B. B. L.—21 'Multo elegantior est libri Groning. *temerare. Temer.* etiam Palm. probaverat [quod miratur Burm.] in Spicil. Sed quid fiet τῷ *leones?* Credo mendum latere in h. voce, atque aliam aliquam feram fuisse nominatam, cujus venatio sit periculosa, itid. ut aprorum.' *Broukh.* '*Et v.* Bon. [*Aut* Ferrarii liber.] *Captare* Guarn. *Temerare* Broukh. in context. recepit, explic. per, temeraria et periculosa audacia aggredi. Sed loca adducta alio sensu, alia connexione ponuntur; unde nec Vulp. nec P. Burmanno persuasit ad Val. Fl. I. 529. vulgatam tuenti. 'Captare' enim et 'tentare' sunt verba domestica venatoribus.' *Barth.* 'Suam Propertio reddidi scripturam *tentare:* quod omn. fere codd. et priscæ edd. tuentur, præter Exc. Mod. et Dorv. 2. *Attentare* Voss. 3. quod amplectitur Schrader. Emend. 6. p. 127. *Captare* Leid. 2. Markland*o* displicuisse *temer.* patet, quia cod. suo, Broukhusium innuens, alleverat, 'Male Vir cl. edidit *temerare.*' Et jam Heins. in N. p. 695. *temer.* rejecit. Veterem script. contra Broukh. propugnat Hemsterhusius in Animadv. ineditis, et *tent.* pluribus vindicat. Heynius quoque ad Tibull. IV. 3. p. 391. repudiavit *temer.* Id. quoque ad oram ed. Aldinæ hic conjecerat *N. t. impastos a. ut tent.* F. quia impastos leones aggredi periculum auget et audaciam. Sed *vastus* proprium epitheton de feris majoribus et supra modum ingentibus. Neque etiam opus est emendatione Ayrmanni *N. t. aut.* Difficultatem, quam movet Broukh. de leonibus in Italia non extantibus, tollit Dorvillius in Obs. Misc. Vol. V. Tom. I. p. 126. suum quoque calculum adjiciens illis, qui *tent.* præferunt.' *Burm. Tent.* exhibet Lachm.—22 Markl. in ora libri sui corrigend. notaverat, *agresti sui.*—24 '*Aves* Posth. *Structo* ex emendat. Salmasii ad Solin. p. 1088. recepit Vulp. cum Gött. J. F. Gronov. Obs. III. 18. ed. primæ id. verbum tuitus fuerat; sed, cum ea βῆσις in recentata impressione non appareat, haud amplius f. idem probari τῷ πάνυ judicat Schurzfl. ad Don. de Patr. Prop. § 101. p. 104. et explicat τὸ *stricto* (quod est in omn. libr.) *f. a. c.* per,

NOTÆ

24 *Figere avem calamo*] Aucupatorios calamos significat, quibus viscatis capiuntur aves. Alii putant intelligi de sagitta ab arcu excussa, qua figebantur aves.

Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
  Integit, et niveos abluit unda boves.
Tu, quoties aliquid conabere, vita, memento
  Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec solæ poterunt avertere sylvæ,
  Nec vaga muscosis flumina fusa jugis;
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua,
  Absenti nemo ne nocuisse velit.

Clitumnus amœnas aquas saltu suo prætexit, suoque fluvio tauros albos lavat. O mea *lux, quotiescumque rem aliquam aggredieris, recordare me intra paucos dies ad te adventurum. Itaque neque deserta nemora, neque fluvii* e *muscosis collibus effusi prohibere me poterunt, quominus ego nomen tuum habeam in continuo sermone. Absenti* namque *omnes cupiunt obesse.*

jaculo vel sagitta trajicere.' *Barth.* 'Heins. in marg. ed. Ald. conjecerat *Exigere.* Sed *Excip.* proprium in venatu verbum esse patebit ex Notis ad Val. Fl. VI. 422. *Stricto* codd. et edd. vetustiss. et hoc tuetur Hemst. *Structo* firmatur a Vat. 1. et Passeratii codice. Heins. ad Sil. VII. 675. *structo* vindicat huic l.' *Burm. Structo* exhibent B. B. B. *Stricto* jure Hemst. tueri pronuntiat Lachmannus.—26 Damnat Burm. *pedes,* quod præferunt Voss. 1. Burm. 2. aliique codd. *Abl. amne* conjecerat Martel. sc. Clitumnus.—27 *Tum* Dousa P.—29 '*Si* in Leid. 1. *Hic* Passerat. *Non ullæ p.* in aliis. *Solit.* Groning. f. pro *solitæ.*' *Burm.*—31 'Obscuri l. sensum vix me assequi fateor, neque hæc se intelligere, cod. suo ascripserat Markl. Absonum est *mussem,* quod Palm. fabricaverat. Neque capio Livineii conjecturam *occidua.* Ayrm. tentabat Q. *e. consueta cantem...nemo sic.* Audacter sane, et contra Poëtæ mentem, ut puto. F. scripserit Poëta Q. *e. nisdueta vitem.*' Burm. Waard. emendabat, Q. *equidem assidua .... nemo non.*—32 '*Ne* in sex libris, uno Livineii, ['nempe Vat. ad marg. emend.' *Barth.*] nmoque Gebhardi.' *Broukh.* '*Non* Vat. 5. Borr. Leid. 2. Voss. 1. 3. Dorvv. et mei, edd. Aldinæ, aliæque. *Me* Mentel. Sed *ne* Regg. Colbertt. Exc. Mod. s. Groning. et pr. edd.' *Burm. Ne* exhibent B. B. B. L.

NOTÆ

25 *Clitumnus*] Fluvius est agri Mevaniensis, Propertii patriæ, in Umbria, cujus aqua pota boves candidos efficit. Serv. in Georg. II. Silius etiam VIII. 452. 'Et lavat ingentem perfundens flumine sacro Clitumnus taurum.' De fonte porro Clitumni am diximus supra pluribus. Videsis Plin. Epist. VIII. 8. ad Romanum.

28 *Paucis luciferis*] Soles et Luciferi pro diebus sumuntur. Ovid. Fast. II. 'Quintus ab æquoreis nitidum jubar extulit undis Lucifer.' Itemque ibidem: 'Nec tamen hoc ultra quam quot de mense supersunt Luciferi.'

ELEGIA XX.

AD CYNTHIAM.

Quid fles abducta gravius Briseide? quid fles
  Anxia captiva tristius Andromacha?
Quidve mea de fraude Deos, insana, fatigas?
  Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
Non tam nocturna volucris funesta querela
  Attica Cecropiis obstrepit in foliis;
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
  Solicito lacrymas depluit e Sipylo.

Cur luges vehementius quam Briseis captiva? Cur, inquam, *acerbius doles ac lamentaris mestior Andromache in Græciam abducta? Aut cur, o demens, propter meam infidelitatem Divos querelis tuis obtundis? Cur doles meam omnino fidelitatem periisse? Haud adeo Attica avis infausta querulo clamore quem noctu edit exululat in arboribus Cecropiis; neque Niobe arrogans flendo ad duodecim* liberorum suorum *tumulos tam magnam lacrymarum vim effudit ab anxio Sipylo.*

Guyeto notha videbatur hæc El. Rationes vellem addidisset. Tota enim genium Propertianum spirat. In Groning. nulla hic erat a præc. El. separatio, sed ei annectebatur. Hæc Burm.—2 *Tristis* ut Bon.—3 '*Ins.* in omn. libr. Parum interest.' *Broukh.* '*Vesana* cod. Scalig. Parum interest.' *Barth.* '*Ves.* cod. Scalig. ut ipse edidit. Utrumque in vehementiori dolore aliove affectu usitatum, et *ves.* Nostro frequens est.' *Burm.*—4 *Quæris* Bon. 'Novi,' ait Burm. 'qui conjiceret *succubuisse:* sed nil muto.'—7, 8 '*Tantum* omn.

NOTÆ

1 *Quid fles*] Suam Poëta solatur Cynthiam, quæ sese ab ipso relictam putans vehementer angebatur, significatque eidem se fore semper in amore constantissimum, seamque fidem nunquam ipsi defuturam.

Abducta gravius Briseide] Briseis filia fuit Brisæ, quam Lyrnesso urbe capta ac eversa captivam Achilles abduxit, vehementerque propter insignem corporis formam adamavit; quæ postea cum fuisset ab Agamemnone Achilli surrepta, multum doluit, Achillemque suum lugens in lacrymas et ejulatus effusa est, ut videre est ap. Ovid. Epist. Briseid. 'Hei mihi! discedens oscula nulla dedi. At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos; Infelix iterum sum mihi visa capi.'

2 *Andromacha*] Andromache fuit uxor Hectoris, quam post Trojæ excidium Pyrrhus Achillis filius captivam uxoremque duxit, ex eaque Molossum suscepit; hæc autem captivitatem indignissime tulit, unde Poëtæ omnes eam inducunt valde querulam. Homer. Il. XXII. et XXIV. Eurip. in Andromach. Ovid. Trist. IV. 3. Virg. Æn. III.

5 *Nocturna volucris funesta querela*] 'Funesta volucris Attica' sine dubio est noctua, quæ fuit insigne Atheniensium, et cujus cantus ferale aliquid sonat; unde funestus habetur.

6 *Cecropiis foliis*] 'Cecropia folia'

Me licet æratis astringant brachia nodis,
Sint mea vel Danaës condita membra domo; 10

Quamvis me catenis æneis hominum *brachia constringant, corpusque meum in*

libri, uti et *lacrymas;* nec minus *defluit*, quomodo et pr. edd. Nimis audacter Palmerius: ' E libro Posthii repono *depluit a S.*' Quod Heinsium in fraudem induxit, quasi in eo lib. extaret *depluit*. Non. Ille nihil discrepat a reliquis, et *defl.* palam præfert, quod mihi, qui plus semel omnes literarum ductus examinavi, tuto credere potes. Quin tamen verum sit *depl.* nihil ambigo. Pro *a* legit Heins. *e*, recte. Pro *lacrymas, lacrymæ* reponit: ita ut totum distichon scribatur, *Nec tantum N. bis sex ad b. e. S. lacrymæ depl. e S. Deplucre* etiam Scaliger edidit, quanquam omisit monere. Verum *tantum lacrymæ*, nescio quomodo, non placet. Mihi sic videbatur, *Nec tantas N. bis sex ad b. e. S. lacrymas depl. e S.* Sequitur *bis sex ad b.* quomodo omn. nostri. In quibusd. libr. lectum fuisse *bis septem ad b.* testatur Beroaldus. Istud *lacrymans*, quod vulgatas insedit, primum comparuit in editione Ber. nescio an ipsius culpa. In omn. scr. *lacrymas* legitur liquidis literis exaratum. Dixi quid mihi visum fuerit super hoc l. tam varie vexato: nunc autem subit posse servari lect. receptam, si *tantum* sumatur adverbialiter. Cogitabunt doctiores.' *Broukh. Tantum* adverb. sumi pronuntiat Barth. et rejicit *tantas*, et addit: ' *Superba* Guarn. Dresd. Brix. quæ et *Niobe* habet. *Lacrymans defl.* Dresd. Frustra igitur Broukh. τὸ *lacrymans* Beroaldo dat crimini. *Lacrymas* tamen et *defl.* agnoscunt Guarn. et præter edd. pr. etiam Brix. *Depl.* est, ni fallor, ex emend. Heinsii. *Depl.* prob. Vulp. Gött. V. D. [Dorvill.] in Misc. Obs. Vol. v. T. 1. p. 127. *E* Heinsio debetur, cum in libris sit *a*, eod. sensu. Guarn. et Brix. *syphilo.*' Barth. ' *Non tantum* unus Voss. *Superbæ* Exc. Scal. Borr. Leidd. Voss. 1. 3. Dorv. 2. *Superbe* 1. Neap. mei, et Voss. 3. pro varia lect. *Superbo* a m. pr. *Niobæ superbæ* pr. edd. *Lacrymans* unus Colb. Ask. [Palat. membr.] meus 2. in quibus etiam *defl. a Siphilo* vel *Sipilo*, nt in Leidd. tribus Voss. Dorvv. *A Syphilo* Neap. *In Sipylo* Vat. 5. *Lacrymas* Vat. 1. 2. Neap. Groning. Regg. in quibus etiam *defl.* ut in reliquis omn. unanimi consensu, et in vetustiss. edd. Heinsius Notis Ovidianis legit *Niobe superba Solicito lacrymæ depl.* vel *superbæ Solicito lacrymæ depl.* Notis Prop. p. 695. Patruus meus ad Virg. III. Æn. 348. conjicit *Nec tantum Niobæ bis sex ad b. superbæ S. lacrymæ depl. e S.* Sed vulg. defendit Cann. ad Avieni Fab. 4. p. 37. et operose de h. l. contra

NOTÆ

dicuntur Atticæ arbores, a Cecrope Atticæ rege primo, qui multitudinem Atticam in duodecim civitates digessit, quarum una dicta est Cecropia.

7 *Niobe bis sex ad busta*] Non tantam lacrymarum copiam effudit Niobe ad monumenta duodecim liberorum in saxum mutata apud montem Sipylum, quantum Cynthia conquerens de fide sibi a Propertio violata. Dicuntur autem Niobes duodecim liberi fuisse, licet alii, ut Ovidius, dicant fuisse quatuordecim, septem nempe mares septemque fœminas. Fuit autem Niobe Tantali filia ac Pelopis soror, uxorque Amphionis, Thebanorum regis, quæ propter tot liberos feliciter ex Amphione susceptos ac educatos, animo elata Latonæ se præferre ausa est; unde Apollo Dianaque, maternam ulciscentes injuriam, filios filiasque ipsius sagittis omnes interfecerunt. Niobem vero, conquerentem conviciantemque, raptam ad Sipylum montem in saxum transformavit Latona, cujus etiam conjux Amphion præ dolore mortem sibi conscivit. Quæ pluribus narrat Ovid. Metam. VI.

8 *Sipylo*] Sipylus seu Sipylum urbs

In te egò et æratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferratam Danaës transiliamque domum.

turri etiam Danaës inclusum tenetur; ut ad te adeam, o mea lux, ærea vincula solvam, ac Danaës ferream domum perfringam. Quicquid de te mihi narratur,

Broukh. egit Hagenbuch. in Epist. Epigraph. p. 142. qui *lacrymas defl.* tuetur: cui subscribit Buherius p. 285. Nonnullis placebat *a S.* quod omnium minime placet, et recte, ut nimis longe quæsitum, rejicitur a Dorvillio in Misc. Obs. Vol. v. Tom. I. p. 127. Mihi recepta lect. quam e Broukh. dedi [cum Barth.] commode servari, vel *Niobe superbæ lacrymas defl.* aut *depl.* quod parum refert, legi posse videtur. Quod vero Beroaldus in quibusd. exemplaribus *bis septem* legi testetur, ne unum quidem ex tot codd. quos vel alii exhibuerunt, vel quorum Excerptis utor, habet astipulantem, neque ullam ed. antiq.' *Burm. Depl.* exquisitius videtur Kuinoeli. Cur *a S.* mutari Heins. voluerit, non potest intelligere Lachm. qui reponit *Nec tantum Niobe, bis sex ad busta, superne Solicito lacrymas defl. a S.* et, 'Mirum multis visum,' ait, '*tantum defl.* ne te moretur.'—9 *Mi* Voss. 3. *Astringat* Leid. 2. Voss. 1. Burm. 2. *Destringant* Heins. qui Guy. legisse testatur *Mi l. ærati constringant b. nodi. Vincula* sine ulla Mss. auctoritate reponebat Clercquius Specim. 2. ad Lucan. p. 23. 'Vel Guyeti,' ait Burm. 'probanda est conj. vel, quia *astringat* in Mss. propius vulgatæ insisteret, si legamus *Mi l. æratis astringer b. nodis.*' Nulla emend. locum indigere pronuntiat Kuin.——10 *Sunt m. nec* Mentel. *Damnes* Dresd. *Damnes* plurimi Mss. *Damnes c. me dono* Bon. notante Barth. *Nec damnes* Burm. 2. et in marg. *vel damnes. Modo* cod. Livin. Regg. Voss. 1. 4. Exc. Mod. 2. Groning. Dorvv. Guarn. Brix. Venet. trajecta litera ex scribendi vitio, judice Burm. *Daphnes c. m. modo* Exc. Scal.—11 *Ante e.* ead. *In te ergo æ.* Dorv. 1. *In te e. ferratas* Vat. 5. Voss. 1. Passeratii v. c. Burm. 2. *A te* in secundo Leid. et Dorv. *Tunc e.* ibid. conjicit Clercq. *In te* minime movend. pronuntiat Burm. *Meu jura* Exc. Scal. Palat. 1.—12 '*Æratam* conjecerat Franc. *Eratam* certe Ask. Sed miror interpp. Broukhusiumque sicco pede locum h. satis difficilem transiisse, et concoquere potuisse *Danaës transiliamque domum. Trajiciamque* eod. ad Lucan. Specim. conjecerat Clercquius. Sed aliud hic mendum latere, suspicari licet ex codd. scriptura, in quibus *Stasiliamque*, ut in Neap. Leid. 1. Voss. Dorv. et meo: vel separata voce *stas iliamque*, ut in meo 2. *Stat illiamque* Dorv. 2. *Trasiliamque* Mentel. Similes olim lectt. in aliorum Mss. fuisse patet ex Volsci ad h. l. annotatione; qui tradit nonnullos suo tempore *Strophiliamque domum* legisse. Sed, repudiata illa lectione, inclinat magis Volscus in *Stasiliamque domum.* Emendatione non nimis libera locum h. indigere opinor. Nata mihi fuit conjectura, præsertim quia *domum* et *torum* alibi etiam haud raro confuderunt librarii, an f. h. modo restitui posset, *Ferratum Danaës insiliamque torum:* vel *Æratum.* Hac autem emend. admissa, etiam paulo ante cum Sant. cujus judicio in his perquam subacto ea mirifice place-

NOTÆ

et mons Phrygiæ in Asia Minori, ad quem rapta a Latona Niobe ejulans et plorans liberorum mortem mutata est in saxum; lacrymisque ejus etiam nunc marmora manant, ut canit Ovid.

10 *Danaës condita membra domo*] Nota est fabula Danaës, quæ filia fuit Acrisii, regis Argivorum, a quo fuit inclusa turri ænea. Hujus autem amore captus Jupiter in imbrem aureum sese convertit, ac per tegulas in sinum Danaës puellæ sese demisit, ex qua Perseum genuit. Horat. Od. III. 16. Hygin. Fab. LXIII. Ovid. Metam. IV.

De te quodcumque, ad surdas mihi dicitur aures:
Tu modo ne dubita de gravitate mea.
Ossa tibi juro per matris, et ossa parentis,
(Si fallo, cinis, heu! sit mihi uterque gravis,)
Me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras.
Ambos una fides auferet, una dies.
Quod si nec nomen, nec me tua forma teneret,
Posset servitium mite tenere tuum.
Septima jam plenæ deducitur orbita lunæ,
Cum de me, et de te, compita nulla tacent.
Interea nobis non nunquam janua mollis,
Non nunquam lecti copia facta tui:

surdis auribus narratur: *jam tu de mea constantia et fide ne ambigas. Tibi juro per ossa* mei *patris ac genitricis* meæ *me ad ultimas usque tenebras tuum, o* mea *lux, semper futurum; si* autem *mentiar, ah, utriusque manes sint mihi molesti: ambos nos pariter eadem ac mutua fides, eademque dies abripiet. Quod si* vero *neque fama neque me pulchritudo tua captum retineret, posset* me *servitium tuum suave ac jucundum capere ac retinere. Nunc septimus lunæ completæ cursus conficitur, ex quo de me et de te nulla compita silent. Interim mihi interdum fores* tuæ *sunt apertæ, interdum etiam tori tui copia data* est. *Nulla* vero

bat, legend. est *Sint tua vel D. c. m. domo*, non *mea*: et sic singula optime cohærebunt. Sed et hoc amplius addam, legend. etiam videri *Te licet asratis*, non *Me*, et mox *In te* ex Mss. Adeo ut totus l. sic constituend. videatur: *Te l. ar. a. b. nodis, Sint tua vel D. c. m. domo: In te ego et ar. rumpam, mea vita, catenas, Ferratum Danaës insiliamque torum.*' Burm. ' Recte,' ait Kuin. ' Ast. p. 42. notavit suavi Elegiæ simplicitati perquam convenientem esse repetitionem verborum *Danaës domo* vss. 10. 12. æquabilitatemque membrorum singulorum, e quibus hi vss. constant; latuisse autem hanc sensus pulchritudinem Burmannum [immo ' interpretes ' est verbum Astii] hos ipsos vss. corrigentem.' Dresd. habet *damnes*.—13 Lect. quam ex suo cod. produxit Livineius, quæque versum 7. pedibus incedentem reddit, insulsam eam merito vocare statuit Burm. *absurdas miseri dicatur in aures*. Sic habet et Groning.—14 F. scripsisse Nostrum *probitate* putat Burm.—15 *Patris* damnat Burm. quod habet suus l.—16 *Heu* nescit Groning. *Hic* legebat Franc.—18 *Una f.* non esse cum Guy. mutand. in *unanimes*, statuit Burm. *Una f.* et *una d.* locum mutant in Dorv. l. *Auferat* Ask.—19 ' *Quid* Palat. l. Guarn.' *Barth.* ' *Quid* Leid. l. aliique Mss.' *Burm.*—21 Damnat Burm. *diduc.* quod habet Ask.—22 *Te* et *me* mutant locum in Vat. Et sic voluit Guy. sed im-

NOTÆ

17 *Ad extremas tenebras*] Intelligitur vel etiam apud Orcum et Inferos, vel usque ad mortem et nigram horam, ut illud Tibulli: ' Jam veniet tenebris mors adoperta caput.'

18 *Ambos auferet una dies*] Uterque pari fide, constantia, et fato nos amantes ambo simul unica die efferemur.

21 *Septima plenæ orbita lunæ*] Septimus mensis significatur.

Nec mihi muneribus nox ulla est emta beatis:
  Quicquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Cum te tam multi peterent, tu me una petisti.
  Possum ego naturæ non meminisse tuæ?
Tunc me vel tragicæ vexetis Erinnyes, et me
  Inferno damnes, Æace, judicio:
Atque inter Tityi volucres mea pœna vagetur;
  Tumque ego Sisyphio saxa labore geram.

mihi nox emta est donis pretiosis; quodcumque ego *fui, illud ingens animi tui ac liberalitatis beneficium* fuit. *Quando te tam numerosi* proci *cupiebant, tu me solum cupivisti. Egone benignitatis tuæ queam non recordari?* Si hoc eveniat, opto ut *eo tempore me,* o vos *tristes Erinnyes, exercucietis,* tuque, o *Æace, infernali me judicio condemnes, ac inter aves Tityi supplicium meum huc illuc versetur, ac cruciatu Sisyphio rupes provolvam. Neque* etiam *tu precantibus*

probat Burm. *Compita* Brix.—26 ' *Hæc* Heins. Utrumque rectum.' *Barth. Hoc* Propertio placuisse opinantur Burm. et Kuin.—28 ' *Possim* vult Heins. cum Guy. cui nec *naturæ* placet.' *Barth.* ' *Possim* Guy. et Heins. ad Ov. XIV. M. 172. *Naturæ* etiam displicebat Heinsio, et ad oram ed. Ald. conjecerat *Possim egone ah curæ.* Sed dura emend. Si quid mutand. mallem cum Patruo in N. ad Quintll. Decl. IX. 16. legere *Possim e. fortunæ n. m. meæ. Naturæ* hic tuetur Broukh.' *Burm.*—29 *Tum* Posth. Perr. v. c. Burm. 1. Vat. 2. Brix. Venet. *Versetis* Leid. 2. Voss. 3. *Erinnides* Groning. Vat. 2. Mentel. Voss. 1. 4. *Erinnyles* Ask. *Erinides* Borr. In Burm. 1. *herinides.* In 2. *herynides. Erinnydes* edd. Venet. 2. Volsci, Ber. et aliæ vetustiores. Scribend. *Erinnyes* pronuntiat Burm. Ita edidit cum Barth. et Lachm. *Erynnies* exhibet Broukh.—30 *Eace* Venet.—31 *Titii* ead. *Mea pectora vagent* Voss. 4. notabili varietate, censente Burm. quod Vett. ' vagare' æque ac ' vagari' dixerint. *Pœna* omn. fere Mss. et edd. Volsci, Ber. ac Rouill. Sed Venet. 2. Aldd. Junt. Colin. Gryph. Basil. *penna,* quod ex suo v. c. etiam affert Passeratius. *Me penna* Brix. *Me pœna* Regg. *Mea pœna* recte alii ediderant, statuente Burm. Quod exhibent B. B. B. L. Legebat Franc. *Tunc inter....Atque ego,* vel *Jamque ego. Vagaret* cod. Palat.—32 *Terum* Heins. de quo vidend. Passe-

NOTÆ

29 *Erinnyes*] Furiæ sunt, aliter Eumenides dictæ, quæ apud Inferos crines serpentibus implicitos habere, damnatosque torquere dicuntur a Poëtis. Has Hesiodus in Theogonia Telluris et Cœli filias facit. Sensus autem Poëtæ hoc in loco est, ut si unquam Cynthiæ bonitatis facilitatisque erga se oblitus fuerit, vexetur a Furiis sævientibus, damneturque Æaci judicio ad pœnas Inferorum subeundas.

30 *Æace, judicio*] Æacus Jovis fuit filius ex Europa, quam rapuerat, Rex fuit Æginæ insulæ. Hic vero tantæ justitiæ dicitur fuisse, ut apud Inferos delectus sit a Plutone judex animarum cum Minoë et Rhadamantho, ut peccantium delictis pœnas pro meritis inferat. Ov. Met. XIII. ' Æacus huic pater est, qui jura silentibus umbris Reddit, ubi Æolides saxum grave Sisyphus urget.'

31 *Inter Tityi volucres*] Tityus Jovis fuit filius ex Elara, Orchomeni filia; qui cum Junonis instinctu Latonæ stuprum inferre voluisset, Jovis fulmine ictus, vel, ut alii volunt, Apol-

Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis.
Ultima talis erit, quæ mea prima fides.
Hoc mihi perpetuo jus est, quod solus amator
Nec cito desisto, nec temere incipio.

verbis mihi velim *supplices. Talis erit extrema fides mea, qualis fuit prima. Istud mihi semper proprium jus est, quod* ego inter alios *unus amans, neque sine ratione amore capior, neque statim* amare *desino.*

ratium p. 339. jubet Burm.—33 *Labellis* ad marg. ed. Ald. conjecerat Heins. Male, ait Burm. si quid video.—34 *Ceu mea* Heins.—35 'Lips. legebat *perpetuum*, II. V. L. 12. quod, quamvis Passeratio non persuasit, mihi facile probatur. Hi autem duo vss. (quod miror) absunt a Groning.' *Broukh.* qui non tamen *perpetuum* in textum recepit. *Nec mihi* Dorv. 2. *Factus am.* placebat Ayrmanno.

NOTÆ

linis sagittis confixus est, et ad Inferos detrusus, ubi humi prostratus novem terræ jugera dicitur occupare, jecurque suum perpetuo cum luna simul renascens vulturi, aut, ut placet Hygino, serpenti, exedendum præbere.

32 *Sisyphio labore*] Sisyphus Æoli filius, a Theseo occisus; quem ob latrocinia in Inferis eo tormenti genere plecti fingunt, ut saxum ingens in montis prælti cacumen provolvere conetur, quod, ubi pæne ad summum elatum est, statim rursus præceps deorsum elabitur.

ELEGIA XXI.

AD CYNTHIAM, DE PANTHO.

At quantum de me Panthi tibi pagina finxit,
Tantum illi Pantho ne sit amica Venus.

Heu! o Cynthia, *quantum tibi de me liber Panthi mentitus est, tantum eidem*

Hanc El. superiori connectend. censebat Scaliger, adversantibus omnibus Mss. et edd. pr. in quibus præfigitur *Ad Cynthiam de Pantho.*—1 'Scaliger mallet *At*: nihil verius: et idoneis exemplis firmavit Heins. ad Ov. Ep. XII. 1.' *Broukh.* '*Ah* edd. vett. pler. præter Brix. quæ *At* agnoscit, quod præfert Vulp. et Gött.' *Barth.* '*Ah* Leid. 1. tres Voss. Dorvv. et mei: quod in primis aliisque antiquis edd. et contra Scaligerum a Passeratio probatur. Recte *At* prætulit Heins. *An* Groning. O Leid. 2.' *Burm.* '*At* Bronkhusius

NOTÆ

1 *At quantum de me*] Panthus apud Cynthiam fuerat calumniatus Propertium, scriptisque famosis ipsum infamare tentaverat: nunc quoque

Sed tibi jam videor Dodona verior augur?
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere: nihil pudet? aspice, cantat
Liber: tu, nimium credula, sola jaces.
Et nunc inter eos tu sermo es: te ille superbus
Dicit se invito sæpe fuisse domi.
Dispeream, si quicquam aliud, quam gloria, de te
Quæritur: has laudes ille maritus habet.
Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
Ejecta tenuit namque Creusa domum.

Panthi sit inimica Venus. At tibi jam videor vates etiam *Dodona certior: conjugem habet bellus iste tuus amasius. Tot tibi noctes sine fructu consumtæ sunt: nec* tamen *te pudet? Vide, canit amore et curis vacuus: tu* vero, *nimis credula, deserta jaces. Jamque apud ipsos fabula es: jactator iste prædicat sese renuentem frequenter domum tuam adiisse.* Ego *emoriar, si quid aliud de te, quam fama insignis exoptatur: istam gloriam vir uxoratus refert. Ita quondam Jason advena Colchidem fefellit,* quæ deinde *repudiata est; familiam enim* ejus *possedit Creusa.*

Scaligeram maluisse scribit, ap. quem nullum est ejus vocab. vestigium. Recte libri tantum non omnes *Ah.*' Lachm.—2 *Non* Aldd. Gryph. cett. —3 *Videar* Livin. *Num videor* conjectanti Heinsio assentitur Burm *Dodonæ* Ald. 2. Gryph. cett. Eæd. post 'augur' punctum minimum ponunt. —5 *Ter* Mentel. *Periere mihi: pudet* Dorv. 2. *Perire* Regg. *Periisse nihil* Heins. et Markl. quod firmari posse censet Burm. ex 24. 18.—6 *Cr. turba* Guarn.—7 ' F. de nihilo non est Dorv. 1. scriptura, *sum sermo es: te ille superbus, &c.* ut aberraverit librarii manus, alium describens cod. in quo legebatur *eos sum sermo: et te ille sup.* nam in Voss. 4. *et ille sup.*' Burm.—8 *Dicet* Voss. 1. 3. Heinsian. Burm. 2.—12 ' *Ej. est: t. n. C. d.* nobis Beroaldus concinnavit, inque ea ultro gloriatur. Membranæ habent *Ej. est tenuis n. C. domum:* neque aliter edd. pr. Passeratius e suo Ms. *Excepta est tenui n. C. domo.* Gebhardo placuit *Evecta est tenui n.*

NOTÆ

vicissim Panthum Cynthiæ odiosum efficere conatur Propertius.

Panthi tibi pagina] Quis fuerit iste Panthus incertum est: hoc tantum habemus exploratum, quod nimirum fuerit Propertii nostri rivalis.

3 *Dodona verior augur*] Veracior, inquit, sane divinator, quam oraculum ipsum Jovis Dodonæi. Fuit autem Dodona civitas et nemus Chaoniæ, in Epiro, ubi Jovis Dodonæi templum et oraculum, inter ea, quæ apud Græcos fuerunt, vetustissimum simul et celeberrimum. In eo oraculo columbas et quercus fuisse fabulantur, quæ consulentibus responsa darent. Inde Dodonæus Jupiter dicitur, qui in Dodonæo templo ac nemore colebatur.

7 *Inter eos tu sermo es*] Inter maritum Panthum nempe et Panthi uxorem fabula et risus es.

11 *Colchida sic decepit Iason*] Jason Medeam, quam e Colchide abduxerat, optime de se meritam, deseruit, ducta uxore Creusa; quo Poëta docet exemplo eos non esse in amore fideles, qui uxorem habent.

Sic a Dulichio juvene et delusa Calypso
Vidit amatorem pandere vela suum.
Ah! nimium faciles aurem præbere puellæ,
Discite desertæ non temere esse bonæ.
Nunc quoque, qui restet, jampridem quæritur alter.
Experta in primo stulta cavere potes.

Ita quoque *decepta est Calypso a viro Dulichio;* ipsa *suum amasium* vela ventis *explicare conspexit. Ah puellæ nimis cito credulæ, discite solæ relictæ esse prudenter faciles et benignæ* vestris amatoribus. *Isti etiam, qui superest, jamdudum alius,* qui succedat, a te *inquiritur:* sed, o *demens, quandoquidem experta es*

C. domo, quod multo pejus est. Heins. restitutum ivit [ad Ov. III. A. A. 34.] *Lecta Creontea est n. C. domo.* Legend. arbitror *Electa est tenui n. C. domo* [ut edidere B. B. et sic Bynæus, cujus nonnullæ Notæ habentur in ed. Græv.] Recte *tenui domo,* in quo conspirantes habemus membranas.' *Broukh.* 'Broukhusium haud dubie Gött. sequi voluit, cum in 1. Broukhusii ordinem retinente ita [ut Broukh. voluit] legatur hic vs. In 2. monstrose commixta est lect. Broukh. et vulgatt. libb. *Electa est, tenuit n. C. domo.* Membranæ et edd. pr. inque his Ed. pr. habent *Ejecta est tenuis n. C. domo:* unde Vulp. cum [Groning. et] plerisque edd. ant. Aldd. [Junt. Colin. Gryph.] cett. retinuit lect. sat bonam *Ej. est; tenuit n. C. domum.* Ipse context. hanc lect. flagitat. *Tenuis* vero *domus* non potest Creontis ac Sisyphi dici. [De qua re hæsitat Burm.] Heins. tentat *Ejecta hac tenuit n. C. domum,* aut *Æsonium tenuit n. C. domum,* [vid. ejus N. Prop. p. 696.] vel denique [Advers. II. 17. p. 347.] *Excepta Æsonia est n. C. domo.*' Barth. 'Mendosus est l. *Electra* plurimi codd. *Ej. est tenuis n. C. domo* Mentel. Regg. Colbertt. Exc. Mod. Leid. 2. Bort. Neap. Vat. 2. Burm. 2. et edd. pr. *Ej.* est etiam in Leid. 1. tribus Voss. Ask. Dorv. 1. et meo. *Excepta* Vat. 2. [quod improbat Burm.] *Evecta est tenui* Leid. 2. Dorv. 2. quomodo Gebh. e Palatino. *Evecta est tenuis n. C. domo* Exc. Scal. Cui *Electa* arridet, reponere posset *El. est Ephyres n. C. domo:* quod sibi etiam in mentem venisse significavit Sant. Ad cod. sui marg. conjecerat Markl. *Æetia venit n. C. domo.* Sed pace virorum doctissimorum liceat mihi præferre Patrui mei conj. quam dedit ad Virg. II. G. 407. *Ejecta tenuit n. C. domum.* [Et hanc ipsam, ait Kuin. e vestigiis codd. felici et admodum probabili conj. veram lect. in textum recipiend. putavi.] Possis etiam cum Ruhnken. *Ejectæ tenuit n. C. locum.*' Burm. Lachm. omnino anteponit lectionem jam memoratam Groningani, quam cum Burm. edidit.—13 'Groning. *delusa.* Utrumque probum est et elegans.' *Broukh. Exclusa* Palat. 1. Mentel. *Exclausa* Dorv. 1. *Delusa* [Vat.] Voss. 1. Burm. 2. Dorv. Legend. jubet Burm. cum Heins. sine ulla distinctione *Sic a D. juvene et delusa Calypso Vidit.* 'Hanc correctionem,' ait Kuin. 'probat quoque Mits. p. 164. sed altero vs. legend. notat *V. ubi ardorem*: citra necessitatem. Improbat hanc correct. etiam Huschk. in Ep. Crit. ad Sant. eique potius, si quid mutand. legend. videtur *nam dare vela s.*' Hanc ultimam conj. nolit accipere Lachm. cui, si quid mutand. rectissime legi videtur *juvenem delusa C.*—17 '*Huic q. qui restat.* Locus valde obscurus. Passeratius in quibusd. libr. invenerat *Nunc*

NOTÆ

18 *Sic a Dulichio juvene et delusa Calypso*] 'Dulichius juvenis' Ulysses dicitur a Dulichio insula, Ithacæ vicina, unaque ex iis quibus imperavit. Calypso vero Nympha fuit, filia Oceani et Tethyos, vel, ut nonnulli volunt, Atlantis, quæ in Insula Ogygia regnavit, Ulyssemque naufragum hos-

Nos quocumque loco, nos omni tempore tecum,
Sive ægra pariter, sive valente, sumus. 20

unius perfidiam, cauta subinde *esse potes. Ego* vero *omni tempore, omni in loco, semper et ubique tecum sum, seu ægrotes, seu bene valeas.*

q. In quibusd. aliis *Hic q.* Deinde mirifice argutatur, nec quicquam extricat. Groning. [et Palat. cod.] habet *Hinc q.* In eo autem lib. initiales *H* et *N* fere confunduntur. Unde mihi non vana conj. legend. videtur *Nunc q. qui restet.*' Broukh. *Huic q.* Dresd. Leidd. tres Voss. Dorv. Burmm. Brix. Aldd. cett. *Restat* Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. Venet. Aldd. cett. *Præstat* Exc. Scal. H. l. f. legend. videtur Burmanno *Nunc q. quid restat? Quær. ille* Voss. 4. *Jam q. alt. pr.* Guy. et Heins. Sed vulg. recte Broukhusium exposuisse censet Burm. *Nunc q. qui restet* exhibent B. B. B. Quanto rectius, ait Lachm. id, quod scripti omn. habent, interpunctione tantum mutata, servare, *Huic q. qui restat?* Editioni Rouill. ascripserat Dousa P. 'Non intelligo. Quid enim est *alter?* nisi f. amor pro amica subaudiatur, aut certe legend. *altera.*'—18 Placet Burmanno *tuta c.* Heinsiani et Borr. Heins. legend. conjecerat *primo, vita, c.* Damnat Burm. *potest*, quod habent edd. pr. ceteræque antiquiores.

NOTÆ

pitio excepit et thalamo; hanc tamen reliquit Ulysses propter uxorem.

18 *Experta in primo*] Amens etiam ac stulta, postquam experta es unius perfidiam, discere potes aliis non amplius esse fidendum.

ELEGIA XXII.

AD DEMOPHOONTEM.

Scis here mi multas pariter placuisse puellas;
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.

Tu probe *novisti, o Demophoon, mihi plures heri formosas visas fuisse fœminas;* tu non etiam *ignoras plura mihi mala evenisse. Nulla compita meis pedibus incas-*

Ad Heremium Demophoontem Vat. *Ad Herem Demophontem* Guarn. *Ad Heremium Demophoontem* Dresd. *Ad Demophontem* Ald. 2. et ed. Mur. Ceterum hanc El. optime cohærere cum superiore notat Livin.—1 '*Heremi* Vat. Posth. Bon. *Hereni* Dresd. errore ridiculo.' *Barth.* 'In multis codd. absurda librariorum cacitantia *heremi* junctim exaratum fuit, tanquam proprium nomen vocandi casu esset, unde titulum fabricarunt Elegiæ huic in-

NOTÆ

1 *Scis here mi multas, &c.*] Demophoonti significat se præ ceteris a natura ad amorem adeo esse comparatum, ut ubique amare cogatur, nec una amica contentus esse possit. Quis autem fuerit ille Demopheon,

Nulla meis frustra lustrantur compita plantis;
Omnia in exitium nata theatra meum:
Sive aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos.

sum terantur. Proh spectacula ad meam perniciem facta! seu quis blando gestu nitida brachia diversas in partes movet, sive diversos cantus ore modulatur. Interim

---

scriptum, *Ad Heremum Demophontem*, vel *Eremum*, aut *Heremium*, in aliis *Ad Herennium Demophontem:* ut etiam inscribitur in Harl. In Venet. 2. et Rheg. *Ad Heremum Demophontis:* et vs. 1. *Scis heremi:* quod ex suis codd. etiam affert Livin. Et ita in Regg. unoque Colb. In altero *Hereni.* Hinc similibus codd. vel edd. priscis usus Octavianus Mirandula in Viridario Illustrium Poëtarum an. 1515. edito. fol. 182. versus ex hac El. affert sub titulo, *Ad Heremum Demophontis.* Turpiter etiam se dedit Volscus, ridicula inscriptione, quam in Mss. invenerat, deceptus, cum in argumento et explicatione 'Heremium Demophoontem nomen cognomenque esse æmuli' Propertiani annotat. Eand. in suo cod. inscriptionem esse testatur Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. II. p. 297. Beroaldus alios recte quidem ineptire notat, qui *Heremium Demophoonta* inde fecerint, sed ipse nihilo melius *herum* exponit dominum, ut Propertius reverentiæ causa Demophoontem *herum* suum appellet. Livineius sibi ipse contradicit; nam in Notis ad h. l. recte ait, '*Heremi* falso in Mss. legi, verumque esse *here mi*, i. e. heri mihi:' sed ad p. 99. 'Tu loqueris,' &c. dicit illic 'significari Demophoontem, quem supra et herum et invidum vocat, qui f. Propertio rivalis erat in amore Cynthiæ.' Nihil certius quam *here* hic id. notare quod, nuper, vel heri.' *Burm.*— 2 *S. miser o D.* Borr. Burm. 1. F. ait Burm. voluerit librarius *S. misero, Demophon. S. mi o Demophoon* C. Com. Quod elegans admodum et venustum videbatur Gebhardo. *Scis mi hinc, D.* corrigend. jubet Lachm. *V. bona* Voss. 1.—3 '*N. mihi* Brix. Venet. *N. meis* rel. omnes.' *Barth.* '*N. mihi* Regg. Colb. 2. et pr. edd.' *Burm.*—4 '*O nimis exitio meo* edd. vett. omn. cum Bon. Guarn. Dresd. Sed melior [sic ante judicaverat Broukhusius] est lect. quam e suis promsit Passeratius, *Omnia in exitium meum.*' Barth. Priorem lect. habent Leidd. Voss. 1. 3. Ask. Burmm. Dorv. 1. et pr. edd. *Exitio nata* defendi posse censet Burm. *Omnia in exitio* præferunt Perr. v. c. Colot. Vat. 2. *Omnia in exitium meum* Voss. 4. Dorv. 2. quod anteposuit Burm. P. ad Ov. I. Amor. 1. 22. *O nimis exitio nota th. meo* Franc. Kuinoelis lect. exhibent B. B. B. *O nimis exitio meo* Lachm. qui levissime pungit ad fin. huj. vs. et vs. 8. et, Paulo accuratius, ait, hæc interpungendo clarissimam his vss. lucem fœneramur, ut transponendum cum viris doctis minime videatur. —6 'Passeratius conjicit *diduc.* Contra stant omnes libri. 'Ducere brachia' et 'deducere' in re saltatoria proprie dicebant.' *B. B.* qui monet *diduc.* defendere Marklandum ad Stat. Sylv. III. 5. 64. *Diduc.* prætulit Burm.

NOTÆ

incertum plane. Hinc tamen illum fuisse amicum aut Poëtæ nostri æmulum exploratum habetur.

Here mi] Here, pro, heri, sicut vespere et vesperi dicitur. Ovid. Amor. I. 8. 'Scis here te, mea lux, juveni placuisse beato.'

4 *In exitium nata theatra meum*] In meam ruinam reperta theatra, quia nempe theatra ac spectacula in primis frequentabantur a puellis ludorum causa, quos avidissime venabantur. Ut ait Ovid. 'Sed tu præcipue curvis venare theatris: Hæc loca sunt voto fertiliora tuo.'

6 *Incinit ore modos*] Tibicinum est

Interea nostri quærunt sibi vulnus ocelli,
  Candida non tecto pectore siqua sedet;
Sive vagi crines puris in frontibus errant,
  Indica quos medio vertice gemma tenet;
Quæ si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
  Frigida de tota fronte cadebat aqua.
Quæris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnes?
  Quod quæris, quare non habet ullus amor?

namque *oculi nostri sibi plagas inquirunt, malumque arcessunt, si forsan formosa aliqua* puella *nudato sinu* in theatro *considet; seu errantes capilli, quos media in capitis summitate lapis pretiosus retinet, nitida et serena super fronte huc illuc vagantur. Si quid* vero *forsan aliqua* puella *mihi sæva renuit dare, gelidus* statim mihi *sudor de tota facie manabat.* Tu *rogas*, o *Demophoon, quare sim adeo facilis erga omnes.* At *cur nullus amor habet* id, *quod rogas? Quare nonnulli sibi bra-*

P. ad Ov. III. A. A. 350. cujus sententiæ accedit Burm. noster. *Deduc.* exponit Heins. ad Ov. Rem. Am. 334. probante Dorvillio in Misc. Obs. Vol. v. p. 297. Et sic Gifanius ad II. Amor. 4. 29. Hoc defendit Kuin. Sed Lachm. statuit haud dubie scribend. *diduc.* et monuit sic quoque Bentleium legend. vidisse, Wakef. teste IV. 773. *Sive aliqua in molli* Markl. cod. suo ascripserat esse legend.—6 'Unus noster cum Borr. C. Com. *injicit*, alter *inicit*. Præplacet vulgata *incinit*, quam adductis e Gellio exemplis bene firmavit Passeratius, olim etiam Beroaldus.' *Broukh.* '*Invenit* Palat. 1. *Inicit* Bon. *Incinere* etiam Petronio restitutum iverunt VV. DD. p. 680.' *Barth.* Leid. 1. Voss. Dorv. Burm. 2. *inicit*, quod ex more scripturæ librariorum dicit Burmannus esse *injicit*, ut in Leid. 2. et Voss. *Concinit* Perr. v. c. Dorv. 2. *Incinit* pr. edd. Aldd. Junt. Colin. ceteræque vetustiores, quod minime solicitand. pronuntiat Burm. et exhibent B. B. B. L. Ad Petron. in Fragm. p. 680. *incinit* h. l. probat Muncker. Post hoc distichon collocandos vss. 9. 10. et sequenti præfigendos esse censet Lennep. in Animadv. ad Coluthum p. 52. Quod probat et amplectitur Burm. sed non exhibet.—8 *Corpore* Voss. 3. Damnat Burm.—9 'Hoc distichon abest a Groning. Neque tamen ego pro spurio rejecero. Sed l. non suo hic legi clamat hiatus sententiæ, melius habituræ si omittatur.' *Broukh. Mihi f. errent* Voss. 4.—10 *Teget* Borr. Heinsius. Damnat Burm.—11 'Libri *negarat*, quod rectius videtur.' *Broukh. Qua si* Dorv. 1. *Quod si . . negarat* codd. Passeratii. *Negaret* Regg. Ask. Voss. 4. et edd. priscæ. *Negarat* Colb. Mentel. Voss. 1. Heinsian. Vat. Groning. et sic Guy. *Negarit* Aldd. Colin. *Negavit* Vat. 1.—12 'Groning. *calebat*. Quod calide amplexus Palm. nescio quid de calore frigido argutatur.' *Broukh. Manabat* affert Cæl. Rhodiginus, VI. Lect. Antiq. 4.—13 Non spernenda Burmanno videtur lect. codicum, in quibus legitur *m. et amens.* Ita Groning. Dorv. 2. idque ex suo cod. affert Livin.—14 *Quid* Voss. 3. Ask. *Non dabit* Heins. conjecerat. Versus

NOTÆ

proprium incinere: canit enim ore tibicen, dum inflat tibias, sed et manus etiam ac digitorum ministerium adhibendum est.

10 *Indica gemma*] Quia nimirum apud Indos gemmæ, lapides pretiosi, ac uniones, ceteraque ejus generis leguntur.

12 *Fronte cadebat*] Ingens æstuantis animi indicium. Ut illud Virg.

Cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris,
Et Phrygis insanos cæditur ad numeros?
Unicuique dedit vitium natura creato.
Mi natura aliquid semper amare dedit.
Me licet et Thamyræ cantoris fata sequantur,
Nunquam ad formosas, invide, cæcus ero.

chia diris cultellis lacerent, lanianturque ad modulos Phrygis insaniam cientes? Cuilibet homini natura suum indidit vitium: mihi vero fortuna perpetuo aliquid amare dedit. Quamvis autem eors etiam Thamyræ citharœdi me maneat, nusquam tamen, o amule, ad pulchras puellas cæcutiam. At quanquam tibi videor in maci-

Burmanno obscurior videtur. *Unus a.* legebat Markl. Possis etiam, ait Burm. *nos habet*, vel f. *non cavet*. *Illud* Brix. *Quin q. quare non cavetur amor:* nimia licentia, ut judicant Addenda ad fin. ed. Burm. Astipulatur Kuinoel Huschkio in Ep. ad Sant. legenti *Quod q. curæ non h.* Hoc elegantia superare ceterorum commenta pronuntiat Lachm. sed 'ne te,' ait, 'species fallat: verum est quod scripti omn. exhibent *Quod q. quare non h.*' —15 Unus Franc. unusque Colb. *sibi br.* Istum Franc. esse secundum licet conjectare, cum *sibi br.* esse in Mentel. dicat Burm.—16 *Quæritur ad a.* Mentel. vel *quæritur*, ut in Exc. Scal. *Creditur* Heinsian. sed in marg. *ceditur*.—17 *Fortuna cr.* Vat. *b.* Leid. 1. Voss. 3. Dorv. 1. F. legend. Burm. putat *creatrix*. Vulg. tuetur Lachm.—18 'Gebh. invenerat veram lect. [unice veram pronuntiat illam esse Barth.] in C. Com. *Mi a.* Nihil certius.' *Broukh. Mi fortuna* Brix. Venet. Loud. *Me* Aldd. cett. ut Gryph. *Fortuna* Leidd. Ask. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. aliique codd. et pr. edd. quod præfert Burm. licet *natura* utroque vs. ediderit Broukh. cum Barthio, et ipse Burm. *Natura* primo, *fort.* altero vs. affert Oct. Mirandula in Viridario Illustr. Poët. fol. 183. et sic Junt. Tentaverat Heins. Advers. p. 347. *Mi formarum a.* vel *Mi furtivi a.* Legebat Eld. *Mi forte uni a.* Sed f. legend. putat Burm. *Mi fortuna aliud.* 'Non elegantissima,' ait Lachm. 'me judice, repetitio [τοῦ] *natura*. Ferrem tamen, si hæc esset optimarum membr. lectio. Nunc, cum e C. Com. tantum recepta sit, revoco *fortuna*.' —19 *Thamyris* Exc. Scal. quod olim placebat Broukhusio: sed in Notis id

NOTÆ

Æn. III. 'Tum gelidus toto manabat corpore sudor.' Alius autem sudor est ab externo calore, alius ab æstu animi, ac tremore nimio et ægritudine.

14 *Non habet ullus amor*] Reddi non potest ratio, cum nulla sit in amore. Omnes enim amantes vitam rationis expertem ducunt, nulloque vivunt consilio et sensu: ut vidimus supra I. 1. et II. 12. 'Sine sensu vivere amantes.'

16 *Phrygis insanos ad numeros*] Fanaticis, et Bellonariis, ac Gallis Cybeles sacerdotibus mos olim fuit sese cultris et gladiis dissecare, sicque numinibus suis sanguine proprio sacrificare. Ut testatur Tibull. I. 4. 'Et secet ad Phrygios vilia membra modos.' Sacra porro ista peragebant discurrentes et saltantes ad modulos tibicinis, cantu suo insaniam ac lymphaticum tripudium concitantis. Juxta illud Lucretii Lib. II. 'Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.' Phryx autem ponitur pro tibicine, quia nempe tibia, illudque cantus, tripudii, ac sacrorum insanum genus a Phrygibus inventa sunt.

19 *Thamyræ cantoris*] Thamyras

Sed, tibi si exiles videor tenuatus in artus,
  Falleris; haud unquam est culta labore Venus.
Percontere licet; sæpe est experta puella
  Officium tota nocte valere meum.
Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos,
  Et cœlum noctu bis sine rege fuit.
Nec tamen idcirco languens ad fulmina venit.
  Nullus amor vires eripit ipse suas.
Quid? cum e complexu Briseidos iret Achilles,
  Num fugere minus Thessala tela Phryges?
Quid? ferus Andromachæ lecto cum surgeret Hector,
  Bella Mycenææ non timuere rates?
Ille, vel hic, classes poterat, vel perdere muros.
  Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.

lenta ac exigua membra amore *extenuatus, erras; nunquam* enim mihi *difficili opere Venus exculta est.* • •

ne memorat quidem; et recte, judice Burm.—21 *Et t.* Guy. citra necessitatem, censente Burm.—22 *Falleris aut nunquam est* cod. Palat. *Fessa l.* Voss. 3. Colot. Vat. 1. quod Burmanno videtur admittend. vel cum Ruhnken. legend. *rupta l.* Certe, ait Burm. *culta* hic non placet, nisi potius hoc ita intelligas cum eod. viro: Exerceo quidem Venerem, sed sine ulla corporis fatigatione. *Fessa* glossema redolere pronuntiat Kuin.—25 Damnat Burm. *geminos artus*, quod in Mentel. ex præc. disticho male repetitum ait. *Requieverit* Borr. Guarn. *Requievit* Voss. 1. *Acquieverat* Dresd.—27 *Flumina* Guarn.—28 ‘ *Erit* Palat. cod. ap. Gebh. qui inde facit *præcipit* vel *eligit*. Male. Felicius Heins. *deterit*, quo nihil certius.’ *Barth.* Malit Burm. cum Heinsio *deserit* aut *deterit*.—30 *Non* duo Voss. Dorv. *Cum* Burm. 1. Legend. conjicit Burm. *Num sensere*.—31 *Andromaches* exhibet et defendit Lachm.—32 *Micenææ* Venet. Corrigend. jubet Burm. *sum*: et sic Markl. conjecit. *Tenuere* Mentel.—33 *Classem* Heins. *Poterant* Neap.—34 *Sic*

NOTÆ

Philammonis filius fuit, qui canendi peritia nimium superbiens Musas ad certamen cantus provocare ausus est; quod Musæ gravissime ferentes omnem illi cantandi ac pulsandæ citharæ facultatem abstulerunt, oculisque orbatum reliquerunt.

25 *Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos*] Jupiter, cum Alcmena cubans, duas noctes simul conjunxit, ut ipsius diutius amore et amplexibus frueretur; inde tamen non est factus languidior ad vibranda fulmina, quia nimirum amor suppeditat vires, non eripit.

29 *E complexu Briseidos*] Nec Achilles, inquit, a concubitu Briseidos debilior veniebat in certamen adversus Trojanos.

30 *Thessala tela*] Achilles, quia nimirum Achilles Thessalus fuit.

31 *Andromachæ lecto cum surgeret Hector*] Nec etiam Hector hebetior segniorque ab amplexu uxoris Andro-

Aspice uti cœlo modo sol, modo luna ministret:
  Sic etiam nobis una puella parum est.
Altera me cupidis teneat foveatque lacertis,
  Altera siquando non sinit esse locum:
Aut si forte irata meo sit facta ministro,
  Ut sciat esse aliam, quæ velit esse mea.
Nam melius duo defendunt retinacula navem;
  Tutius et geminos anxia mater alit.
Aut si es dura, nega: sin es non dura, venito.
  Quid juvat in nullo pondere verba loqui?

Borr. Damnat Burm. *Hoc...hoc* Markl. emendaverat. Burmanno ex Groning. et Dorv. 2. præferend. videtur *Hector ero*.—35 *A. ut c...ministret* Burm. 1. Hinc Heins. *A. ut e c.* vel *Aspicis ut c.* aut *Aspicito ut*. Sed *Aspice uti...ministret* rectum pronuntiat Burm. et ex usu Propertii esse, unde male *ministrat* esse in Borr. statuit.—38 Sic exhibere Dresd. monet Barth. et sic edidere B. B. B. L. nisi quod levissime punxit Burm. post 'Altera,' et Lachm. post 'locum.' In Regg. *Altera, si quando est, non sinat e. l.* ut in Venet. Rheg. Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliisque edd. *Non sinat* habere ed. pr. et Brix. monet Barth. In Mentel. Exc. Scal. Groning. Borr. Neap. *si quando non sinat* vel *sinit esse locum*. *Sinat* etiam in Leid. 2. Voss. 1. 3. *Est* sensum fecisse obscurissimum statuit Burm. qui putat hinc Passeratium conjectura inauspicata tentasse *A. si qua deest*. Hoc damnat et Barthius. Felicius censet Burmannus Heinsium legisse *A. si quando hæc*. Et sic legisse amicum, quem Andream vocat, testatur Livin. et valde probat. Per quem Andream Schottum intelligend. opinatur Burm. quia ab illo, ut ait, se posthumas Livineii Notas in Amorum Triumviros accepisse testatur in Præf. sua Gebhardus.—40 *Et* Borr. Burm. 1. *Vel* Groning. Conjecerat Heins. *At* vel *Ut*. Marklando placebat *Tum*. *Aliquam* Dorv. 2.—41 *Jam* Burm. 1. *Nam duo def. mel.* numero molliore Heinsian. (ut monet Burm.) et C. Com. *Defendunt* deest in Burm. 1. relicto hiatu. Cogitabat Burm. an f. scripserit Auctor *Namque duo mel. fundant*. F. tamen, aiunt Addend. ad fin. ed. Burm. per 'retinacula' intelligi debent gubernacula, quæ bina in Veterum navibus fuisse docet Græv. in Lect. Hesiod. 9. *Defendunt* retinend. pronuntiat Kuin. et defendit. *Navim* Groning. Bon. Guarn.—43 Inde novam El. orditur Lachm. et sic monet: 'Octo vss. qui in libris scriptis Elegiæ superiori adhærebant, cum hac conjunximus; quo pacto nobis eæ, quæ antea

NOTÆ

machæ Græcorum classem invadebat.

34 *Hic ego Pelides, hic ferus Hector*] In amore, rebusque Venereis, non minus se robustum esse gloriatur, quam Achilles et Hector fuerunt. Sic etiam Tibull. 1. 1. 'Hic ego dux, milesque bonus,' &c.

35 *Aspice uti cœlo sol*] Exemplo probat duabus saltem opus esse sibi puellis; ut, si forsan ab altera excludatur, admittatur ab altera.

42 *Tutius et geminos*] Sicut mater minori solicitudine et anxietate afficitur, quæ duos habet filios, quam illa cui tantum unicus est filius; ita ego, inquit Poëta, tutius duas amo puellas, quam unam, securiusque duabus operam impendo, quam uni.

43 *Aut si es dura, nega*] Pars bene-

Hic unus dolor est ex omnibus acer amanti, 45
Speranti subito siqua venire negat.
Quanta illum toto versant suspiria lecto,
Cum recipi, quem non noverit ille, putat?

connexui sententiarum intelligendo objiciebantur, tenebræ optime dispelli posse videbantur. Nam illud distichon, ' Aut si es dura,' &c. prioribus non cohærere Markl. monuit, quod ad h. l. vix pertinere Dorvillii judicium fuit. Hos secutus Burmannus et hoc distichon et sequentium nonnulla alio partim refereuda, partim ordine mutato legenda hariolatur. Scaliger nonnullis transpositis de tribus Carminibus unum fecerat, temerario nec felici incepto.' *Si non es dura* Bon. Mentel. *Nunc si es d.* Guy. *Quod si es dura, nega: si non es dura, v.* Franc. Hoc distichon posse transferri putat Burm. ad El. 18. (El. 14. ad calculos Burmanni) ut statim sequatur versum 30. et ut statim præcedat versui 35. Sed, ait, de hac transpositione liberum virorum doctorum sit judicium.—44 ' *Quod* Palat. 1. Bon. [F. ait Burm. pro *Quo.*] *Et n. p. v. loco* Bon. *Et n. ponere v. loco* Guarn. Dresd. Brix. *In n. ponere v. l.* Palatt. C. Com.' *Barth.* ' *Et n.* Regg. Colbertt. Borr. Groning. Exc. Scal. Voss. 1. Ask. Leidd. Dorvv. mei. *En n.* Voss. 3. *En n.* Heins. sed quod rejecit, *In n. ponere v. loco* Perr. v. c. qui id e Pont. quoque notaverat, et sic in Exc. Mod. Borr. Groning. Neap. Vat. 2. Regg. Colbertt. Ask. codd. Livineii et Gebhardi. Leidd. tribus Voss. Dorvv. meis, vetustiss. edd. et ap. Volscum. Sed tot codicum in illam lect. quam merito ineptam dicit Livin. conspirantium pertinacia non tamen evincit, ut alterum repudietur, quod ex Ber. in Scaligeranam aliasque edd. recte translatum est.' *Burm.* ' *In n. pondere v. loqui* primus Beroaldus: nec, si boni libri addicerent, negarem accipere. Sed codd. quotquot sunt, longe alind præ se ferunt *in* vel *et n. ponere v. loco:* eamque lect. quamvis inepta videatur criticis, unice veram esse existimo.' *Lachm.* —45 *Asper* Regius.—46 *Spectanti* Groning. ' pro, expectanti,' ait Burm. ' ut sæpe.' *Neget* Venet.—47 *Quanti i. t. vertant* Dorv. 1. *Versent* Voss. 4. —48 ' *Et recipi quæ nam noverat illa vetat* Palat. 1. *Cur recipi quæ non noverit ille v.* 2.—*quam non noverit ille v.* C. Com. *Et recipi quæ num voverit, ille v.* Bon. *Quem recipi quæ non* Guarn. *Quem recipi quem non voverit, ille v.* Dresd. *Cui recipi quæ non noverit ille v.* Brix. *Cur recipi cum non noverit illa v.* Aldd. *Ille v.* Colin. *Ille putat* Mur. *Ipse v.* cod. Reg. ap. Heins. qui *Cui* ab initio legit. *Ipse* vult Guy. Heinsius Adv. p. 348. emendat *Cum recipi, ceu non noverit, illa v.* et sic fere Passeratius e variis libb. 'concinnaverat.' *Barth.* ' *Cum recipi, quem non noverit, illa v.* Locus interpolando vexatus et nonnihil obscurus, si hanc lect. sequamur. In Regg. et Colb. 1. *Cui recipi quæ non noverit ille v.* nisi quod *ipse* superscriptum. In altero Colb. *Cur recipi quæ non noverit ille v. Cui recipi* etiam est in Heinsiano et edd. pr. *Quæ non noverit* in iisd. edd. et Dorv. 1. Pro *vetat* in aliis *negat. Cum recipi quem non noverit illa putat* ex v. c. Pueci ascripserat Perreius. Sic etiam in Colot. Vat. 1. 2. *Cum recipi, q. n. n. i. v. 5. Quo recipi——negat* in Borr. sed in marg. *putat. Cur recipi quem non noverit ille putat* Groning. In Mentel. *Cum recipi quem non noverit ille v.* Gebhardus Passeratio accedit legenti *Cum recipi, quem non noverit, illa v.* [Hæc lect. exhibetur a Vulp. B. B. B.] Heynio ad Tibull. p. 295. placebat *Cum recipi, quem non noverit illa, necat:* vel *Quem recipi, quem non noverit ille, necat.* Markl. se versum h. non intelligere aserip-

NOTÆ

ficii accepti videtur esse, si cito neges; juxta illud: ' Diligo præstantem, non odi, Cinna, negantem.'

45 *Hic unus dolor est*] Illa enim puella misere torquet amantem, quæ nec negat, sed cunctatione suspendit.

Et rursum puerum quærendo audita fatigat;
Quem, quæ scire timet, dicere plura jubet. 50

serat, et ex vestigiis codicis Dorv. in quo legebatur *Quoi recipi, quæ non noverit, ille v.* emendand. censebat *Cum recipi, quasi non noverit, illa v.* Hanc ceteris aliorum lectt. præferrem. *Quasi non noverit* jam est in ed. Græv. et hoc sensu Scaliger conjecerat *Cum recipi, quem non noverit illa, v.* puella nempe. Vid. tamen an sic refingi hic vs. posset, *Cum recipi, quem non noverit illa, videt.*' Burm. ' Equidem in ordinem recepi *quem non noverit ille, putat*, cum hæc lect. commodissimum sensum offerat, orationis seriei apprime conveniens sit, et codd. auctoritate nitatur.' *Kuin.* ' Membranæ Neapolitanæ et Palatinæ *Cur recipi quæ non noverit ille v.* Guarn. *Quem recipi quæ non (noverit illa vetat)*: ita videtur; nam hæc postrema verba quomodo in Guarn. legantur scripta, non dicit Vulpius.' *Lachm.* qui, variis conj. ad amussim examinatis, tandem dicit: ' Non dubito unice verum dicere, quod ex Vall. sumtum, *Cum recipi, quem non noverit illa, putat.* Ceterum Vallæ libro, de quo Sant. in Præf. multis disputat, hic unus locus, si recte memini, salutem debet: alia plura ejusd. cod. auctoritate olim f. comprobabuntur.' —49 *Rursus* propter sonum correxerat Markl. quod in Borr. Groning. Vat. Dresd. Neap. Leid. 2. tribus Voss. Dorvv. *Rursus quærendo*, ait Burm. jungenda sunt. Inde patet eum voluisse *rursus*, quamvis *rursum* exhibeat cum B. B. *Rursus* scribend. jubet Lachm.—50 ' In nostro uno itemque in Borr. *Quem quæ scire pudet*; minus recte. *Dicere pl.* est in edd. Ber. Mur. Canter. optime.' *Broukh.* ' *Quem* Dresd. *Pudet* minus rectum est. *Quærere* vulgg. *Dicere* rectius.' *Barth.* *Quem quoque* Voss. 1. *Cum quæ* Mentel. *Quæ quoque* Burm. 2. *Quem sc. pudet* Borr. *Quem qua* Exc. Scal. *Quæ cum* cod. Mod. *Quærere* Leidd. Voss. 1. 3. Borr. Groning. Dorvv. Burmm. et vetustiores edd. Ad oram ed. Ald. conjecerat Heins. *Quoque hæc s. t. quær. pl. libet.* Legend. Burmanno videtur *Quam quæ s. t. dic. pl. j.* vel *jubens.* Ayrm. *dic. pl. juvat.* Heins. Advers. p. 348. *Quem quo s. t. quær. pl. j. Quem quæ s. t.* exhibent B. B. B. B. L. qui *quær.* rectum pronuntiat. Ceterum hic vs. Neapolitano exulat.

NOTÆ

49 *Puerum quærendo audita fatigat*] Servulum iterum iterumque percontando, qui eam audiit, obtundit, enecat, miserum habet, vexat ac cruciat. Juxta illud Horatii Epod. 14. ' Occidis sæpe rogando.'

ELEGIA XXIII.

DE AMORIS SERVITUTE.

Cui fuit indocto fugienda hæc semita vulgi,
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.

Ipsa jam mihi suavis est aqua e lacu hausta, cui ista fuit vitanda multitudinis

Novam El. hic ordiuntur Regii, Colbertt. Leidd. Vossiani, Dorvv. mei, et

NOTÆ

1 *Cui fuit indocto*] Quanta sint in matronarum ac ingenuarum fœminarum amoribus incommoda expertus Poëta vulgares in imposterum puellas

Ingenuus quisquam alterius dat munera servo,
Ut commissa suæ verba ferat dominæ?
Et quærit toties, Quænam nunc porticus illam
Integit? et, Campo quo movet illa pedes?

imperitæ via publica. Estne aliquis honesto loco natus, qui præmia donet alieno servo, ut credita ad amicam arcana perferat? ac tam sæpe roget, quænam modo porticus ipsam habet? et quonam in campo nunc ipsa deambulat? Postea vero *quando*

ceteri omn. Mss. cum primis et aliis vetustis edd. præscripto titulo *De Servitute Amoris.* Sed præcedentibus continuavit Scaliger. Heinsio etiam videbatur superiori El. connectenda, sed primum versum mendosum censebat. Hæc Burmannus. *De se ipso, qui publicas jam amet justis de causis* Vat.—1 ' *Qui* Brix. *Indocti f. et s. v.* Dresd. Brix. *Indocti* quoque Venet. 1500. Aldd. cett. etiam Græv. Lond. Sed Venet. 1493. *indocto. Fugienda semita quoi sic* Guarn.' *Barth.* ' *Cui f. indocti* plerique codd. et Leidd. Vossiani, Dorvillii, ac mei. Quod probabat Markl. vel *Qui f. indocti*, ut in primis et antiquioribus edd. Tum *fugienda et sem.* vel *est sem.* In Borr. *est* utroque vs. omittitur. Legend. puto *Cui fuerat docto.*' Burm. ' Ber. 1487. et post eum Volscus dedere *hæc s. Indocto* est a Scaligero. Sed ne sic quidem satis constat utram viam dicat ' semitam vulgi,' prioremne illam, an hanc quam nunc sequatur. Quis igitur dubitet, quin ante h. vs. quem scripti omn. interstitio a prioribus separant, [ut et ipse Lachm.] pauci versiculi interierint, quibus se quoque olim in illa factione fuisse significaverat? Revocemus igitur potius *Cui fuit indocti fug. et s. v.*' Lachm.—2 *Ipso epota* vult Heins. *Est* non comparet in Franc. 1.—3 *Quanquam* Voss. 1. Burm. 2. *Det* Guy. *Quisnam a. det* Heins. *Quisque* vult Burm.—4 ' Omn. membr. et pr. edd. habent *promissa:* quæ scriptura debet esse vera. *Commissa* flagitium est illiberale Beroaldi, hæc notantis: ' Legend. *comm.* nam *commissa verba* vocat, quæ amator servo commisit ad dominam perferenda.' Redeat itaque in sedem suam vetus lect. nec jure ejecta, quam et Scaligeri et Gebh. codd. habebant.' *Broukh. Permissa* conjecerat Heins. ad oram ed. Ald. in qua *comm.* quod etiam in Colin. Gryph. Rouill. aliisque edd. habetur, neque adeo aspernendam lect. esse, quin potius præferendam Burmannus pronuntiat: et recte, judicante Kuin. cui placet nec *perm.* nec *prom.* Broukhusianam huj. l. expositionem non impugnat Lachm. sed, si addicerent libri, mallet *Ut prom. suæ vera f. d.* —5 *Quærat* Guy. *Illum* Dorv. *Idem* Neap.—6 ' *Dic tegit* conjecerat Heins. sed nihil muto.' *Burm.* qui hæc addit: ' *Ille* Voss. 4. Quod vel ideo noto, quia præcedd. quatuor vss. sede sua motos suspicor, et hi connectendi videntur cum illis ' Et rursum puerum,' &c. Turbatus nempe in hac El. apparet nonnullorum vss. ordo. Præterquam enim quod novam El. a vs. 51. male ordiantur plurimi codd. [ut et nostra Ed.] tria etiam disticha, a vs. 59.

NOTÆ

amare se velle significat.

Semita vulgi] Via publica multitudinis ac plebis ineptæ.

2 *Petita lacu*] Hoc est, turbida, immunda, ac limosa.

5 *Quænam porticus*] Variæ fuerunt Romæ Porticus, in quibus spatiabantur et deambulabant Romani, ut Porticus Phœbi, infra Eleg. 31. Porticus Pompeia, Eleg. 32. Porticus Livia, et Octavia ap. Ovid. Art. 1. Porticus Agrippæ, &c.

6 *Campo quo movet illa pedes*] Fuerunt itidem Romæ plures Campi. Campus Martius, Campus Esquilinus, Cælimontanus, Viminalis, Flaminius, Campus Agrippæ, &c.

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores
  Herculis, ut scribat, Muneris ecquid habes?
Cernere uti possis vultum custodis avari,
  Captus et immunda sæpe latere casa.
Quam care semel in toto nox venditur anno!
  Ah! pereant, siquos janua clausa juvat.
Contra rejecto quæ libera vadit amictu,
  Custodum et nullo septa tumore, placet;

omnes Herculis, quos fabula refert, labores sustinueris, quidnam tibi præmii est? Quamvis puella tibi scribat, et possis intueri faciem avari custodis, ac deprehensus quoas frequenter delitescere in gurgustiolo impuro. Quam grandi pretio unica nox per integrum annum semel ducitur! Ah pereant illi, quos ejectos *fores clausæ delectant. Contra* vero ista mihi puella *jucunda videtur, quæ reducta veste, sui juris et libera, nulloque custodum fastu aut metu stipata incedit; cui frequenter Via Sa-*

[nobis El. 24. 11.] usque ad vs. 64. illo loco non occurrunt in variis Mss. sed in finem Elegiæ rejiciuntur.' Singula igitur f. in integrum sic restituenda putat, si hoc ordine legeris ad nostros calculos: El. 22. vss. 47. 48. El. 23. vss. 3. 4. El. 22. vs. 49. (ubi legere mallet *Quæ toties puerum,*) et vs. 50. El. 23. vs. 5. et vs. 6. (ubi mallet ille,) vss. 7. 8. El. 24. vss. 11-14. El. 23. vss. 1. 2. El. 24. vss. 15. 16. Ceterum in Broukh. et Burm. edd. vs. 8. sequuntur El. 24. vss. 11-16.—7 *Quod dixit* Heins. *Dicit pœna* C. Com.—8 'Omn. libri *ut scribat*. Tamen Guy. refingit *hæc stridat*. Egregie vero. Heinsii correctio valde est acuta, N. in Ov. Ep. Hermion. 104. *huic quod des muneris e. h.* Mihi neutiquam displicet vulgata.' *Broukh.* '*Ut subdat* vel *huic ut* [Q. ?] *des* Heins. quam frigide! *Et quid* Brix. Ald. 2. *Et quod* Gryph. Basil.' *Barth.* Guyeti conj. damnat Burm. ut ineptam. *Et* Regg. Vat. 1. 5. et vetustæ edd. notante Burm. cui *ut scribat* non videtur solicitand.—9 ' Potior pars librorum *amari:* sed *amari* e suis exhibuit Beroaldus. Recte.' *Broukh. Avari* Heinsian. quod exhibent B. B. B. et optime vindicare Broukhusium censet Burm. *Amari* rectius esse pronuntiat Lachm. sed id vel librariorum incuriæ debetur, vel est interpretamentum grammatici, judicante Kuin.—10 ' Locus non adeo apertus, ac prima fronte videtur. *In immunda* Dorv. 2. *In munda* Borr. [Guarn.] pr. edd. *Immundo cavo* conjecerat Heins. N. p. 698. Sed, quia 'immundo' mox sequitur, etiam h. modo locum corrigend. cogitaverat, *Spretus et in nudo s. jacere solo.* Huic emend. suffragari posset meus 2. in quo *in nuda* legitur. Ejusd. Heinsii sagacitas loco h. qui procul dubio corruptus est, mederi tentaverat ad oram ed. Ald. *Captus et immundæ sepe l. casæ.* Certe *sæpe* valde languet, quæ vulgarior vox videtur pro *sepe* supposita esse. Nondum tamen a præcipuo ulcere persanatum locum arbitror, quod latere puto in *Captus. Spretus* a vulg. ut et *solo* a *casa* nimium recedit. Sed *jacere* et *immundæ sepe casæ* valde placet; ideoque sic restituend. opinor, *Et canis immundæ sepe jacere casæ:* vel legi posset *Et canis immunda sæpe latere casa.*' Burm.—11 ' Groning. *verterit*, quod non videtur de nihilo. Sed melius, opinor, refinges *perditur*, argutia non quæsita.' *Broukh.* ' *Caræ* Dresd. *Stertitur* Heins. sed inf. quoque legitur ' vertitur dies' 28. 32.' *Barth. Verterit* Dorv. 2. cod. Livin. In reliquis *vertitur:* quod, ait Burm. f. placere neminibus posset, ut El. 28. 32. *Perditur* correxerat et Markl. Sed verissimam esse Hemsterhusii emend. *venditur* censet Burm. qui præsertim favere cum ipso Hemst. putat vox ' care.' Sic etiam conjecerat Ayrm. et confirmavit Schraderus 1. Obs. 3. p. 28. et Emend. 6. p. 127.—12 *Si quas* Leid. 2. non male, judice Burm. Et sic ingenii felicitate divinaverat Wassenburgius, ut aiunt Addenda ad fin. ed. Burm.—13 ' Audebone tentare *neglecto?* Sed nihil est necesse.'

Cui sæpe immundo Sacra conteritur Via socco,
  Nec sinit esse moram, siquis adire velit.
Differet hæc nunquam, nec poscet garrula, quæ te
  Astrictus ploret sæpe dedisse pater.
Nec dicet: Timeo: propera jam surgere, quæso:
  Infelix! hodie vir mihi rure venit.
Et quas Euphrates, et quas mihi misit Orontes,
  Me capiant: nolim furta pudica tori.

cra calceolo lutulento calcatur, neque patitur moras afferri, si forsan *aliquis* ipsam *cupiat convenire. Ista nusquam procrastinabitur, neque verbosior a te petet* ea, *quæ pater* tuus *nimium parcus et avarus frequenter lamentetur te dedisse. Neque dicet: Metuo, nunc festina consurgere ocyus amabo. Heu! me miseram! hodie maritus ad me redit e villa. Me* jam *ad amorem sui inducant* puellæ, *quas ad nos Euphrates et Orontes miserunt.* Ego modo *non cupiam furta lecti*

* * * * * * * * * * * *

Broukh. Nihil esse necesse statuunt et Barth. et Burm.—14 'In omn. libris inveni *timore*. Ita legi jubet Pricæus ad Apul. M. p. 516. Sed melior videtur vulg. quam et Aldina expressit cum Colin. et roborarunt jam alii.' *Broukh.* '*Timore* Dresd. *Timor* C. Com. Melior est vulg.' *Barth.* *Tum.* valide tuetur Gebh. probabatque Guy. sed jure, ait Burm. rejicitur ab Hemst. *Tim.* placuit etiam Marklando, neque aliter Heins. in Notis, publicatis ab Ernestio, ad Tac. G. 19. Hoc exhibent Burm. Lachm. Sed *tum.* exhibent B. B. et defendit Kuin.—16 *Sivit* Dresd.—17 *Differt* Regg. Colbertt. Exc. Mod. et pr. edd. *Poscit* Voss. 3. *Possit* Borr. Heinsian. *Posset* Burm. 2. sed in marg. *poscet*. *Posse gerula* Dorv. 1. *Garrulam* Passeratius exponit per, nimium tinnientem. Sed melius, judice Burm. Schraderus Emend. 6. p. 127. conjicit *poscet grandia*. Vulg. defendit Lachm. *Quod te* Bon. unus Colb. Leidd. Voss. 1. 3. Neap. Burmm. Dorv. '*Quæ te* impressi; codd. f. omnes *quod te*. Groninganus quoque, Broukh. teste, ex quo Livineius *quid te* annotaverat.' *Lachm.*—18 *Astructus* Mentel. *Ah strictus* male Scaligerum legisse notaverat Heins.—21 Invitis quidem membranis, ait Lachm. at sensu ita exigente, repono *Hæ quas*.—22 '*Me juverint* Neap. [Dresd.] unde Heins. *jurint:* ut in

NOTÆ

14 *Custodum septa tumore*] Matronæ quondam apud Romanos non publice incedebant nisi custodum veluti vallo et aggere cinctæ, qui amatores arcerent.

15 *Sacra via*] Illa via fuit Romæ Sacra vocitata, quod in ea ictum sit olim fœdus inter Romulum et Tatium, aut quod, ut ait Varro Lib. IV. de L. L. per eam Sacra quotquot mensibus ferebantur in arcem, et per eam Augures ex arce profecti solebant inaugurare. Per Viam Sacram etiam triumphantes in Capitolium procedebant. In eadem etiam Via Sacra forum fuit multarum rerum venalium, ut fructuum cujuscumque generis, florum, casei, lactis, &c. Ovid. Art. II. 'Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant, Afferat in calatho rustica dona puer. Rure suburbano poteris tibi dicere missa, Illa tibi Sacra sint licet emta Via.' Satiricus in Catalectis: 'Hæc quæcumque tibi posui vernacula poma, De Sacra nulli dixeris esse Via.'

21 *Quas Euphrates, et quas misit Orontes*] Fœminæ nimirum significantur quæ e Syria et ex Armenia Romam venerunt. Euphrates enim flu-

Libertas quoniam nulli jam restat amanti,
Nullus liber erit, siquis amare volet.

casti. Quandoquidem nihil omnino libertatis amatori nunc superest, nemo liber erit, quicumque amare capiet.

illo Ennii, 'O Tite, si quid ego adjuro.' Sed quis Enniana facile Propertio obtrudet?' *Burm.*

NOTÆ

vius est Armeniæ, qui vastissimus regiones emensus, Tigrique simul junctus, in mare Persicum delabitur. Orontes vero fluvius est Syriæ, qui nascens e monte Libano præter Antiochiam Syriæ urbem, non longe a Seleucia, devolvitur.

22 *Furta pudica tori*] Furta dicuntur de adulteriis, quæ abhorrere se significat Poëta; oportet enim matronarum ingenuarumque puellarum torum ac conjugium esse castum et pudicum.

ELEGIA XXIV.

DE CYNTHIA, IN ÆMULUM.

Tu loqueris, cum sis jam noto fabula libro,
Et tua sit toto Cynthia lecta foro?

Tu etiam *loqueris, quamvis vulgato jam libro sis* totius populi *fabula, tuque*

'*Ad Cynthiam* Dresd. In aliis *De Cynthia in æmulum.* Recte vero priorem huj. C. partem Scaliger, Broukh. Burm. cum superioribus connectunt, et a vs. demum 17. novam El. incipiunt; sed vss. 11-16. legunt post vs. 8. El. 23.' *Kuin.* 'Novam El. hic inchoant plerique codd. et edd. vetustæ.' *Burm.* 'Posset hæc El. superiori subnectenda, et saltem usque ad vs. 16. continuanda videri, tam ob vs. 9. quam ob ipsum principium, quod videtur ad præcepta antecedentis El. referri. Sed, cum Poëtæ sæpe quoque comica principia, ex abrupto ordientia, ament, nihil mutand. censeo, inprimis quoque ne consensus editionum turbetur.' *Barth.* 'Dubium non est, quin hæc in codd. recte a superioribus separata sint, quanquam Scaliger continuaverit, tribus tamen postremis distichis in alium l. traductis.' *Lachm.*—1 '*Sit—toto* Bon. Guarn. Brix. Aldd. Colin. cett. *Sis—toto* ed. Mur. *Sit noto* Dresd.' *Barth.* '*Sit* Borr. Regg. Colbertt. Ask. Leidd. duo Voss. Dorv. mei, et antiquæ edd. in quibus etiam *toto*, quod probat Gebh.' *Burm.*—2 *Noto* unus Voss. Heinsian. Vat. 1. 2. Neap. et, monente Kuinoele, Dresd. Pro *foro* in Voss. 3. *thoro.*

NOTÆ

1 *Tu loqueris*] Sub aliena persona, alteriusque nomine, sese videtur objurgare; significatque se Cynthiæ causa factum esse famosum, et per totam urbem esse ludibrio. Dicit tandem se semper suam Cynthiam constanter amaturum, seseque ab ea nunquam discessurum.

Cui non his verbis aspergat tempora surdo
  Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor?
Quod si tam facilis spiraret Cynthia nobis,
  Non ego nequitiæ dicerer esse caput,
Nec sic per totam infamis traducerer urbem:
  Ureret et quamvis, nomine verba darem.
Quare ne tibi sit mirum me quærere viles:
  Parcius infamant: num tibi causa levis?

Cynthia frequenti foro lecta fuerit. Cui non ad ejusmodi sermones faciem perfundat sudor, vel pudor ingenuus, vel silendus amor? Quod si tam propitia mihi Cynthia faveret, ego non traducerer esse dux nequitiæ; neque ita per totam urbem turpiter infamarer, quamvis amore arderem, ac Cynthiæ *nomine verba darem. Itaque ne mireris me puellas ignobiles et vulgares sectari; nam minus famam laedunt. Videturne tibi* ista *ratio parvi momenti?* Ipsa *nunc* cupide expetit *ha-*

Alia Veneta habet *si tota*, alia *sit tota*.—3 ' *Asp. verbis his* Posth. *Sudor* codd. et edd. fere omnes. *Surdo* est ex emend. Scaligeri, improbante Heins. sed prob. Broukh. Vulp. ed. Gött. et Dorvillio ad Chariton. p. 381. cui *sudor* irrepsisse videtur ab eo, qui explicare voluerit, quo modo tempora alicui amor aut pudor aspergat, nempe sudore. Nihil certius. *Sudore Aut* malebant Canter. Passeratius, et Guy.' *Barth.* ' *Sudor*, addita distinctione, in plerisque codd. primis ac vetustioribus edd. quod probabat Heins. et sic H. J. Arntzenius in Specim. Obs. 13. p. 104. sed ingratæ auribus sunt tres voces uno in disticho similiter desinentes. Neque admiserim *sudore:* unicum enim hoc in toto Prop. si recte memini, exemplum esset syllabæ in fine versus superfluæ, quæ cum sequenti coalescat. Sequor igitur Scaligerum.' *Burm.* ' Quid igitur?' ait Lachm. post multa verba; ' num hic quippiam intelligis? Ego certe nihil intelligo. Quare de h. l. aut prorsus desperandum est, aut aliquid saltem faciendum quod tuto fieri possit. Nempe, ejecta correctione Scaligeri, *surdo*, revocemus *sudor*. Ita certe in h. vs. nihil desiderabis: sed de altero plane actum est. Quid de pentametro fiet? Si me audis, ejiciemus ut subditivum.' *Quoi nos* Burm. 2. *Quoi non* Groning.—4 *At* id.—5 *Quid* una Veneta. Pro *tam* Pucc. emendabat *jam*. Sic præfert Vat. 5. *Non fac.* conj. Livin.—7 *N. si* Exc. Mod. Leid. 1. Palat. Burmannianus. *Traduceret* Voss. Leid. Groning. et pr. edd.—8 ' *Urerer* nostri duo cum Groning. et duo item Gebhardi. Quod non deterius videtur.' *B. B.* Palat. 1. *Ureret, et q. n. v. dare. Ureret* Leid. 1. Burmm. unus Dorv. edd. pr. Aldd. aliæque. *Urerer* Borr. ' Distinguunt alii,' ait Burm. ' *Ureret et quamvis, nomine v. d.* i. e. Simulato alterius pro vero Cynthiæ nomine, populo imponerem, ut Dousa P. aliique intelligunt: vel potius *Urerer et quamvis nomine* exponi posset: Licet te amarem ob nobilitatem generis.' Kuinoelis lect. exhibet Barth. *Urerer et quamvis nomine, v. d.* exhibent Broukh. Burm. *Urerer et quamvis, nomine* edidit Lachm.—10 *Non tibi* Bon. *Cum tibi* Dresd.—11 ' Legend. *superbi*, quia

NOTÆ

7 *Infamis traducerer*] Traduci est duci trans aliquem locum, derideri, et ad infamiam ostentari. Sumtum est a servis sontibus et furciferis, qui per vias ducuntur ad infamiam simul et supplicium.

8 *Nomine verba darem*] Sub ficto ac supposititio nomine Cynthiæ amorem meum, qui lateret, dissimularem, et ita homines deciperem. Quod qui-

Et modo pavonis caudæ flabella superbæ,
Et manibus dura frigus habere pila;
Et cupit iratum talos me poscere eburnos,
Quæque nitent Sacra vilia dona Via.
Ah! peream, si me ista movent dispendia: verum
Fallaci dominæ jam pudet esse jocum.

* * * * *

bere muscaria caudæ superbientis pavonis, nunc duram in manibus pilam ad frigus; nunc vulti iratum me talos petere eburneos, ceteraque *abjecta munera, quæ in Via Sacra prostant. Ah! moriar ego, si ista me movent famæ damna; verum me pudet a puella perfida tamdiu fuisse delusum. Istudne erat cur me maxime lætari*

pavo mas stellata est ac gemmante cauda, non item fœmina.' *Broukh.* 'Recte quidem Broukh. *superbi* asseruit. Sed, quod rationem addat, quia pavo masculus, non fœmina, caudam habet gemmatam, miror; nam, qui *superbæ* ediderunt, *caudæ* adjunxerunt. *Caudam superbam* Heins. per appositionem. Sed probo lect. receptam.' *Burm.* '*Superbæ* codd. auctoritate munitam recte probant Hemst. Schraderus Emend. p. 128. et Boltius in Sylva Crit. p. 76.' *Kuin.* 'Hic quoque, quicquid librarii dissentiant, *Hæc modo* scribend. Sed *superbæ* lege ex libr. omn. [Vid. quomodo jam codices prætereundos, jam ipsis codicibus lectiones firmandas in una sententia statuat! Sed hæc criticorum perversa est ratio.] quod quam temere Broukh. mutaverit, VV. DD. abunde patefecerunt.' *Lachm.*—12 *Duræ pilæ* Heins.—13 *Iratam* conj. Passeratius, et interpretatur: Cupit ut iratam placem lusu talorum. Sed sic, ait Burm. dicendum fuisset *irata cupit me ad talos poscere. Subit iratam* ad oram ed. Ald. ascripserat Heins. Vulg. exponit Burm. *Ingratum* reponend. jubet Lachm.—14 *Julia* legebat Beroaldus. Ita Burm. 1. Venet. 2. Rheg. Brix. *Vilia* recte se habere pronuntiat Burm.—15 *Ha peream....dispendia si me* Guarn. *Ac p.* Exc. Mod. Borr. Malit Burm. *Dispeream.* Pro *verum, si me* Exc. Scal. *Si me* Neap. Borr. Leidd. Bon. Voss. 1. 3. Dorv. 2. Dresd. Burmm. et pr. edd. inter quas Brix. *Sed me* rectius esse pronuntiat Burm. et ita in Regg. Colbertt. Aldd. Junt. Colin. Gryph. cett. Sic affert Barth. ad Calpurn. Ecl. 3. 50. *Verum* exhibent B. B. B. '*Verum* primus, nescio unde, Scaliger dedit. Impressi ante eum plerique *sed me. Si me* Volsc. edidit 1488. *Verum* potest placere, quia præcessit 'si me ista:' sed regulæ criticæ *sed me* scribend. vincunt.' *Lachm.*—16 *Non p.* superscriptum in Voss. 3. Damnat Burm. *Tam p.* melius fuerit, censente Lachm. *Esse locum* Borr.

NOTÆ

dem revera fecit Propertius. Non enim ejus amica vero nomine Cynthia, sed Hostia vocabatur. Ut testatur Apuleius Apolog.

12 *Frigus habere pila*] Alii volunt significari pilam cristallinam; quam puellæ manibus ad æstum refigerandum tenerent: alii pilam lusoriam intelligunt, qua etiam puellas aliquando lusitasse testatur Virg. in Ciri de Scylla puella: 'Cum lapsa e manibus fugit pila.'

14 *Sacra vilia dona Via*] De Sacra Via diximus ad Elegiam superiorem, vidimusque rusticanas merces, poma, ceteraque fructuum genera in Via Sacra fuisse venalia. Ovid. Amor. 1. 8. 'Munera præterea videat, quæ miserit alter: Si tibi nil dederit, Sacra roganda Via est.'

Hoc erat in primis quod me gaudere jubebas?
Tam te formosam non pudet esse levem?
Una aut altera nox nondum est in amore peracta,
Et dicor lecto jam gravis esse tuo.
Me modo laudabas, et carmina nostra legebas.
Ille tuas pennas tam cito vertit amor?
Contendat mecum ingenio, contendat et arte;
In primis una discat amare domo:
Si libitum tibi erit, Lernæas pugnet ad hydras,
Et tibi ab Hesperio mala dracone ferat:

volebas? non erubescis esse inconstans, cum tam pulchra sis? Nondum modo una vel altera nox in amore tuo exacta est, jamque dicor molestus esse tuo toro. Tu *mox me laudibus efferebas, versusque meos legebas.* Tunone *amor iste adeo repente* suas *alas aliorum convertit? Ingenio mecum ac industria decertet,* ac *ante omnia discat amare unica in domo.* Si vero *tibi placuerit, ad hydras Lernæas dimicet,*

Heinsian. Et hoc damnat Burm.—17 Hinc ordiuntur novam El. Bronkhusius, Burm. et Lachm. ' Hæc quoque El.' ait Burm. ' in multis Mss. et antiquis edd. connectitur cum superiori post va. 65. [secundum calculos Burmanni.] Plurima enim in his et antecedd. longe alio illic exhibentur ordine, antequam Scaliger eo modo, quo nunc leguntur, ea transposuerat. Sed nimium tamen sibi in his digerendis indulsisse virum maximum notat Hemsterhusius ad h. El.' ' Hoc C.' ait Lachm. ' quin Scaliger a superiori separaverit, unus Vulpius, codicum mancipium, dubitavit.' Ordinem Kuinoelis retinet Barth. Ceterum damnat Burm. *erit*, quod præfert Neap. *Videbas* Guarn. Regg. Leid. 2. Voss. 3. Dorv. 1. Burm. 2. et pr. edd.—18 *Jam* Burm. 1. *Num p.* Mentel. *Tam* conjungend. cum ' levem,' quia scripsisset Auctor *Te tam*, non *Tam te*, notaverat Markl. *Tam* ad utrumque referri posse observavit Passeratius.—19 *Nondum* Burm. 2. *Vixdum* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. *Parata* cod. Palatinus: unde Gebh. *patrata* conj. Quid opus erat, ait Burm. hic intrudere verbum obscenum?—25 *Purget* Brix. *Et hy.* Voss. 3. Dorv. 1. *Ad aras* 2. a m. pr. Damnat Burm. *Leneus ad aras,*

NOTÆ

18 *Formosam non pudet esse levem*] Formositatis semper fuit comes levitas et inconstantia, ut vidimus supra Eleg. 16. ' Formosis levitas semper amica fuit.'

25 *Lernæas pugnet ad Hydras*] Lerna fuit palus in Argivorum regione, in qua fuisse fabulantur hydram multis capitibus formidolosam, cujus uno abscisso capite tria succrescebant. Hercules autem dicitur eam interemisse. Vicinæ porro regioni adeo erat infesta, ut inde ductum sit proverbium ' Lerna malorum,' ad significandam summam calamitatem.

26 *Hesperio dracone*] Hesperides puellæ dicuntur in Libya habuisse nemus auriferum a vigili dracone servatum, quem fabulantur Herculem olim interfecisse, et poma aurea inde ad Eurystheum detulisse. Plinius autem et Solinus narrant hortos Hesperidum curvo flexuosoque maris meatu fuisse cinctos, qui visentibus procul draconis præbebat speciem, unde draconem custodis instar fuisse interpretantur. Hesperius autem draco dicitur ab Hesperidibus, quæ tres

Tetra venena libens, et naufragus ebibat undas,
  Et nunquam pro te deneget esse miser:
(Quos utinam in nobis, vita, experiare labores:)
  Jam tibi de timidis iste protervus erit,
Qui nunc se in tumidum jactando venit honorem.
  Dissidium vobis proximus annus erit.
At me non ætas mutabit tota Sibyllæ,
  Non labor Alcidæ, non niger ille dies.
Tu mea compones, et dices, Ossa, Properti,
  Hæc tua sunt: heu! heu! tu mihi certus eras.

tibique ab Hesperio draconis pocula afferat. Sponte sua atra toxica sumat, ac naufragium passus mare epotet, neque usquam propter te recuset esse infelix: (quos velim labores, o mea lux, ut in me experiaris:) tunc ille insolens in numero timidorum erit, qui modo jactando se in superbum honorem evectus est; annusque vobis proximus sequens afferet discordiæ causam. Sed me neque etiam *tota ætas Sibyllæ mutabit, neque Alcidæ labores, neque illa nigra* mortis *dies* ultima. O Cynthia, *tu meos* cineres *tumulo inferes, diceseque: Ista sunt ossa tua, o Properti, heu! tu*

quod in Exc. Scal.—26 *Ut* Burm. 1.—27 *Terra* Mentel. 'corrupte,' ait Burm. 'sed quod favet lectioni *Tetra*. *Trita* enim conjecerat Heins.' Damnat Burm. *libens*, quod habet Heinsian. et *bibens*, quod habent Brix. et Nestor in Vocab. p. 92. Rescribit Lachm. *imbibat*.—28 *Piger* Palat. 1.—29 Q. *autem* Groning. *Victa* Ask. *Vitam* Leid. 2. *Experiere* Dorv. 2.—31 '*Se* abest a Groning. et ab uno Colb. [v. c. Frut. et Bon.] Gebhardus etiam pro inepto habebat: miror, et scio Veteribus aliter visum. Non ignoro etiam omisso pronomine Ciceronem extulisse. Sed 'jactare se' multo est frequentissimum.' *Broukh.* Id. sentiunt Vulp. Barth. Burm. *In tantum* Livin. Guy. Vult Heins. *in nimium j. effertur*, vel *se evexit honorem*. Gebh. lacunam invenit in cod. Palat.—32 'Venet. 2. Colin. *Discid.* quod e duobus codd. probat Gebh. 'Discidium' corporum est, 'dissidium' animorum. Neque nos Gebhardum hic audiemus.' *Broukh.* '*Discid.* ed. Grass. Ald. 1. Sed *Dissid.* 2. cum cett.' *Barth.* '*Discid.* scribe cum Livin. ex Neap. Palat. 1. C. Com.' *Lachm.* *Dissid.* exhibent B. B. B.—35 'Ut de constructione impedita nihil dicam, nunquam Latini 'componere alicujus ossa,' sed 'componere aliquem.' Tibull. III. 2. 26. 'Sic ego componi versus in ossa velim.' Unde legendum *Tu me compones*. R. P.' *Porsoni* Misc. Crit. p. 381.—36 'Omn. membr. *heu heu*. Et sane sic solent libri non valde veteres; contra atque illi quos commendat longior ætas.' *Broukh.* '*Heu heu* præter codd. Broukh. etiam Bon. Dresd. Brix. ac Venet.' *Barth.* *Eheu* exhibent hic et in vs. prox. B. B. *Heu heu* Burm.

NOTÆ

filiæ Atlantis, Mauritaniæ regis, fuisse referuntur. Hesperides etiam dicuntur ab Hespero seu Vespero stella, quæ prima ad occasum post solis abcessum lucere cernitur.

33 *Ætas tota Sibyllæ*] Profitetur se fore in amore constantissimum, adeo etiam, ut nec ulla sæculorum serie, nec ullis laboribus, nec ipsa quidem morte dimoveri possit ab Cynthiæ amore. De Sibyllæ ætate jam supra vidimus Eleg. 2. præsentis lib. II.

34 *Non labor Alcidæ*] Alcides dicitur Hercules ab Alcæo patre Amphitryonis, vel ab Alcæo monte, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, a fortitudine. De laboribus porro Herculis nota est fabula.

Certus eras, heu! heu! quamvis nec sanguine avito
  Nobilis, et quamvis non ita dives eras.
Nil ego non patiar: nunquam me injuria mutat:
  Ferre ego formosam nullum onus esse puto.
Credo ego, non paucos ista periisse figura:
  Credo ego, sed multos non habuisse fidem.
Parvo dilexit spatio Minoida Theseus,
  Phyllida Demophoon; hospes uterque malus.
Jam tibi Iasonia nota est Medea carina,
  Et modo servato sola relicta viro.

mihi fidus eras. Eheu! tu mihi *fidus eras, licet neque genere prisco inclytus, licetque non adeo opulentus esses. Omnia ego perferam. Nulla unquam me injuria mutat. Ego pulchrum pati* puellam *nullum onus esse reor. Existimo complures ista pulchritudine* captos *periisse, complurosque* etiam *fidelitate et constantia* carituros. *Theseus pauco* temporis *spatio Minoidem adamavit, Demophoonque Phyllidem; uterque hospes* fuit *nequam et perfidus. Modo tibi cognita est Medea nave Iasonia* abducta, *brevique post deserta ab homine* per ipsam a morte *liberato*. Illa

Lachm.—38 'Sic Borr. In aliis est *navita d. e.* Quem puerilem errorem bene sustulit Beroaldus. Est tamen sic satis vetus: vix enim puto extare hodie ullum cod. manu exaratum, qui non ostentet *Propertii Aurelii Nautæ.*' Broukh. '*Navita* codd. fere omnes, etiam Bon. Guarn. Dresd. cum edd. Brix. Venet. Heinsius, qui Scaligero *non ita* per errorem ascribit, cum sit a Beroaldo, rectius legi vult *haud ita* [quod f. verius esse pronuntiat Lachm.]: sed *non ita* propius accedit ad *navita.*' Barth. '*Non ita* corrigit Beaumont. in Histor. Crit. Reip. Liter. Tom. XII. p. 119. Sed illum refutat initium huj. distichi 'Certus eras heu heu.' Continuantur enim Cynthiæ mortem Propertii dolituræ verba. Ex l. huj. corrupta lect. *navita* in plurimis Mss. Propertio, supinitate librariorum, cognomen *Nautæ* adhæsisse notum est. Sed *non ita* jam reposuisse Pontanum notaverat Perreius, et Beroaldum sic emendantem laudavit Scaliger.' *Burm.*—39 *Patior* Leid. Voss. 1. *Non quæ me* Heinsian. Borr. *Num quæ* Voss.—40 *Non onus* Heinsian.—42 *Credo sed* Bon.—43 Vult Dorvillius *Dil. sp. Th. Min. par.* quam transpositionem Propertium ipsum admissurum dubitat Burm.—44 '*Hostis* unus noster et Borr. [C. Com.] Male.' *Broukh.* Id. censent Barth. Burm. qui monet sic legere suum l. unde 'unus noster' Broukhusii potest intelligi quid velit.—45 *Vista est* Borr. Heinsian. Unde *vecta* vel *lecta* conj. Heins. Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. II. p. 299. 300. *nota* retinebat. *Est* omittit Mentel. *Jasoniæ carinæ* Brix. 'Singula inter sese conferenti patebit nullum in hoc Poëta vs. ineptiorem legi. Repono *Jam tibi Jasonia votum est, Medea, carina.*' Lachm.—46 *Et m. ab infido* Burm. 2. sed in marg. *fallaci* pro varia lect. vel

NOTÆ

43 *Minoida Theseus*] Minois dicitur Ariadne, Minois, regis Cretæ, filia, cujus integram historiam vidimus ap. nostrum Catull. in nupt. Pelei. Hanc Theseus e Creta discedens abduxit, eamque in insula Naxo deseruit.

44 *Phyllida Demophoon*] Phyllis, Lycurgi, regis Thraciæ, filia, Demophoontem Thesei filium ex bello Trojano redeuntem hospitioque lectoque exceptit proprio, ea lege, ut domi compositis rebus sese uxorem duceret. Profectus itaque Demophoon, cum ultra tempus statutum negotiis do-

Dura est, quæ multis simulatum fingit amorem,
Et se plus uni siqua parare potest.
Noli nobilibus, noli conferre beatis.
Vix venit, extremo qui legat ossa die. 50
Ii tibi nos erimus: sed, tu potius, precor, ut me
Demissis plangas pectore nuda comis.

crudelis est, quæ fictum amorem pluribus dissimulat, seque ornare sustinet pluribus quam uni. Tu *noli* me *comparare nobilibus, neque divitibus:* ex iis enim *egre reperitur* unus, *qui suprema die cineres* amice *colligat. Tales tibi nos præstabimus;* ut tua ossa sepeliamus: *at* vero, *oro* ego te *potius ut solutis crinibus et effusis, nudatoque sinu, me* mortuum *lugeas.*

glossa, ut in uno Colb. Leid. Voss. 1. Quæ notavit suus patruus ad Val. Fl. VII. 387. ea receptam lect. tueri censet Burm. *A modo* Franc. Sed *et* bene defendere Broukhusium statuit Burm.—47 Hoc distichon post vss. 17. 18. collocant Broukh. Burm. *Cura* Borr. Burm. 1. 'In omn. membr. est *fingit*. Qui elegans pleonasmus cur displiceat? Non possum exputare unde ortum sit istud *ducit*, cum videam omnes omnium edd. nihil abire a scriptura membranarum.' *Broukh.* *Finxit* Guarn. *Ducit* Exc. Scal. Dorv. 2. *Figit* Neap. *Fingit* Regg. Colbertt. et reliqui codd. firmant. Vulpius testatur sibi adolescenti concinnius fuisse visum *multos simulato ducit amore*, sed deinde receptæ lect. *multis simulatum fingit amorem* acquievit.—49 'Nihil mutant membranæ: sed Heinsius ad Ov. I. Amor. 15. 34. legit *te offerre*. Argute, ita vivam, et quo ducere videntur ipsæ literæ. Interim dum Notas ejus in Poëtam nostrum expectamus, contenti simus hoc Catone.' *Broukh.* *Conf.* defendit Barth. et B. B. B. L. ediderunt. Heinsius suam conj. proposuit et ad Prop. p. 699. et Advers. p. 348. et ita se olim conjecisse, sed postea repudiasse notaverat Markl. Vulg. non videtur Burmanno solicitanda. *Gaudere* aliquem correxisse notat Schrader. II. Obs. 7. *Confidere lautis* suis ad Burm. literis Eld. *Nobilius* Venet. 2. Rheg.—50 *Legit* Heinsius, quod et in aliis codd. et priscis edd. Sed *legat* Mentel. Groning. Vat. 1. 5. Palatinus, ceteriquæ Mss. idque probabat Livin.—51 *Hi* Mentel. Bon. Posth. Voss. 3. 4. *Id* Dresd. *Si* Heinsian. 'Præstiterit,' ait Lachm. 'ut existimo, *qui l. o. die, Ni tibi.*'—52 'Scaliger edidit *pectore*, quod præplacet.' *Broukh.*

NOTÆ

mesticis detineretur, Phyllis amoris impatientia, doloriſque impulsu, se credens spretam, laqueo vitam finivit, ac Deorum commiseratione conversa est in amygdalam. Postea vero reversus Demophoon, re cognita, truncum amplexus est, qui adventum veluti sentiens sponsi statim folia emisit. Extat Phyllidis ad Demophoontem epistola inter Ovidianas.

45 *Iasonia nota est Medea carina*] Cognita nempe est Medea ob navem Jasoniam, quæ est navis Argo, qua ab Jasone abducta est eadem Medea e Colchide in Græciam; quæ tamen postea relicta est et repudiata ab ipso Jasone, qui Creusam duxit uxorem; ut vidimus præsentis hujus libri Eleg. 21.

46 *Servato viro*] Incolumem nempe præstitit Jasonem Medea adversus tauros ignivomos et draconem; ut videre est ap. Ovid. Metam. VII.

52 *Demissis plangas comis*] Solebant lugentes mulieres mortuorum funera prosequi solutis ac dispersis capillis, ac nudato pectore. Ut testis est Petron. 'Non contenta vulgari more

Præplacuit et Vulpio. ' *Dimiss.* Leid. 2. Voss. 3. *Pectora* Leidd. tres Voss. mei, Dorv. cum vetustis edd. Sed alterum hic præfero.' *Burm.* *Pectore* exhibent B. B. B. Reponend. *in me D. p. pectora* jubet Lachm.

NOTÆ

funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere.' Idem quoque O- vid. in Epistol. Ariadnæ: 'Aspice demissos lugentis more capillos.'

ELEGIA XXV.

AD CYNTHIAM.

UNICA nata meo pulcherrima cura dolori,
Excludi quoniam sors mea sæpe, venis.
Ista meis fiet notissima forma libellis,
Calve, tua venia, pace, Catulle, tua.

O tu, *unica et singularis puella formosissima*, ad me *veni, quandoquidem mea fata* a te me *frequenter excludunt. Hæc tua pulchritudo libris meis clarissima evadet, cum* bona *tua venia*, o *Catulle*, et *pace tua*, o *Calve. Miles accepta militiæ vaca-*

Novam El. hic incipiunt omn. fere codd. cum edd. priscis, præscripto titulo *Ad amicam iratam.* In Regg. *Ad Cynthiam, quod perpetuo eam amabit.* Hæc cum priori El. continuant Broukh. et Burm.—1 *Dolore* Borr. Burm. 1. —2 ' *Excludit veni* codd. et edd. vett. *Excludi sæpe venit* vult Scaliger, quod placet Heinsio. *Excludi mea, sæpe venis* Broukh. [et Burm.]' *Barth.* qui exhibet *Excludi sors mea sæpe, venis.* ' *Excludit* pr. edd. Pro *quoniam* in Perr. v. c. Vat. 1. aliisque *quæ me. Quamam* Colot. Vat. 2. In Mentel. *Excludit quoniam sors mea, sæpe veni:* unde mutandi avidus eliceret *Me quoniam excludit sors mea, sæpe veni.* Certe *veni* in plurimis codd. quibus consentiunt tres Voss. Dorvv. et mei. Et hoc præferebat Markl. In vulgg. *venis.* Heinsius ad oram ed. Ald. conjecerat *Excludit quoniam me fore sæpe.* Quod minus arridet.' *Burm.* Pro *quoniam* Ferrarius habet *quem jam. Evolvit quoniam sors mea, sæpe veni* conjecerat Ayrm. '..... In Neap. nunc quidem *veni* habetur, sed litera postrema erasa ita, ut ex eo, quod reliquum est, facile conjicias, *venit* fuisse. Repono *dolori (Excludi quoniam fors mea sæpe venit) Ista, &c.*' Lachm.—3 *Fiat* Ayrm. *Labellis* Mentel. Pro *forma* f. legend. *fama*

NOTÆ

1 *Unica nata meo*] Postquam sæpius a Cynthiæ foribus fuit exclusus Poëta, ipsam rogat ut ad se venire dignetur, significatque se nunquam ad mortem usque ab amore Cynthiæ recessurum. Rivalem denique suum monet, ne nimium puellæ credat illecebris, quandoquidem ipse etiam illi fuit aliquando quolibet alio gratiosior, nullaque fere fœmina in amore constans perseverat.

4 *Calve, tua venia*] Calvus poëta

Miles depositis annosus secubat armis; 5
Grandævique negant ducere aratra boves;
Putris et in vacua requiescit navis arena;
Et vetus in templo bellica parma vacat:
At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Sive ego Tithonus, sive ego Nestor ero. 10
Nonne fuit satius duro servire tyranno,
Et gemere in tauro, sæve Perille, tuo?

tione grandævus solus et seorsum cubat, bovesque annosi aratra trahere renuunt, navisque vetus quiescens in littore putrescit, ac annosus clypeus militaris in templo otiatur; sed vero *me ab amore tuo nulla dimovebit senecta, seu ego Tithonus seu Nestor fuero. Nonne fuit melius sævo tyranno obedire, ac in tauro tuo,* o *Perille*

---

censet Burm.—5 'Non satis capio Scaligeri mentem legentis *sepos. a. decubat annis*, nisi *annis* sit mendum typorum. Fuit cum mallem *compositis armis*, sed nihil est opus.' *Broukh.* '*Sepos.* liber Scalig. contra mentem Propertii. *Secubat* ineptum putat Heins. Advers. p. 512. unde *recubat* volebat Cann. ad Avian. Fab. I. p. 16. Mihi *secubat* cum vett. libb. retinend. videtur. Meursius P. II. Ex. Crit. p. 112. huic vs. subjungit vs. 8. ubi Heins. *Ut vetus.* Quis non agnoscit in Meursio memoriæ vitium?' *Barth.* '*Sepos.* Leid. 2. Voss. 4. C. Com. *Dep. a. dec. armis* [sic] a Scaligero est, improbante Passeratio, annuente Guy. Heinsius conjecerat *dep. grandævus an excubat armis?* vel *nec positis annosior excubat armis:* quod præfero. *Recubat* non rejiciend. videtur, quanquam *secubat* pro, otiatur, secedit, explicet Dorvillius in Misc. Obs. Vol. V. Tom. II. p. 301. qui recte *sepos.* improbat. Neque male Broukh. *secubat* interpretatur.' *Burm.*—8 *Palma* Bort. Voss. 1. Leid. Burm. 2. in marg. pro varia lect. et edd. pr. ut sæpe, ait Burm. pro *parma* prætulerunt viri eruditi. Meursii transpositionem egregie adjuvari posse Ovidiana haj. l. imitatione (Amor. II. 9. 19.) censet Burm.—9 'Gebh. invenerat in C. Com. *did.* quod probat: perperam et prave.' *Broukh.* 'Recte Heins. et Markl. *did.* quod a Leid. 2. et Voss. 3. firmatur. Male Ciofanus *ded.* alii *sed.* legunt.' *Burm. Ded.* rectum censet Kuin. nec improbat Dorvillius, et ut id sit scribend. monet Lachm.—11 *Dire* malit Burm. Suspicatus erat Heins. *Siculo.*—12 Damnat Burm. *sæpe*, quod in Palat. C. Com. Bon. Guarn.

NOTÆ

fuit, Catulli æqualis et amicus; ut ex Catulli Carm. XIV. quod ipsi inscribitur, videre est: 'Ni te plus oculis meis amarem, Jucundissime Calve.'

Pace, Catulle, tua] Duos poëtas temporum suorum celebratissimos conjungere voluit, Catullum nempe et Calvum, qui ut suas amicas et amores carminibus suis decantarunt, ita ipsorum exemplo sese quoque Cynthiam libris suis et versibus celebraturum, clarissimamque effecturum, significat. De Calvo et Catullo nostro Horat. Serm. I. 10. 'Nil præter Calvum et doctus cantare Catullum.'

5 *Miles depositis armis*] Impetrata nimirum missione, et accepta rude. Augustus ad annos viginti totum militiæ tempus retraxit; cum antea viginti quinque stipendia merenda essent antequam vacatio daretur. 'Secubat' hoc in loco dicitur de milite qui missionem habet a contubernio liberam.

10 *Sive Tithonus, sive Nestor*] Ti-

Gorgonis et satius fuit obdurescere vultu?
Caucasias etiam si pateremur aves?
Sed tamen obsistam: teritur rubigine mucro
Ferreus, et parvo sæpe liquore silex.

crudelis, perire? Nonne *etiam melius fuit lapidiscere ad Gorgonis aspectum?* Nonne *etiam* melius nobis fuit *si Caucasias volucres perferremus? Verum nihilominus obsistam. Cuspis dura roditur atra rubigine; frequenter quoque lapis exigua*

Dresd. Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. et pr. edd. *Perile* Bon.—13 Heins. in ora ed. Ald. conjecerat *et sæve f.* cui calculum adjicere nequit Burm. *Fuit* omittitur in Mentel. Conjecerat Franc. in marg. ed. Scalig. *an s.* vel *Gorgoneo s. Indur.* Groning. Dorv. 2.—14 *Caucaseas* multi codd.—15 'Sic tres libri, quod et in suis [Palatt. C. Com.] Gebh. invenerat. Tres alii *obsitam*, et sic vett. edd. Duo *obsita.* [Et sic quoque, monet Barthius, Bon. et Guarn.] Tres *tegitur* pro *teritur.* Vulgatum *obscura* unde ortum sit, [legitur vero, ait Barth. in Ald. 2. Basil. Gryph. 5.] nondum potui reperire: sed ab Avant. esse suspicor [nec immerito, judicante Barth.]; cum legatur in Aldina ed. neque habeant ullæ anteriores. Nihil melius, neque, ut puto, verius Heinsii correctione, ad Claud. II. de Laud. Stil. 194. [Advers. p. 349. et N. Prop. p. 700.] *et scabra teritur rub.* quam non video cur ipse deserat. Ceterum scribend. *robigo*, non *rubigo*, favente quoque etymologia, ex antiquiss. libris.' *Broukh.* 'Obsitam vett. edd. Broukhusii: in meis nihil tale. *Ob situm* Dresd. *Rubig.* vulgg.' *Barth.* 'Et scabra edidit Broukh. eamque adeo veram censet ut miretur Heinsium illam deseruisse. Deseruit procul dubio, quia nonnihil audacior est. *Obsistam* Regius, Colbertinus, Voss. 1. 4. Dorv. 2. Ask. mei: nec aliter ap. Oct. Mirandulam in Viridario Illustr. Poët. p. 206. b. ed. Venet. 1507. et hanc lect. verissimam censet Hemst. *Obsitam* alter Reg. Mentel. et pr. edd. *Obsita* Colb. 2. Dorv. 1. *Sed non obsita tegitur* Groning. *Tegitur* unus Colb. et meus 1. *Obsitam tegitur* Borr. *Obsistam* etiam est in Ber. et Junt. *Obsitum* in ed. Volsci, quod typi vitium esse patet, quia in Notis *obsistam* explicat: In

NOTÆ

thonus et Nestor diutissimam vitam duxisse dicuntur.

12 *Sæve Perille*] Perillus faber fuit Atheniensis ingeniosissimus, qui Phalaridi Agrigentinorum tyranno taurum ex ære fabricavit, in quo cum inclusi homines subditis ignibus torrerentur, tauri mugitum, non hominum vocem, videbantur emittere. Cujus tormenti pœnam expertus est primus ipsius auctor et artifex Perillus, qui cum præmium ab Phalaride pro invento suo postularet, tauro ille æneo includi jussus, ac suppositis ignibus, exustus est. Plin. XXXIV. 8. 'Perillum nemo laudat, sæviorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, et primus eum expertus est cruciatum.' Ovid. Art. lib. I. 'Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit: infelix imbuit auctor opus.'

13 *Gorgonis et vultu*] Fabula Gorgonis Medusæ nota est, quæ solo tantum aspectu homines in saxa et lapides convertisse dicitur. Hanc Perseus dicitur interfecisse, ejusque caput abscissum Minervæ donasse. Vide Apollodor. lib. II. et Ovid. Metam. IV. Nicol. Comitem Mythol. VII. 11. et 12.

14 *Caucasias aves*] Sensus Poëtæ est, satius esse servire tyranno Phalaridi, ejusque tauro torreri, et verti

At nullo dominæ teritur sub limine amor, qui
Restat, et immerita sustinet aure minas.

æqua cavatur. *Sed* ille *qui* mihi *superest amor nullo* modo *heræ* meæ *limine deteritur, ac iras non meritas aure excipit ac patitur. Sponte etiam spretus et*

amore perdurabo. Quo et inclinabat Gebh. Id certe melius quam quod Passeratius excogitabat, *obstita*. Dorvillius *obducta* vel *occulta rub.* conjecerat. Sed vera f. lect. latet in vulgato, ut vocat Broukh. *obscura*, quod ab Avant. qui Aldinæ præfuit officinæ, provenisse suspicatur, quia in Aldi editione ita legitur; quod verum est de Ald. 2. nam in 1. excusum *obsistam*. Non tamen in sola Aldi illa ed. altera extat *obscura*, sed etiam in Voss. 3. a m. pr. et Leid. 2. in cujus marg. *obscura trahitur:* et sic in Aldina cum Scholiis Mureti an. 1558. Rouill. Gryph. tribus Scaligeri edd. Parisina, Antverpiensi, et Commel. ut et Canteri. Hinc igitur eliciend. conjicio *obdura: teritur rob.*' Burm. 'Verissimam esse *obsistam*, nec potuisse Poëtam, si ad variationem affectus ipsius attenderis, se ipsum cohortari, sed potius sententias firmas et certas proferre, nec cogitasse eum de duritie puellæ emollienda, sed de sua constantia, recte notavit præter Hemst. Beckius quoque in Comment. 1. de Interpretatione Vett. Scriptt.' *Kuin.* 'Apage commentum Heinsii. Recte Neap. Vallierianus, &c. *obsistam: teritur rob.* neque aliter Vicent. Volscus in secunda quoque ed. agnoscit in Notis, quanquam in textu habeat *obstitam*.' Lachm. *Robig.* exhibent B. B. B. L. Ceterum, 'In hac El.' hic ait Hemst. 'constituenda, mirifice sibi indulsit Scaliger, et ante disjuncta, ordine satis imperiose mutato, conjungere non est veritus. Ego, tametsi laceras pluribus in l. et male cohærentes Propertii reliquias ad nos pervenisse non diffitear, huic tamen præcipiti consilio suffragari nequeo; nec dubito quin, si vir maximus longius ad deliberandum spatium sumsisset, (nam se ne mensem quidem integrum in hosce tres poëtas impendisse nobis imputat,) plurima multo aliter digessisset.'—16 *Fervens* Venet.—17 '*At n. de me teritur sublimine amor*, verum fatebor, non capio; nec satis intelligo quid sit *amor, qui de me Restat*. In Groning. et Borr. [C. Com. et Venet.] legitur *de me:* omn. ceteri cum edd. pr. habent *At n. dominæ teritur sublimine amor*, sensu perspicuo, et minime molesto. Ipse Scaliger *dominæ* legebat, cum scriberet Notas in Varronis libros de R. R. Beroaldus *sublimen* (nam et ipse conjungit) pro superbia capit. Saniora sunt quæ ap. Turneb. leguntur XVII. Advers. 11.' *Broukh.* '*Sublemine amor, quid* Palat. 1. Vulgata lect. satis bona est et perspicua, judice Broukh. modo *sub* capias pro, in.' *Burth.* '*De me* Voss. 1. Dorv. et mei, sed in marg. *dominæ*. In Borr. *Et n. de me teritur sub lumine amorque. Sub lumine* etiam est in Voss. 1. 3. et meis. Scaliger in Castigationibus ad h. l. et in Conject. ad Varr. III. p. 295. legebat *At n. de me teritur sublimine amor, qui Restat:* et *sublimen* connexa voce interpretatur, inferius limen, ut superius est *ὑπέρθυρον*. Cui assentitur Colvius ad Apul. p. 280. Perreius in marg. ed. Ald. '*Sublimine*, id est, superbia,' ut Volscus et Beroaldus. *Sublimine* etiam probat Vossius de Analog. 36. p. 547. et pro sublimento capit: sed improbante Heins. ad Prop. p. 700. qui

NOTÆ

in saxum visa Gorgone, et lancinari ab aquila instar Promethei, quam amori servire, et puellæ mancipari, quæ ita dura et crudelis est, ut nunquam flectatur ad amatoria vota. Dicitur autem Prometheus, quod ignem e cœlo in terras asportasset, in monte Caucaso ad saxum religatus, in quo jecur ipsius continuo renascens aves depascuntur.

15 *Sed tamen obsistam*] Ego omnia sufferam, et quasi adversus dolorem, offensam, et injuriam pugnabo.

Ultro contemtus rogat, et peccasse fatetur
  Læsus, et invitis ipse redit pedibus.
Tu quoque, qui pleno fastus assumis amore,
  Credule, nulla diu fœmina pondus habet.
An quisquam in mediis persolvit vota procellis,
  Cum sæpe in portu fracta carina natet?

injuria affectus precatur veniam, *atque offensus grasse* se *confitetur, ac ipse pedibus reluctantibus revertitur. Tu etiam, qui nimis facile* puellæ *credens ad satietatem prospero amore superbis,* scito, quod *nulla puella longo tempore constans est. An aliquis in mediis tempestatibus vota reddit, cum etiam in portu navis confracta mer-*

ipse conjicit *dominæ teritur sub limine amator,* vel *sub limine amor, quin Restat.* Guy. *sub limine* separata voce exponebat *ὑπὲρθυρον,* vel etiam *πρόθυρον,* vestibulum, ut Horatio 'superba civium Potentiorum limina.' Davisius ad Cic. II. de N. D. 2. *dominæ molimine* excogitavit [ita conjecit etiam Jacobs. in Specim. Emend. p. 102.] quod probatum fuit Marklando in Ep. Crit. p. 80. et valde laudatum a C. Hemst. neque hoc rejicit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. II. p. 302. et 303. sed tamen præ omnibus allorum conjecturis cum Langermanno præfert *At n. dominæ teritur sub crimine amor, qui Restat:* ut *crimen* pro criminatione capiatur. Sed, ut unicuique in re literaria libera debet esse judicandi facultas, nondum a me impetrare possum, ut hic discedam a Broukhusio, qui in Notis, primas edd. secutus, legit *dominæ sub limine,* disjuncta voce; quod a Venet. 2. Rheg. Aldd. Junt. aliisque edd. priscis firmatur.' *Burm.* 'Vere, ut mihi videtur (nihil enim certum hic), Davisius *dominæ molimine amor, qui.*' Lachm. qui edidit *dominæ teritur sub limine,* asteriscum ponens post *teritur.* Tentabat Ayrm. *At nullus dominæ teritur sublimine amator, Perstat, et immeritas.* Kulnoelis lect. exhibent Barth. et Burm. *Dominæ teritur sublimine* exhibet Burm.—18 *Restitit* v. c. Frut. et Exc. Mod. *Immeritas* Voss. 4. *In merita* Neap. *Emerita* olim conjecerat Broukh. sed, quia in Notas editas non retulit, postea rejecisse videtur Burmanno; qui, Quid si, ait, legamus *intrepida?*—19 *Contentus* Groning.—20 Damnat Burm. *invictis,* quod in Regio et edd. pr. Recte, ait id. Burm. Broukhusius explodit correctionem Th. Marcilii ad Horat. p. 78. *invitus.* Pro *ipse* habet Groning. *Sepe:* quod, aiunt B. B. non est attendendum.—21 'Heins. legebat *quod* pro, quamvis: et sic ante Heinsium Palm. Non male; sed nec vulgata male habet.' *B. B.* qui monet *qui* Donsam cum nota interrog. legere, quod non placeat Livineio. 'Heins. ad Prop. p. 700. legebat *qui pl. f. hos sumis,* vel *quid pl. f. assumis,* ut Donsa et Ayrm. qui post 'Credule' signum interrog. ponebat. Id. Heins. ad oram ed. Ald. conjecerat *lato amore:* sed *pleno* est in omn. Mss. nisi quod *plenos fastus* in Neap.' *Burm.*—22 *Credula nulla* Mentel. Regg. *Credula* quoque habet ed. Brix.—23 'Aut Mss. et suo cod. Heinsius: ut mox sequitur 'Aut prius infecto,' ubi *An* Leid. 2. Voss. 3. 4. Groning. Borr. meus 1. *At* Leid. 1. *P. dona* Voss. 4. Sed 'solvere' et 'persolvere vota' Nostro

NOTÆ

22 *Nulla diu fœmina pondus habet*] In hanc sententiam supra Eleg. 9. hujus libri: 'Non sic incerto mutantur flamine Syrtes, Nec folia hyberno tam tremefacta Noto; Quam cito fœminea non constat fœdus in ira, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.'

23 *In mediis persolvit vota procellis*] Nemo Diis marinis pro salute sua

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
  Septima quam metam triverit ante rota?
Mendaces ludunt flatus in amore secundo.
  Siqua venit sero, magna ruina venit.
Tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
  In tacito cohibe gaudia clausa sinu:

gatur? Aliquisne *etiam exigit* sibi *dari præmia non confecto* circi *curriculo, antequam metam septima rota attigerit? Prosperi venti in amore fallaces* sæpius nos *frustrantur. Quæcumque clades tarde evenit, magna est. Tu vero interim, licet illa* puella *te* modo *amet, in pectore* tuo *lætitiam inclusam comprime: nescio*

aliisque usitatissimum esse ostendunt loca a Passeratio producta.' *Burm.*—24 'Schoppius III. Verisim. 10. magno ambitu reponit *Quam*, et in eo mirifice sibi placet. Satius fuerat tacere.' *Broukh.* 'Quam Schopp. nescio quo sensu.' *Barth. Facta c. nator* Dorv. 1.—25 *An* ed. Gebh. *At* Dresd. Vid. ad vs. 23.—26 'Id. ille heros ibid. loci reponit *arte:* quod jam ante duo sæcula tribulibus suis persuaserat Volsci fuginum caput. Tu cave credas. Ap. Panovinium I. de Ludis Circensibus, 14. pessime legitur *Sep. quam meta tr. arte rotam.*' Broukh. '*Arte* in vetustis codd. pro *ante* esse testatur Heins. unde male Broukh. judicat a Volseo in Aldd. Colin. cett. fluxisse h. vocem. *Ante* tamen est in Vat. Posth. Palatt. C. Com. et *quam ante* ponitur pro, antequam.' *Barth.* '*Ante* emendaverat Dousa P. in marg. ed. Rouill. Heinsius tamen ad Prop. p. 700. *arte* non mutand. dicit. Volscum igitur et Schoppium sic emendantes nimis severe castigat Broukh. *Arte* etiam legitur in Junt. Rouill. Gryph. Canteri, Wechel. aliisque: idque probatum fuit Bebotio II. Apoph. 19. An f. scripserit Poëta *axe?*' Burm. *Ante* est in quamplurimis Mss.—27 'Bene Heins. restituit *secundo*, ad Ov. I. A. A. 715.' *B. B. Secundo* exhibent B. B. B. '*Secundo* correxit et Bentl. ad Lucret. IV. 1184. Non recte, si quid video. Probo quod scripti omn. habent, *secundi.*' Lachm. Ceterum *lud.*

NOTÆ

gratias et vota persolvit, priusquam navem in portum securitatemque deduxerit.

26 *Septima rota*] Agitatores ludis Circensibus septem curricula seu spatia unoquoque missu decurrebant, antequam victori palma tribueretur. Ut significat Seneca Epist. XXX. 'Quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia cum septimo spatio palmæ appropinquant.' Suet. in Domit. 4. 'Singulos missus a septenis spatiis ad quina corripuit.' Ovid. Fragment. Halieut. 'Seu septem spatiis circo meruere coronam.' Meta dicitur a metando, vel metiendo; quia nempe erat Circi spatium definitum. Isidor. VIII. 26. 'Ornamenta Circi ova, meta, obeliscus, carceres.' Circa metas in Circo equi currebant. Olim metæ fuerunt ligneæ; sed auratas fecit Claudius Imperator, ut testatur Suet. in Claud. 21. Aurigarum porro flexus circa metas erat periculosus; unde Nestor ap. Hom. Il. XXIII. Antilochum filium monet, ut ita ad metam veniat, ut tamen vitet lapidis tactum, ne equos vulneret, et frangat currum; unde et Horat. 'Metaque fervidis Evitata rotis.'

30 *Tacito gaudia clausa sinu*] 'In sinu gaudere,' de his dicitur qui sua lætitiæ alios participes nolunt facere; quas namque voluptas occultare, in sinu sæpius recondimus.

Namque, in amore suo, semper sua maxima cuique
  Nescio quo pacto verba nocere solent.
Quamvis te persæpe vocet, semel ire memento.
  Invidiam quod habet, non solet esse diu.
At si sæcla forent antiquis grata puellis,
  Essem ego, quod nunc tu : tempore vincor ego.
Non tamen ista meos mutabunt sæcula mores.
  Unusquisque sua noverit ire via.
At vos, qui officia in multos revocatis amores,
  Quantum sic cruciat lumina vestra dolor?

enim quomodo semper obesse cuilibet superbi sui sermones consueverunt. Etsi te sæpius ad se venire jubeat, ipsam tamen *semel adire recordare; illud* enim *quod invidia laborat, non consuevit per longum temporis spatium durare. Sed* vero *si extarent tempora jucunda puellis antiquis, ego essem* id *quod nunc tu* es: *per tempus inferior sum* rivali meo. *Attamen hæc mala tempora mores meos non mutabunt; quilibet sciat via sua* solita *pergere. Sed vos, qui vestra officia refertis ad plures amores, quantopere hoc modo vestros oculos torquet dolor? Si conspexistis*

---

cultus Burm. 2.—33 *Necat* Voss. 1. Burm. 2. ' *Memento.* Ineptum hoc est, immo putidum, quod, quamvis sæpe a puella vocetur, semel tantum, neque amplius, irejubetur. Repone *timeto.*' Lachm.—35 Hoc et sequens distichon exhibent Broukh. et Burm. post vs. 10. *Et* legunt B. B. B. ' *At* Vat. Posth. Palat. 1. [Neap.] C. Com. Dresd. *Hæc* Heins. *Gratis antiqua puellis* et *gnata puellis* legi alias auctor est Passeratius, et *gnota* pro, nota vel gnara, conjicit. Frustra.' *Barth.* ' *At si* Perr. v. c. Colot. Colbertinus, Leid. 2. Voss. 3. 4. meus 2. pro *Etsi*, ut in vulgg. ac pr. edd. legebatur. *At* probat Schrader. II. Emend. 7. Sed præcedit ' At me ab amore,' &c. [Sed hæc ratio non nobis aliter hos vss. disponentibus satis fiet. Et plerumque est invenire has transpositiones secum ferre mutationes initiorum versuum.] F. omnis obscuritas tolli posset, si legeretur *Et...æqua p.* Vel substitui posset cum Donsa F. *antiqua his g.* Alia ope l. hunc curand. existimabat Eld. *Et...amique ingrata p. Essem ego, quod nunc, haud t. v. ego. Non commisea meos m. s. m.* Nimis liberam f. hanc conj. dicent nonnulli. Neque ego facile *antiquis puellis* controversiam moverim, qula plane ad genium Propertii est.' *Burm.* ' Nimis liberam et a Poëtæ mente alienam hanc conj. recte dixerunt Burm. et Ast. p. 48. qui conjicit *At si s. f. antiquis casta puellis.* Jacobs. in Ep. ad Ast. p. XXXII. emendabat, *Et si...antiquis clara puellis Exemplo essem ego, nunc t. v. e.*' Kuin. *At* sensum ipsum postulare censet Lachm. qui nihil horum tentaminum ex omni parte sibi placere queritur, ideoque vult *antiquis nostra p.* eo ablativi usu, de quo Gellius annotavit N. A. v. 8.—36 *Tu* omittunt Borr. Burm. 1. Pro *tu* Wakkerus vult *sum. Victor ego* Palat. 1.—37 *Amores* id. et Vat. C. Com. Leidd. Voss. 3. 4.—38 *Suam viam* conjicit Broukh. quod probare videtur Burm. sed non putare necessariam.—39 *Ah* Palatinus. *At vos qui offum in m.* edd. pr. Pro *amores* in Burm. 1. *amicos.*—40 *Sic* procul dubio esse corruptum pronuntiat Burm. at

NOTÆ

Scribit tamen Festus, nec sinui, aut gremio, nec mulieri credi oportere.

34 *Invidiam quod habet*] Quæ *invidiæ* obnoxia sunt, diu durare nequeunt.

35 *At si sæcla forent*] Mores puellarum sui temporis corruptos tribuit ætati suæ, suoque sæculo imputat.

39 *At vos, qui officia*] Apostrophe ad hos qui plures habent amicas, quos

Vidistis pleno teneram candore puellam;
Vidistis fusco: ducit uterque color.
Vidistis quandam Argiva prodire figura;
Vidistis nostras: utraque forma rapit.
Illaque plebeio, vel sit sandicis amictu; 45
Hæc atque illa mali vulneris una via est.

mollem perfecto nitore vel fusco colore puellam, delectat et capit uterque color. Si *spectavistis quandam Argiva facie et ornata puellam incedere,* si quoque *nostras spectavistis, utraque formositas* illa *animos ad se allicit; ac puella, sive populari, sive purpurea veste induatur, utraque causa est eadem mali perniciosi. Quando-*

---

ita edidere B. B. B. L. *Si* Dresd. Exc. Scal. Regg. Borr. Neap. Leidd. tres Voss. unus Dorv. Burmm. ut in primis aliisque vetustioribus edd. *Ac discruciat* Barthius dicit Heinsium conjecisse. Conjecit, teste Burm. *Quantus io cruciat*, aut *Quantum hic discruciat*, aut *Quantum discruciat. Nostra* Neap. Colbertt.—41 Franc. 1. Borr. *plenam tenero*, quod non ita placet Broukhusio.—42 'Scaliger sic edidit, et probavit Lips. Sed potior pars librorum habet *dulcis u. c.* Quidam etiam *gratus*; quod est glossema τοῦ *dulcis*. Non debebat ea vox mutari.' *Broukh.* '*Ducit* Posth. Palat. cod. C. Com. *Dulcis* Dresd. sed in marg. *ducit*. Heins. *ducit* probat, quod in suis invenerat, sicuti Scaliger in suis.' *Barth.* qui cum Broukh. exhibet *dulcis*. '*Ducit* revocavi, quod firmatur a codd. Livin. Exc. Mod. Borr. Vat. 2. 5. Leid. 2. Voss. 3. 4. Dorvv. et meo 2. in marg. *Decet* 1. *Dulcis* est in pr. edd. Ber. Volsci, Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliisque: quarum auctoritatem cur tot veterum codd. suffragiis præferamus, causam video nullam, quamvis pro utraque lect. nonnulla afferat Passeratius. *Gratus* Reg. 2. *Dulcis* 1. et Colbertt.' *Burm. Ducit* edidit Lachm.—43 *Prodente* Leid. 1. Voss. Burm. 2. *Figuram* Leid. 1. *Puella* Burm. 1.—44 'Infeliciter Pont. II. Analect. 2. emendabat, *V. nostrati? u. f. r.* Passeratius jam conjecerat *nostrate* vel *nostra*, cum hiatu: quod ultimum etiam placuit Lipsio, v. Ant. Lect. 20. *V. nostras* respondet præcedenti 'Vidistis quandam,' &c. Pro *rapit* Heins. ad oram ed. Ald. *capit*. Sed alterum præfero.' *Burm.*—45 '*Vel sic* in Voss. pr. Leid. et meo altero.' *Id.*—46 *Est* neseit Bon.—47 *Mala* Markl.—48

NOTÆ

majori dolore affici significat, quam si unica tantum contenti essent; cum una fœmina satis superque sit ad hominem perdendum, vitamque calamitosam faciendam.

42 *Ducit uterque color*] Candidus et fuscus color gratus et jucundus est. Ovid. Amor. II. 4. 'Candida me capiet, capiet me flava puella, Est etiam in fusco grata colore Venus.'

43 *Argiva figura*] Quales scilicet fuerunt heroides Argivæ seu Græcæ, quas jam supra memoravimus. Potest etiam intelligi de habitu seu vestitu Græcanico.

45 *Vel sit sandicis amictu*] Coloris rubri genus est sandix, quod ex æqua sandarachæ et rubricæ commistione componitur, ut testatur Plin. XXXV. 6. Galenus vero Lib. IX. Simplic. sit colorem esse cerussa vehementius adusta fieri solitum. Alii putant sandicem esse herbam, cujus flos similis est cocco. Quicquid tandem sit, sandix hic sumitur pro rubro purpureo, Gallice, *vermillon*, ou *couleur de feu*. Ad mentem fere Propertii Tibull. IV. 2. 'Urit seu Tyria volnit procedere palla: Urit seu nivea candida veste venit.'

Cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
Una sit et cuivis femina multa mala.

quidem autem una sola ex iis affatim nimiumque oculis tuis somnia afferat, una quoque cuilibet homini puella sit multa mala.

Hunc l. procul dubio corruptum pronuntiat Burm. *Est* Vat. 2. Perr. v. c. *Sat est* Colot. ut et in aliis libr. legi testatur Passeratius: et sic Scaliger. Favet hoc, aiunt Addend. ad fin. ed. Burm. Ayrmanno legenti *sat et c. Sat o c.* in aliis. *Cujus* Burm. 1. i. e. *cuivis*, auctore Burm. qui f. legend. putat *dat et c.*

ELEGIA XXVI.

AD CYNTHIAM, DE INSOMNIO NAUFRAGII.

Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus,
Et, quæcumque in me fueras mentita, fateri,
Nec jam humore graves tollere posse comas:

O mea lux, visus sum mihi inter dormiendum te conspicere in mari Ionio quassata nave fessas manus agitare, ac omnia confiteri, quæ in me fueras mentita, teque tunc erigere non posse capillos multa aqua ponderosos. Vidi, inquam, te ta-

In Regg. inscribitur *Ad Cynthiam de somnio naufragii*: ut in pr. edd. et Aldd. aliisque. *Somnium de amica* Burmm. Borr. *Insomnium de amica* Dresd.—1 'Unus liber *V. ego te*, numero minus molli minusque venusto.' *Broukh.* '*V. ego te* edidi ex Vat. 5. Leid. 2. Voss. 3. meoque 1. Ald. 2. Ronill. Canteri, Douss. aliisque edd. [in edd. Mur. Græv. præfertur,] quanquam *ego* omittant Mentel. Groning. Borr. Venet. Rheg. Ald. 1. Junt. Numerum magis incitatum arbitror, inserto pronomine. Ipse etiam Broukh. restituit Tibullo 1. 4. 29.' *Burm.* Broukhusii sententiam laudat Lachm. et omittit *ego* cum B. B.—2 *Laxas* Palat. 1. *Lapsas* 2. C. Com. Dorv. 1.—3 *Fueris* Voss. 1.—4 *Nec jam jam* Groning.—5 '*Agitatam* Colbertt. duo nostri,

NOTÆ

1 *Vidi te in somnis*] Somnium narrat eleganter: per quietem, ac dum dormiret, fingit se vidisse, seu potius somniasse, Cynthiam naufragium fuisse passam.

2 *Ionio rore*] Ionium mare illud est, quod Adriatico connectitur Græciam versus, unde sæpius Ionium mare pro mari Adriatico sumitur apud auctores. De hoc jam supra sæpius.

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ovis.
Quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens navita fieret aqua!
Quæ tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri,
Quæque tibi excepi tum, Dea Leucothee?

lem, *qualis fuit Helle cæruleis undis jactata, postquam eam tulit aries auratus molli dorso.* Heu! *quam metui, ne forsan nomen tuum æquor* illud *retineret, et nauta per mare tuum currens* casus tuos *lamentaretur! Qualia tunc ego vota Neptuno, qualia Castori, germanoque ejus, et qualia tibi*, o *Diva Leucothee, nuncupavi! Sed*

Borr. Groning. C. Com. Palat. 1. Dresd. ut jam nihil sit opus insulso isto *agitavit*, quod et in Brix.' *B. B.* ' *Agitavit* Regg. Voss. 3. a m. sec. nam agitabam a m. pr. et recipi posset *agitavit*, si h. modo distingueretur: *Q. p. agitavit f. Hellen Aurea, q. m. t. vexit, ovis. Agitatam* tamen agnoscunt plures codd. ut Perr. v. c. Colot. Neap. Vat. 1. 2. 5. Exc. Scal. ac Mod. cum cett. idque ex suo prætulit Livin. Ea lect. recepta cum Heins. emendand. *agitatum f. Hellen Aurea cum molli tergore vexit ovis.* Quocumque modo legatur, mihi seq. distichon huic præponend. videtur.' *Burm.*—6 ' *Vellere* unus Colb. Sonum si spectes, suavius hoc est quam *tergore*, propter geminatam liquidam, tum et propter alliterationem ex modico intervallo. Sed *tergore* hic positum pro, tergo, videtur, [et sic positum est, censente Barth.] *Quam: quum* Heins. recte.' *Broukh. Vellere* Francio arridebat. *Tergore* anteponit Burm. *Tergo rexixit* Borr. Burm. 1.—8 ' Groning. *mœrens nav.* Præplacet mihi vulgata.' *Broukh. Mœrens* quoque cod. Livin. Mentel. Dorv. 2. in quo *labens* superscriptum, quod defendunt Burm. et Barth. *Teque tua* vel *Neve tua* conjecerat Heins. *Ferret* Borr. Heinsian.—9 *Quem ego* Voss. 1. Borr. Burm. 2. et in seqq. *quem* et *Quemque*. Damnat Burm. *feci*, quod in marg. Voss. 3. pro *fratri*.—10 ' *Tum D.* Libri fere *jam D.* quod Lips. probabat v. Ant. Lect. 20.

NOTÆ

5 *Agitatum fluctibus Hellen*] Helle Athamantis, regis Thebarum, et Nepheles filia fuit, quæ, minas insidiasque novercales, seu Ino, quam Athamas superinduxerat uxorem, fugiens, arietem aureum vellus habentem cum fratre Phryxo conscendit; cum autem pontum vellet trajicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, cui immersa nomen dedit, quod nunc etiam retinet, vocaturque Hellespontus. Phryxus autem cum in Colchicam regionem pervenisset, arietis pellem auream, seu vellus aureum, in templo Martis posuit, postquam eidem Deo arietem ipsum immolasset. V. Hygin. fab. 1. II. et III. Apollodor. lib. 1. Diodor. Sicul. et alios.

6 *Aurea vexit ovis*] Aries nempe auratus, quem dono dedit Athamas liberis suis Hellæ et Phryxo, quique mactatus a Phryxo dicitur a Jove inter sidera relatus.

9 *Cum Castore fratri*] Castor et Pollux fratres gemini dicuntur, navigantibus prosperi, unde invocabantur a Propertio. De his jam supra.

10 *Leucothee*] Matuta dicta est Latinis. Hæc autem, ut fabulantur Poëtæ, filia fuit Cadmi, quæ vocabatur Ino, nupsitque Athamanti, Thebarum et Thessaliæ regi; cumque aliquando furoribus ipsi a Junone immissis agitaretur, filium suum Melicertam ferens scopulum conscendit, ex quo se una cum filio in mare præcipitem dejecit: ipsa vero Deorum

At tu, vix primas extollens gurgite palmas,
Sæpe meum nomen jam peritura vocas.
Quod si forte tuos vidisset Glaucus ocellos,
Esses Ionii facta puella maris.
Et tibi præ invidia Nereides increpitarent,
Candida Nesæe, cærula Cymothoë.

tu, ægre summas manus tollens ex undis, meum frequenter nomen mox moritura appellabas. Si vero forsitan Glaucus tuos oculos aspexisset, facta fuisses Dea maris Ionii, tibique invidentes Nereides, formosa nempe *Nisæe* et *cærulea Cymothoë*,

et Gebh. atque alii: perperam. Omnis elegantia consistit in trina illa repetitione vocalæ *tum*, quam corruperant fatui librarii. *Leucothee* scribend. esse jam alii docuerunt, non *Leucothoë*.' Broukh. qui addit: '*Jam-Dea*] idque una voce. Sic Isin aiunt appellari 'nunc-deam,' et 'jam-numen.' Lirse liræ.' '*Jam* Posth. Palat. C. Com. Bon. Guarn. Dresd. Frustra. *Jam-Dea* vult Gebh. cum Passeratio. *Leucothoë* al. edd. Eustathius tamen dictum putat ἀπὸ θεῶν διὰ λευκοῦ πεδίου. *Leucothea* Dresd. *Lucothoë* Cant. operarum oscitantia.' *Barth.* '*Excepti* Mentel. *Quæque tibi exegi* vel *Quæ tibi suscepi* Heins. Vid. Patrui mei Notas ad Suet. Cæs. 73. *Jam* Regg. Colbertt. Borr. Vat. 2. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. et meus 1. ut in pr. edd. unde Heins. olim conjecerat *candida Leucothee*. Sed sequitur 'Candida Nesee.' *Leucothoë* scribitur in plerisque codd. sed male. . . . . Quia tamen in aliis ejusmodi nominibus, Κυμοθόη, Ἱππωθόη, et sim. ead. est analogia, utrumque probum haberi potest, modo codd. auctoritatem sequamur.' *Burm.* 'Primus Beroaldus *tum*. Codd. *jam*, perquam inepte. Recte dicit *excepi*.' Lachm.—14 F. scripsisse putat Burmannus *præda p.* vel potius *Isses I. f. rapina m.*—15 'Quia nonnullæ membr. habent *ob invidiam*, non dubitavit Gebh. vulgatam lect. pro supposititia habere. Video vulg. a melioribus libr. firmari, et sic loqui Romanos illos veteres.' *Broukh. Ob inv.* Posth. Palatt. C. Com. Dresd.

NOTÆ

miseratione facta est Dea marina, Leucothee Græcis, Latinis vero Matuta vocitata. Filius vero ejus dictus est Palæmon. Ovid. Metam. lib. IV.

12 *Meum nomen vocas*] Nomine meo me invocas. Naufragi namque in extremo discrimine positi sibi caros, licet absentes, compellare solebant. Virg. Æn. IV. 'Et nomine Dido Sæpe vocaturum.' Ovid. Metam. lib. XI. 'Sed plurima nantis in ore Halcyone conjux: illam meminitque refertque.' Ipse etiam Propert. III. 7. 'Pæte, quid ætatem numeras? quid cara natanti Mater in ore tibi est?'

13 *Vidisset Glaucus ocellos*] Marinus Deus est Glaucus, ex piscatore qui in Deum conversus est gramine gustato, ut refert Ovid. Metam. XIII. Hujus igitur loci sensus est: si te Glaucus Deus marinus vidisset, te amasset, Deamque maris effecisset. Fuit et alius Glaucus, Sisyphi filius, quem narrat Virg. Ge. III. ab equabus discerptum. Fuit et alius Glaucus, Antenoris Trojani filius, quem Agamemnon interfecit, ut refert Dictys Cretensis.

15 *Nereides increpitarent*] Nymphæ maris dictis contumeliosis et conviciis lacesserent tuæ invidentes felicitati. Nereides porro fuisse dicuntur Doridis et Nerei filiæ, humanam effigiem referentes. V. Hesiod. in Theog. et alios.

Sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram.

conviciarentur. At tibi in auxilium festinare conspexi delphinum eundem, *ut arbitror, qui citharam Arioniam prius portaverat. Tumque ego nitebar praecelsa ex*

Perr. v. c. Exc. Frut. Scal. et Modii, Borr. Neap. Vat. 2. 5. unus Colb. Leid. 2. Voss. 3. 4. Dorvv. *Ob invidias* Vat. 1. *Sed tibi invidiam* Ask. *Ab invidia* Markl. *Ob* glossema esse censet Kuin. ' *Pro invidia* ante Muretum Scaligerumque Vicent. et Volsc. 2. Sed 1. cum Beroaldo et scriptis plerisque *ob invidiam*. Nec possum improbare.' *Lachm.* qui ergo ita edidit. Barthius assentit Broukhusio. *Increpitarunt* Borr. Burm. 1.—16 ' Scribe *Nesse*, praeunte ex Graecis Passeratio.' *Broukh.* ' *Niseis* Vat. Posth. *Neaee* Dresd. *Nisee* Brix. *Nisse* Venet. Aldd. cett. *Nesee* alia Veneta, et minus recens: quod jure defendit Passeratius. *Cymotoe* Brix.' *Barth.* ' *Nisse* Leid. 1. Voss. 1. 4. Borr. Dorvv. et vetustae edd. *Nysee* mens 1. *Nisse* 2. et Neap. proxime verum: nam *Nesae*, non *Nesse*, ut in ed. Broukh. scribend. ut correxerat Frut. et monuit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. II. p. 309. et sic clare Vat. 1. *Nisee* et *Cymothee* Ask. Legebat Franc. *Caerula Nesae, cur. Cymothoë.*' Burm. *Nesae* edidere Barth. Burm. Lachm.—17 ' *Subsidium* unus noster, Borr. C. Com. Eleganter et vere.' *Broukh.* ' *Subsidio* omn. libr. etiam ed. Vulp. *Subsidium* praeferre Broukhusium, cum sit ingratus sonus propter ὁμοιοτέλευτον, jure [Nihilominus *subsidium* exhibet Barthius.] miratur Vulpius. *Occurrere* Heins. ead. novandi prurigine.' *Barth.* ' *Subsidio* in omn. fere codd. et edd. antiquis, licet *subsidium* praetulerit Broukh. quod miror, propter sonum ingratiorem; qui etiam Francium offendebat, ideoque *delphinem* correxerat. Utraque locutio probe et usitata est, etiam ap. poëtas. *Accurrere* [Vid. Barth. sup.] correxerat Heins.' *Burm.* ' *Subsidio* suavitas soni magis commendat.' *Lachm.*—18 ' Donsa ad marg. sui libri notavit Auratum maluisse *Qualis Ar.* Non inepte. Sed fuerunt inter Veteres, qui totum hoc miraculum ad veram historiam traherent, minime ad fabulam. Inter eos videtur esse et Noster, propter hoc ipsum *puto*.' Broukh. Id. putavit Scaliger: sed dissentit Burmannus, qui vulg. aliter exponit. *Quam* p. Neap.—19 ' *Ponto* Posth.' *Barth.* ' *Ponto*

NOTÆ

16 *Candida Nesæe, caerula Cymothoë*] Nomina sunt praecipuarum Nereidum.

18 *Arioniam lyram*] De servato per delphinum Arione tibicine nota est historia, seu fabula, apud Herodot. Plin. Solin. ac Ovid. sed maxime Gell. lib. XV. sub finem. Fuit autem Arion citharoedus inclytus, qui, cum ex insula Lesbo Corinthum ad Periandrum navigaret, a nautis ipsius pecuniae inhiantibus jussus est in mare praeceps desilire; cumque impetrasset, ut sibi liceret funebre carmen canere, priusquam mortem obiret, ita mirabiliter modulatus est, ut, cum fuisset in profundum dejectus, statim a delphine ipsius cantu illecto dorso exceptus sit, ac in Taenarum Laconiae portum devectus incolumis, antequam nautae illuc appulissent. Tunc vero, relicto ibidem delphine, Arion Corinthum properavit, remque, ut gesta fuerat, Periandro narravit; qui tamen verbis Arionis dicitur minime credidisse, donec etiam ab ipsis nautis historiam habuisset compertam. Dixit autem hic Propertius Arioniam lyram, sicut antea dixit Amphioniam I. 9.

Jamque ego conabar summo me mittere saxo,
Cum mihi discussit talia visa metus.

* * * *

Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
Serviat, et tota dicar in urbe potens.
Non, si Cambysæ redeant, et flumina Crœsi,
Dicat: De nostro surge, poëta, toro.
Nam mea cum recitat, dicit se odisse beatos.
Carmina tam sancte nulla puella colit.

rupe me dejicere, quando timor mihi hujusmodi insomnia dispulit. Jam modo mirentur, quod tam formosa puella amet me, et per omnem civitatem felix habear; adeo ut illa, *quamvis opes Cambysæ, Crœsique fluvii iterum fluerent, dicere non valeat,* O *vates, e meo cubili surge. Cum enim mea* scripta *legit, asserit se divites non amare: nulla femina adeo religiose versus veneratur. Plurimum fidelitas valet,*

in aliis et in marg. Groning. sed male.' *Burm.*—21 'Videtur hic aliquid excidisse; certe sequentia non satis commode cohærent cum præcedd. Est omnino lacuna.' *Broukh.* 'Astipulat V. D. in Misc. Obs. Vol. II. p. 103. Neque tamen concedit aliquos vv. periisse, sed potius novam El. incipiendam suadet, quod Long. fecit [et Lachm.] In alia omnia abit Vulpius.' *Barth.* 'Novam El. hic inchoand. nemo facile negabit. Broukhusius lacunam esse statuebat, improbante erudito Britanno in Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 103. ubi notavit Dorvillius Guyeto videri El. hanc insititiam esse, sed cujus judicium merito explosit. Sine dubio in duas Elegias separanda est, et ab h. vs. initium alterius ducend. est: et sic censebat Lennep. Animadv. ad Coluthum II. cap. ult.' *Burm.*—22 *Serv.* cur suspectum Guyeto fuerit vicum, causam videt nullam Burm.—23 *Non nisi* Guarn. *Cambyse* Dresd. Neap. '*Redeat* Voss. 1. *Redeant* Græcorum more positum notat Markl. Conject. ad Lysiam p. 600. Corrupta procul dubio est *Cambysæ. Candaule* legebat Guy. Conjeceram aliquando *N. si jam Cyri redeant.* Sed jam ante aliquot annos substituend. existimavi *N. si jam Gygæ. Gygæ* quoque hic restituend. probabat Schrader. II. Emend. 6. p. 130. rejecta Dorvillii sententia, qui in Misc. Obs. Vol. V. p. 304. emendand. opinabatur *Non, si Cambyses redeant*, vel *Cambysæ*, numero plurali.' *Burm. Cambysæ* genio Propertii convenientior videtur Kuinoeli.—25 *Jam* Burm. 1. *Residat* Posth. *Audisse* Regg. Palatt. pr. edd. 'Vulg. non

NOTÆ

23 *Cambysæ redeant, et flumina Crœsi*] Ita me amat, inquit, Cynthia mea, ut nec opibus Persicis, nec Crœsi divitiis, seu auro Lydio corrumpi possit, ut me a se excludat. Cambyses porro rex fuit Persarum opulentissimus, qui Cyri patris imperio cum adjecisset Ægyptum, in Deos etiam grassatus, cum aliquando equo descenderet, ense suo vulneratus interiit. De hoc vide Herodot. Justin. et alios. Crœsus rex fuit Lydiæ in Asia Minore longe ditissimus; unde finxerunt habuisse ipsum in regno suo fluvios Pactolum ac Hæmum qui rameuta aurea traherent. Scribit autem Strabo lib. XIV. ingentes opes Crœsi provenisse ex metallis aureis; quæ in Lydia quondam fuisse dicuntur.

25 *Dicit se odisse beatos*] Dum mea carmina legit Cynthia, divites divitiasque flocci facit.

Multum in amore fides, multum constantia prodest.
(Qui dare multa potest, multa et amare potest.)
Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc sequar, et fidos una aget aura duos. 30
Unum littus erit sopitis, unaque tecto
Arbor; et ex una sæpe bibemus aqua.
Et tabula una duos poterit componere amantes,
Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.

plurimam habet vim constantia. Quicunque plura largiri potis est, ille *etiam plura diligere valet. Sive* etiam *hera mea meditetur navigare per mare remotum, ipsam comitabor, idemque ventus nos ambos simul invicem fideliter amantes impellet. Idem littus quiescentes nos pariter habebimus, eadem arbor nobis erit pro tecto, ex eodemque frequenter liquore et poculo bibemus; unicaque tabula ambos nos amantes poterit continere*, sive *mihi prora, sive puppis lectus erit. Omnia patior*, quam-

---

manto, licet Clerq. Specim. II. Obs. ad Lucan. p. 11. ejecto disticho seq. hic emendand. censuerit *serbere*.' Burm.—28 ' Vs. plane alienus a mente Poëtæ, quique subruit et evertit sententiam priorem, tum et totum illud quod deinceps sequitur. Solebant isti nebulones barbarorum temporum, si lacunam hic illic offenderent, eam explere; idque vel de suo, quod multoties factum, vel consutis ex aliquo antiquiore laciniis. Hic versiculus effectus est ex Ovid. III. Amor. 8.' *Broukh.* ' Dubito an proscribi hic vs. mereatur propter rhythmum auribus ingratum, quales vss. et alibi ap. Nostr. occurrentes sup. notavi. *Multa et amare* etiam affert Alb. Eyb. in Margarita, Poët. cap. 13. Heinsio placebat *multum et a. p.* et sic Franc. in lib. sui marg. [Damnat Bartlius.] Patruo meo olim corrigend. videbatur, *multum in amore p. Multa negare p.* conjecerat Markl. Santenio legend. inciderat *non et amare p.* Restituend. hariolabar *stulte et amare p.*' Burm. ' Nodell. in Not. Crit. cap. 2. p. 69. tentabat *multa et amare solet*. Ast. p. 46. *non ita amare potest*. Sed vulg. lect. bene se habet.' *Kuin.*—29 *Heu* Guy. ut initium sit novæ El. Unus Neap. novam quoque hic orditur El. sed reliqui omn. et priscæ edd. superioribus annectunt.—31 ' *Unaque tectum* Heinsio corrigend. videbatur: et sic Francius. Firmat optimam emendationem locus Ovidii Ep. v. 18. et A. A. II. 622.'

NOTÆ

28 *Qui dare multa potest*] Quicumque dives est, ac munificus, multas puellas amare potest. Ut enim Ovid. ait Amor. III. 7. nulla fere puella donis ac muneribus resistit, sed potius, 'Imperat ut captæ, qui dare multa potest.' Quintilian. Decl. XV. ait: 'Divitiis opus est, ne simus in amore miseri: et impotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia ceterosque contemtus explicat felicitas magna pereundi.'

29 *Seu mare per longum*] Nullum se periculum, nullum incommodum recusaturum esse pro sua Cynthia testatur; sed eam, quocumque migrare voluerit, secuturum se pollicetur.

31 *Unum littus erit*] Eodem in littore cum Cynthia sua sub eadem arbore quieturum, ex eodem fluvio aut fonte bibiturum se promittit Propertius. His porro significat periphrasticôs se semper cum sua Cynthia in eadem domo, sub eodemque tecto mansurum, iisdemque cibis usurum, adeo ut semper ambos in amore certos ac constantes idem ventus impellat.

33 *Et tabula*] Hic 'tabula' pars

Omnia perpetiar, sævus licet urgeat Eurus,
Velaque in incertum frigidus Auster agat;
Quicumque et venti miserum vexastis Ulyssen,
Et Danaum Euboico littore mille rates;

vis furens Eurus instet, ac carbasa gelidus Auster incertum huc illuc impellat, vosque omnes flatus quicumque infelicem Ulyssem exagitastis, milleque Danaorum naves in Euboico mari jactastis, *et qui duo littora concurrere fecis-*

Burm.—33 *Poteris* Leid. 1.—35 *Sævus* Burm. 1. Conjicit Burm. *ingruat E.*—36 'Passeratius e suis libr. *turbidus*. Nostri nihil mutant. Neque adeo multum refert.' *B. B. Turbidus* Perr. v. c. et cod. Heinsii, cui id placebat. Sed videtur glossema esse Kulnoeli.—37 *Quotc.* Exc. Mod. *Vexatis* Ask.—39

NOTÆ

est exigua navis, quæ sane ex tabulis compacta est.

35 *Sævus urgeat Eurus*] Eurus ventus est spirans ab Oriente æquinoctiali, oppositus Zephyro; dicitur etiam Subsolanus Latinis, Græci verò vocant Apelioten. Ovid. Metam. I. 'Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit.' Vocatur autem a nostro Poëta 'sævus Eurus,' ut a Virgilio violentus, præceps, et animosus, quia ciet procellas ac tempestates, in mari præsertim Mediterraneo.

36 *Frigidus Auster*] Ventus est Auster flans a meridie, Boreæ oppositus, qui dicitur frigidus, madidus, ac pluviosus, quod maxime pluvias et nimbos inducat. Unde Tibull. I. 'Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster.' Virg. Ge. IV. 'Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster.' Auster porro Græcis dicitur *νότος*, Latine Notus ap. Virg. Æn. I. 'Tres Notus abreptas,' &c.

37 *Venti vexastis Ulyssem*] Sæpius ap. Hom. legitur Ulysses a ventis tempestatibusque vehementer agitatus. Hom. enim Od. V. narrat atrocissimam a Neptuno fuisse concitatam in Ulyssem, ventis omnibus cum furenti impetu ruentibus, ac undosum mare vehementer agitantibus, tempestatem; adeo ut, fracto navigio, vix Deæ Leucothoës ope et auxilio exitium evaserit. Idem etiam Hom. Od. X. ait ventos omnes utre conclusos ab Æolo fuisse datos Ulyssi hospiti, ut facilius in patriam remearet. Sed utrem cum Ulyssis socii spe prædæ, thesaurum esse putantes, solvissent, reflantibus undique ventis, magna concitata tempestas est, qua jactatus Ulysses denuo a littoribus Ithacæ patriæ in Æoliam repulsus est. Denique Od. XII. dicitur a Jove tanta ventorum in invicem sævientium excitata tempestas, ut vix Ulysses incolumis enataverit. Porro de hoc verbo 'vexastis' vide Gell. II. 6.

38 *Danaum mille rates*] Danai Græci sunt, a Danao Beli filio sic dicti. Mille porro dicuntur ad Trojam expugnandam isse Græcorum naves; qui quanquam numerus non fuit forsan ad amussim completus, ita tamen loqui solent poëtæ; ut Virg. Æn. II. 'Non anni domuere decem, non mille carinæ.' Homerus autem Il. II. mille centum octoginta et sex naves Græcorum in Trojam proficiscentium numerat. Dares vero mille centum et quadraginta, Dio mille et ducentas, Euripidis Scholiastes mille centum et septuaginta fuisse affirmat.

Euboico littore] Vel Aulidis ad Euboeam insulam portum intelligit, ubi diu classem Græcorum adversa tem-

Et qui movistis duo littora, cum rudis Argus
Dux erat ignoto missa columba mari. 40

tis, quando columba dux Argus inexperta in *aequora incognito emissa est. Dum-*

' Nescio unde rancidum istud *duo* eruerit Passeratius. In omn. nostris est *duo*. Omn. membr. habent *cum ratis Argo*: quem errorem Volscus feliciter emendavit.' *Broukh.* ' *Ratis Argo* Bon. Guarn. Dresd. Errorem hunc Vossius [sic] emendavit feliciter. Brix. totum vs. legit *Et q. nov. d. l. cum ratis Argo.*' Barth. ' *Rudis Argus* bene restituisse Volscum merito laudat Broukh. *Ratis Argo* Colbertt. Exc. Scal. et Mod. Borr. Vat. 5. Neap. Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. mei. *Ratis Argus* Voss. 4. *Satis Argo* Regg. et pr. edd. corrupte pro *rudis*. Sed optime se habet recepta scriptura, ut Beroaldus etiam emendand. monuit. Male vero Regg. Ask. et pr. edd. *Et qui novistis duo l.*' Burm. ' *Rudis Argus* egregie Volscus.' *Lachm.* Procul dubio scribend. *Et qui novistis duo l.* pronuntiat Ayrm.—41 ' *Illa*] F. *ipsa*. *Ille* [sc. in vs. prox.] habet

NOTÆ

pestas detinuit, ut testatur Ovid. Metam. XIII. ' Aulidaque Euboicam compleruntmille carinæ :' vel Caphareus, Euboeæ insulæ promontorium, significatur, quia nimirum ibi classis Græcorum post deletam Trojam in patriam redeuntium, Nauplii dolo, naufragium fecit. Cum enim, propter Cassandram ab Ajace Oileo fœde in Minervæ templo stupratam, spurcissimam in Græcorum e Troja redeuntium classem immisisset tempestatem ; id sentiens Nauplius, Palamedis pater, filium Ulyssis opera misere interemtum dolens, ejusdemque filii mortem ulcisci cupiens, Græcis tempestate laborantibus ex Caphareo monte, seu promontorio, ignem ostendit tanquam signum quod sequi deberent. Græci vero, credentes portum esse tutissimum, illuc adnavigarunt, ac sic inter cautes scopulosque asperrimos naufragium fecerunt, plurimique miserabiliter perierunt. Propertius noster lib. IV. 1. ' Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes, Et natat exuviis Græcia pressa suis.' Virg. Æn. XI. ' Sic triste Minervæ Sidus, et Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.'

39 *Movistis duo littora*] I. e. concurrere fecistis duas rupes in utroque littore positas, quæ Symplegades seu Cyaneæ dicuntur. Sunt autem Symplegades seu Cyaneæ duæ insulæ, seu potius duo scopuli, qui in Ponti Euxini faucibus ad Bosporum Thracium dispositi sunt, ut ex adverso venientibus gemini cernantur, paululum vero in alterum latus deflexa acie in unum coire, adeoque concurrere in invicem videantur.

Cum rudis Argus] Cum nempe primum Argo navis disceret navigare. Tunc enim erant navigationis rudimenta, cum nulla navis antea fuisset experta mare. Lucan. lib. III. ' Inde lacessitum primum mare, cum rudis Argo Miscuit ignotas temerato littore gentes.' Valerius autem Flaccus, lib. IV. Argonauticon, scribit Argonautas, cum ad Symplegadas seu Cyaneas venissent, ancipiti discrimine fuisse vexatos, magnumque fuisse passuros infortunium, nisi Pallas et Juno scopulos illos continuissent.

40 *Dux erat columba*] Argonautis columba dux itineris est data, quæ viam monstraret, præcipiente Phineo.

Illa meis tantum non usquam desit ocellis,
  Incendat navem Jupiter ipse licet.
Certe isdem nudi pariter jactabimur oris.
  Me licet unda ferat, te modo terra tegat.
Sed non Neptunus tanto crudelis amori, 45
  Neptunus fratri par in amore Jovi.
Testis Amymone, latices cum ferret, in Argis
  Compressa, et Lerne pulsa tridente palus.

modo ipsa Cynthia *ab oculis meis saltem usquam abeat*, tunc *Jupiter, si vult, comburat navem. Nos simul una profecto eadem in oras tempestate agitabimur. Non mihi durum erit si mare me absorbeat, dummodo te*, o Cynthia, *terra servet. At Neptunus tam magno amori non* erit *savus, Neptunus*, inquam, qui *germano* suo *Jovi in amore par* est. *Testis est Amymone* ab ipso *stuprata, dum in agros aquam portaret, ac Lernæ palus tridente percussa. Jam Deus* ille

---

Douss. optime. Puto fuisse a Poëtæ manu *non usquam*.' Broukh. '*Non usquam* vulgatt. quod, cum ad sensum perinde sit, loco movendum negat Vulpius; licet Broukhusius *usquam*, tanquam a sensu requisitum, intruserit.' *Barth.* qui tamen *usquam* exhibet cum Broukh. Et sic exhibet Burm. sed silenter. At Lachm. non pejus esse *usquam* censet, et ita in textu amplectitur. *Spectat oc.* unus Colb.—42 '*Igne* vel saltem *ille* Heins. At *ipse* non male defendit Passeratius.' *Barth.* '*Incendit* Mentel. *Incendat* vel *Incendat* n. *J. igne* Heins. vel *ille*, quod ultimum etiam in Douss. et aliis. Possis etiam *Infestet*.' Burm.—43 *Ferte* Voss. 4. quod pro *Forte* scripsisse librarium censet Burm. *Crete* Mentel. quod pro *Crede* esse censet id. Burm. Pro *nudi* Markl. conjecerat *nulli*. Sed retineamus, ait Burm. vulg. lect. *Luctabimur* unus Colb. *Horis* Neap.—44 *Unda tegat* damnat Burm. quod in Voss. 4. *Te quoque t. t.* pr. Leid. et Voss.—45 *Sancto* conjecerat Burm. cum postea id Livineio quoque in mentem venisse vidit.—47 '*Amymne* Dresd. *In*

NOTÆ

42 *Incendat navem Jupiter*] Alludit Poëta ad navem Ajacis Oilei, quam patris Jovis fulmine Pallas incendit, cum post excidium Trojæ rediret in patriam, quod is, capta Troja, Cassandram virginem, Priami filiam, vaticinandi munere insignem, in ipsius Palladis templo vitiavisset. Virg. Æn. I. 'Pallasne exurere classem Argivum, atque ipsos potuit summergere ponto, Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei?' Homerus tamen Od. IV. refert Ajacem Oileum a Neptuno fuisse summersum, quod invitis Diis se e fluctibus et procellis evasurum impudenter jactasset. Forsan etiam hoc loco intelligitur Ulyssis ipsius navis, quam eodem suo fulmine ita Jupiter afflixit, ut vix solus Ulysses evaserit, ob interfectas ab ejusdem Ulyssis sociis boves Solis, ut idem narrat Hom. Od. XII. Significat porro Propertius, modo simul una cum sua Cynthia sit in eadem navi, se libenter omnes illos ventos ac tempestates perpessurum, quibus Ulysses, classis Græcorum, ac Argonautæ quondam vexati sunt.

46 *Neptunus fratri par, &c.*] Non pateretur, inquit, Neptunus nos amantes naufragio perire, cum ipse faveat amantibus, Jovisque germani sui, qui maximus est amator mulierum, vestigiis insistat.

47 *Testis Amymone*] Amorum Neptuni ponit exemplum. Fuit autem

Jam Deus amplexu votum persolvit; at illi
Aurea divinas urna profudit aquas. 50

voto persolvit optatis potitus; sed ipsi urceus aureus aquas divinas effudit. Ori-

---

Argis codd. quidam Passeratii.' *Barth.* ' *In Argis* prætuli, licet alias edd. secutus *arvis* ediderit Broukh. Conjeceram aliquando rescribend. *in urnis*. Franc. distinguebat *l. e. ferret, in arvis Comp.* sed malui Guyetum, Passeratium, et Heinsium sequi, qui *Argis* legend. censuerunt. Ad Ov. I. Amor. 10. 5. *Argis* patruus meus prætulit. *Argis* etiam ex v. c. notaverat Perreius: neque aliter in Colot. et Vat. 1. 2. Restituend. igitur hanc lect. censui; et f. etiam distinctio Francii sic quoque admittenda, *l. c. ferret, in Argis Comp.* Gebh. ex vitiosa Palatini lectione *in urnis* exponebat. Sed nihil ad rem. Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. T. II. p. 305. notat virum doctiss. quem nomine non exprimit, conjecisse *cum quæreret Argis*, sed vulgatam defendit, [ut et Barthius] et recte *Lernæ* vel *Lernes* corrigit pro *Lerne*, ut edidit Broukh. [et Barth.] *Lernæ* certe in illius l. meo 2. et Voss. 4.' *Burm.* ' *In Argis* Itali, bene. Neap. *dum ferret* pro *cum*.' Lachm.—48 ' *Comprehensa est* Dresd. *Lernæ* habent Brix. Venet. Aldd. Recentiores fere cum Vulp. *Lerne*. *Ut Lernæ* Palat. 1.' *Barth.* ' *Lernæ* Virgilium decet, non Propertium. Aut *Lerne*, aut, quod suavius est et, ut opinor, verius, *Lernes*. In Neap. scriptum est *Lerne*.' Lachm.—49 *Amplexus* Passeratius ex conj. qua non opus esse videtur Burmanno. *Amplexum notum* Palat. Auctor est Lachm. ut corrigas, *et illi*.—50 ' Groning. Borr. nostri duo, Vaticanus *profudit*: neque aliter Scaligeri codex. *Refudit* est ab iis, qui credebant ' pro ' in compositis non posse corripi. Passeratius malebat *Æreæ* pro *Aureæ*: eo quod aurum non bene videatur convenire simplicitati eorum temporum: sed hoc dandum erat magnificentiæ poëticæ, præsertim in virgine regia.' *Broukh.* Assentit Barth. qui, ' *Virgineas* vult,' ait, ' Heinsius: tamen ' divini fontes' sunt sup. I. 18. 27. *Refudit* vulgatt. [cum Regg. Colbertt. Ask.] *Prof.* Bon. Guarn.' Damnat Burm. *unda*, quod est in Borr. et Burm. 1. Idem Burm. pronuntiat Dorvillium in Misc. Obs. merito improbare Heinsii conjecturam, et erudite vindicare *Aureæ*: et putat Lotichium probasse *refudit* sua imitatione, IV. 4. 84. *Prof.* præferebat Marklandus. Lectionem Kuinoelis exhibent

NOTÆ

Amymone Danai filia, quæ in sylva quærens aquam, quod Neptunus iratus Inacho siccavisset aquas et fontes, imprudens Satyrum dormientem jaculo percussit, qui sic a somno excitatus, puellæque amore captus, ipsam violare conabatur, cum Neptunus adveniens, fugato Satyro, eam compressit, eique fontem indicavit, quem Amymonem vocari voluit. Ex hoc autem complexu natus dicitur Nauplius Palamedis pater. Sed hanc fabulam omnino falsam esse contendit Strabo lib. VIII.

48 *Lerne pulsa tridente palus*] Narrat Hyginus fab. CLXIX. Neptunum, postquam Amymonem vitiasset, terram fuscina seu tridente suo percussisse, unde profluxerit fons qui Lernæus dictus est, ex quo etiam Lerna palus in Argivorum agro.

50 *Urna profudit* [*refudit*] *aquas*] H. e. pro illa aqua effusa, quam Amymone gestabat in urna, Neptunus illi divinas aquas, fontem scilicet procreando, Lernamque paludem restituit.

Crudelem et Boream rapta Orithyia negabit.
Hic Deus et terras et maria alta domat.
Crede mihi, nobis mitescet Scylla; nec unquam
Alternas revomet vasta Charybdis aquas.

thyia quoque rapta Boream fuisse *sævum non questa est. Iste Deus et terras et profunda æquora imperio suo subjicit. Fidem habe mihi, placida nobis erit Scylla, neque usquam ingens Charybdis, alterno gurgite* cuncta *absorbens,* nobis occurret.

B. B. B. L.—51 'Livin. reponit *negabit*, quod aptius videbitur pressius examinanti.' *Broukh.* 'Negavit Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et edd. priscæ: in quibus *Orithia* pro *Orithya*, vel *Orithyia*, ut scribend. *Orithyia* quinque syllabis vitiose in ed. Broukh.' *Burm. Orythia* Venet. *Negavit* codd. recte repræsentare pronuntiat Lachm. qui nobis jubet legere *Boream*. *Negabit* exhibent B. B. B.—53 'Gebh. e codice Palat. *et nob.* quod non displicet.' *Broukh.* 'Et *nob.* Bon. efficacius. *Mutescet* vult V. D. in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 1. Sed neque *mit.* rejiciend.' *Barth.* 'Minime rejiciend. *mut.* Sic Voss. 1. meus 2. Ask. Harl. et ita legebat V. D. ap. Dorvill. in Misc. Obs. qui elegantissimam vocat conjecturam, et exemplis confirmat, licet pro vulgata etiam faciant loca ibid. producta. Si quis tamen hoc acumen ad auream ævi Augustei simplicitatem nimis longe quæsitum judicet, *mit.* servetur.' *Burm.*—54 'Meliorem et concinniorem lect. profert Passeratius, *A. r. v. C. a.* Vulgata nihil sani habet, nec puto facile quis explicaverit.' *Broukh.* 'In codd. et primis aliisque vetustioribus edd. legebatur *Alternante vomens v. C.*

NOTÆ

51 *Crudelem Boream*] Boreas, Strymonis filius, Orithyiam, Erechthei Athenarum regis filiam, rapuit, in Thraciamque transtulit, ex qua Zethen et Calaim suscepit, qui cum ceteris Argonautis in Colchidem navigantes Harpyias fugaverunt. Significat porro Propertius Boream etiam ventum non sævire solere in amantes, cum ipse amaverit rapueritque Orithyiam, quæ ipsum raptorem suum non est experta crudelem, nec de ipsius sævitia conquesta est; nam, ut ait Ovid. 'Vim licet appellent, grata est vis ista puellis.'

52 *Hic Deus et terras, &c.*] Tantæ namque virtutis ac potentiæ Deus est Cupido, seu Amor, ut omnia domet, sibique subjiciat: juxta illud Virg. Ecl. x. 'Omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori.'

53 *Mitescet Scylla*] Scylla, inquit, mitior fuit, et Charybdis, quia et ipsæ amarunt. De Scylla jam supra dictum est pluribus. Scopulus est in freto Siculo, quod Mamertinum dicitur, valde prominens, procul intuentibus speciem præbens humanam, infra vero scopulos invicem divisos habens, in quibus cavernosi sunt recessus, in quos irruentes illisique fluctus undarum ingenti sonita canum latratum, luporumque ejulatum, aliorumque animalium voces referre ac imitari videntur; unde poëtæ commenti sunt Scyllam fœminam fuisse, quæ pube tenus canibus aliisque feris esset succincta. Nonnulli scripserunt Scyllam fuisse meretricem, quæ cum suos amatores degluberet, indignatione Deorum in maris monstrum conversa sit. Alii aliud fabulati sunt.

54 *Vasta Charybdis*] Gurges est Charybdis scriptoribus celebratissimus, navigantibus infestissimus, ex adverso Scyllæ in eodem freto Siculo positus, contrariis ac reciprocis modo fluctuum concursibus in miram altitudinem assurgens, certis modo temporum vicibus naves ac obvia quæque absorbens, iterumque evomens. Unde Virg. Æn. III. 'Dextrum Scyl-

Ipsaque sidera erunt nullis obscura tenebris: 55
Purus et Orion, purus et Hædus erit.
Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhonestus erit.

Astra etiam nulla caligine nullisque tenebris obscurabuntur, nobisque *erit serenus Orion, serenusque* etiam *Caper. Si vero pro te vita mihi sit profundenda, iste vitæ finis mihi non erit inglorius nec indecorus.*

---

aqua. Sic certe Leidd. Vossiani, Ask. Dorvv. et mei. *Vorax* superscript. in Voss. 4. *Alternante voret* Vat. 5. sed Passeratius alteram lect. prætulit, *Alternas rev. v. C. aquas*, quæ firmatur a Vat. 2. *Alternas revomens* Colot. Placebat Oudendorpio *Alternam revom.* [ita contrahit Burm.] *v. C. aquam*, vel *Alternans revomet* [*removet* exscribit Kuin.] *v. C. aquam.* Markl. tentaverat *Alterna revomens hausta C. aqua.* Posses etiam *torta C.* Sed acquiescamus lect. nunc receptæ.' *Burm.* cujus ad fin. editionis accedunt hæc: 'Ayrm. notaverat: 'Hic vs. a me nativo splendori suo restitutus est: *C. mihi n. mit. S. nec unquam, Alternante vocans v. C. aqua.* Eand. mutationem pro felicissima juvenilium reputo.' Ego infelicissimam censeo.' '*Nec unquam Alternas revomet v. C. aquas.* Hæc scriptura, a Passeratio primum commemorata, postea in Vat. 2. reperta, ab Italis haud dubie originem traxit. E lectione codicum, quamvis falsa et contraria sensui, quantillum erat veram eruisse! Repone *C. mihi, n. mit. S. neque unquam Alternante vorans v. C. aqua, Ipsaque, &c.*' Lachm. —57 '*Quid* in Heinsian. pr. Leid. Voss. et meo sec. Bene hunc l. de communi naufragii interitu explicuit Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. III. p. 3. vel legend. cum V. D. notavit *pendere vita.* Sic certe Patruo meo legend. videbatur.' *Burm.* Supervacaneam esse hanc correctionem judicat Kuin.

NOTÆ

la latus, lævum implacata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras Erigit alternos, et sidera verberat unda.' Fabulantur autem fœminam fuisse Charybdim rapacissimam, quæ, cum Herculis boves surripuisset, a Jove fulminata, in hanc voraginem fuit commutata. De Scylla porro et Charybdi, si plura desideras, vide Pausan. in Corinth.

56 *Purus et Orion*] Ipsa, inquit, sidera, quæ suapte natura procellosa sunt ac nimbosa, nobis navigantibus erunt purissima, tersissima, ac lucidissima, quia favent amantibus, quorum amores vident furtivos, ut supra vidimus, 'Sidera sunt testes.' Eleg. 9. hujus libri. Orion autem sidus est nimbosum ac procellosum, quod exorta suo graves dicitur excitare tempestates. De hoc jam supra pluribus.

Purus et Hædus erit] Sidus etiam est in cœlo, ad cujus ortum etiam dicuntur concitari tempestates. Duo autem esse dicuntur Hædi, de quibus Servius Ge. I. sit: 'Aurigæ signum in humeris fert capram, quæ bovem aluit, et sinistra Hædos, quorum et ortu et occasu concitatur tempestas.' Virg. Æn. IX. 'Quantus ab occasu veniens, pluvialibus Hædis, Verberat imber humum.'

ELEGIA XXVII.

QUOD INCERTA HORA MORTIS.

At vos incertam, mortales, funeris horam
Quæritis, et qua sit Mors aditura via;
Quæritis et cœlo Phœnicum inventa sereno,
Quæ sit stella homini commoda, quæque mala.

Sed vos, o homines, dubiam horam inquiritis, quaque ratione et modo sit eventura mors. Vos etiam inquiritis Phœnicum commenta puro cœlo, quodnam sidus

---

' Novam El. hic incipiunt plerique codd. neque aliter edd. pr. et vetustiores, præscripto titulo *De incerta mortis hora*. In solo Perr. v. c. Scaligerano, Mss. Passeratii, ac Lipsii v. Ant. Lect. 20. præcedentibus hæc connectuntur.' *Burm.* ' Continuat hanc El. superiori etiam cod. Palat. sed membranæ Palat. dispescunt, apposita inscriptione *De i. h. m.* Ead. est in Dresd.' *Barth.* ' Tanta in nonnullis horum Carminum rerum varietas, s. potius confusio, sententiis nullo idoneo vinculo inter se conjunctis, ut, qui hæc Carmina sic a Propertio profecta esse existimaverit, næ ille de ingenio ejus iniquissime judicet. Nec defuerunt, qui hoc præclare intelligerent, viri doctissimi: ut Lennepius ad Columellam p. 124. qui Elegiam 20. [nobis 27.] libri II. in duas distinxit, probante Burm.' *Jacobs. in Ep. ad Ast. p.* XII.—1 *Et* Dorv. 2. quod tuetur et exhibet Lachm.—2 *Adeunda* marg. Voss. 4. *Obeunda* Heins. sed nos dirigit Burmannus ad III. 7. 2.—4 Malit Burm. *quæve*.—5 ' *Sequitur*

NOTÆ

1 *At vos incertam*] Multi, cum Scaligero, cum superiore Elegiam hanc conjungunt, unamque faciunt. Significat autem Poëta mortalium vota esse vana, qui ab astrologis et mathematicis quærunt quando et quo mortis genere sint morituri. Dicit autem solos amatores esse, qui noverint quando et quo sint fato perituri, mortemque ceteris omnibus incertam esse.

3 *Phœnicum inventa*] Astrologiam scilicet, quam dicuntur Phœnices invenisse, ut refert Strabo lib. XVI. qui testatur a Phœnicibus ad Græcos literas, Astronomiam, et Arithmeticam manasse. Plinius etiam v. 12. ait, Ipsa gens Phœnicum, quæ Syriæ adjacet, ' in magna gloria est literarum inventionis, et siderum navaliumque et bellicarum artium.' Refert autem Eusebius lib. IX. Præp. Evang. Phœnices ab Abrahamo Chaldæo didicisse siderum cursus et Astrologiam, quam postea ceteris gentibus communicarunt.

4 *Quæ sit stella homini commoda*] Dicunt Astrologi quædam sidera hominibus esse benigna, felicia, ac benefica, quædam vero gravia, inimica, ac infesta. De his videndus est Ptolemæus περὶ ἀφετῶν, et Macrob. in Somn. Scipionis, ubi late disseritur, cur stellarum aliæ maleficæ, aliæ salutares esse dicantur.

Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos,
Et maris et terræ cæca pericla viæ.
Rursus et objectum fletis capiti esse tumultum,
Cum Mavors dubias miscet utrimque manus:
Præterea domibus flammam, domibusque ruinam,
Neu subeant labris pocula nigra tuis.

sit homini faustum et amicum, quodnam infestum. Sive pedibus Parthos sive bello navali Britannos persequamur, et maris et terræ itineris ignota sunt æque et obscura discrimina. Præterea etiam deletis oblatam fuisse duci prælii occasionem, quando Mars dubius ex utroque parte copias incitat et confundit. Insuper etiam timetis ne tectis inferatur ignis et ruina, et ne subrepent in os tuum potiones vene-

---

Groning. neque aliter Vossianus, Schradero teste, qui jure probat in Emend. cap. 7. p. 131.' *Lachm.* Hanc lect. ut ineptam rejicit Livin.—6 'Dis pro *vis* Palat. 1. *Suæ* vel *duræ*.. *viæ* tentat Heins. *Vices* Wakker. in Amœn. Lit. p. 102. Nihil tamen definit.' *Barth.* 'Non immerito viris doctis hæc de mendo suspecta sunt. Sane *terræ* petitum videtur ex IV. 1. 73. Markl. tentabat *terræ*.. *æ*. *Tetra* f. propius [ac. quam *duræ* Heinsii] *terræ* insisteret: vel *vastæ*..*vis* substitui posset.' *Burm.* 'Retinend. *terræ*, sed pro *viæ* f. legend. *vias*..' Kuin.—7 *Flemus* Regg. unus Colb. Exc. Scal. Dresd. Palat. 2. Leidd. tres Voss. Ask. Burm. 2. alii, cum pr. edd. quod præferend. putat Burm. Sed, ait Kuin. si *fletis* retinetur, oratio existit vividior et magis poëtica. *Fletus* Palat. 1. Dorvv. Burm. 1.—8 *Utrique* Brix. *Utrœque* Burm. 2. *C. dubius M. m. utraque manus* Palat. cod. *Vias* pro *manus* legit Beroaldus.—9 *Famam* Dorv. 1. *Ruinas* Neap. Leid. 2. Voss. 1. Burm. 2. Dorv. *Flammas* et *ruinas* Groning. '*Ruinas* aurium judicium præferri suadet. Sed putide repetitur *domibus*. Repone *dominisque ruinas*.' Lachm. *Ruinam* exhibent B. B. B.—10 'Quomodo *tuis*? Repone *suis*.' Broukh. '*Ne* C. Com. Guarn. Venet. *Heu* Brix. *Tuis* Vulp. tuetur; finita persona pro indefinita.' *Barth. Tuis* exhibent Barth. Lachm. qui *suis* putat præ se ferre quæsitam neque commodam elegantiam. *Suis* exhibent Broukh. Burm. sed damnat Kuin. ut videtur: nam hic lectorem fefellit in exscribendo Burmannus. *Ne* Leid. 2. Voss. 4. Burm. 1. Berr. Vat. 5. *Heu* Regg. Dorv. 1. Groning.—11 'S. *mor*

NOTÆ

5 *Seu pedibus Parthos sequimur*] Parthi populi sunt Asiæ bellicosissimi, Persis vicini, qui fugientes etiam detrimenti plurimum jacula dexteritate mira vibrando hostibus afferebant. Alludit autem Propertius ad expeditionem Augusti in Parthos, quos cum Britannis conjungit quod utrosque populos Augustus armis lacessiverit.

Seu classe Britannos] Sive bellum terrestre cum Parthis, sive navale cum Britannis aggredimur. Britanni populi sunt Britanniæ insulæ, ad solem occidentem in Oceano Septemtrionali positæ, quæ nunc Anglia dicitur, incolæ.

8 *Cum Mavors*] Cum Mars copias manus conserere jubet, et dimicare incerto et ancipiti rerum eventu. Martem porro Deum belli præsidem Mavortem nominabant antiqui.

10 *Pocula nigra*] Tetra venena, et, ut supra dixit, 'pocula Phædræ,' et 'lurida aconita.'

Solus amans novit, quando periturus, et a qua
  Morte: neque hic Boreæ flabra, neque arma timet.
Jam licet et Stygia sedeat sub arundine remex,
  Cernat et infernæ tristia vela ratis;
Si modo clamantis revocaverit aura puellæ,
  Concessum nulla lege redibit iter.

natæ. Solus amator scit, quando moriturus sit, *et quo genere mortis* sit ipsi occumbendum; *nec ipse Boreæ flatus nec bella metuit. Quamvis etiam jam remex ad Stygias arundines sedeat, ac Tartareæ cymbæ atra carbasa conspiciat;* tunc tamen *si solummodo flatus vocis puellæ clamantis* ipsum *in vitam redire jusserit,* ille statim *viam repetet nulla* fatorum *lege permissam.*

C. Com. Gebhardi, qui ex Palatino profert seq. vs. *n. e. tenet.* Sed neutrum a codd. meis firmatur.' *Burm.* '*Nec .. flagra nec* Dresd. *Tenet* cod. Palat. f. memoria.' *Barth.*—13 *E St.* Vat. *Aber.* Leid. 1.—14 'In meo 2. *Servat*, sed in marg. *Cernat.* An f. *Servet*, pro, observet? *Solvat* Broukh. conjecerat in Curis Secundis; sed videtur id postea rejecisse, nam cod. suo deinde inscripserat, 'Immo *Cernat*, i. e. expectans in ripa amator.' Certe ad amantem ipsum, non ad Charontem, referend. videtur.' *Burm.*—15 'Groning. *Si m. damnatum:* perperam.' *Broukh.* '*Si m. damnatus* Exc. Mod. et Dorv. 2. h. e. *damnatum*, ut in Groning. Heinsio, [quod, docente Barthio, in ejus cod. erat *revocarit aura:*] et Marklando ad Stat. Sylv. p. 268. emendand. videbatur *Si m. clamantis revocarint ora* p. sed quod refutavit Schraderus ad Museum p. 868. Neque sollicitanda videtur recepta lect. *revocaverit aura.*' Burm.—16 '*Nullis* Perreii et Passeratii codex: quod et legitur in Vat. 1. 2. An f. voluerunt librarii *Concessa nullis?* Sed præstat vulgata: ut neque Heinsii conjectura [quam rejicit et Broukh.] *iterabit iter* ullius cod. auctoritate fulcitur, et vel uno Catulli loco, III. 10. *redibit* vindicatur.' *Id.*

NOTÆ

12 *Boreæ flabra*] Hoc est flantes ventos nullo modo timet. De Boreæ vento Septentrionali jam sæpius et pluribus dictum est.

13 *Stygia sedeat sub arundine remex*] Vario modo varii locum hunc interpretantur. Alii volunt 'arundinem Stygiam' Charontis Inferorum portitoris cymbam intelligi; quod nimirum antiquitus ex arundinibus navigia conficerentur, ut refert Plin. XVI. 36. atque etiam Diodorus, Solinus, et Mela, adeo ut Propertii sensus sit, Si amator jam sedeat remex in cymba Stygia Charontis, et remo verrat undas Acherontis, si tamen illum lenissima puellæ conquerentis vocula aura revocaverit ad vitam, statim redibit. Dicunt enim umbras mortuorum Acherontem transire cupientes in cymba Charontis sedere, remigisque officio fungi; unde Virg. Æn. VI. 'Illæ remis vada livida verrunt.' Alii per 'arundinem Stygiam' intelligi volunt et calamos et arundines ad ripam Stygis paludis forsan crescentes, ubi sedere dicuntur animæ mortuorum cymbam Charontis expectantes, juxta illud Virgilii Ge. IV. 'Quos circum limus niger et deformis arundo Cocyti tardaque palus inamabilis unda Alligat.'

14 *Infernæ vela ratis*] Stygiam cymbam vocat Virg. Ge. IV. de qua etiam noster Poëta Elegia proxime sequenti: 'Una ratis fati nostros por-

NOTÆ

tabit amores Cærula, ad infernos velificata lacus.'

16 *Concessum nulla lege*] Mortis ac Inferorum iter est irremeabile, neque ulla lege conceditur ad redeundum; unde noster Catull. III. 11. 'It, per iter tenebricosum, Illuc, unde negant redire quenquam.'

ELEGIA XXVIII.

AD JOVEM, PRO AMICA ÆGROTANTE.

JUPITER! affectæ tandem miserere puellæ:
Tam formosa tuum mortua crimen erit.
Venit enim tempus, quo torridus æstuat aër,
Incipit et sicco fervere terra Cane.

O Jupiter, aliquando demum graviter ægrotantis amicæ meæ *misereare: si tam pulchra* puella *moriatur, tuum erit flagitium. Adest namque tempestas, qua fervidus aër ardet, ac tellus incipit æstuante Canicula torreri. At,* si puella ægrotat,

'*Ad Jovem pro* vel *de amica ægrotante* inscribitur in Regg. Borr. meo 1. Mentel. Groning. aliisque codd. et pr. edd. Veneta, Rheg. Ald. ceteris: vel simpliciter *De amica ægrotante*, ut in Colbertt. et meo 2. Primam inscriptionem præfero.' *Burm. De amica ægrotante ad Jovem* Dresd.—2 *Gloria* pro *mors*. id. Eriges sententiam, ait Burm. si interrogationis notam apponas, *erit?*—3 'Ita recte editum est, quod in aliis edd. *tempus cum*, ut etiam in ed. Græviance marg. correxerat Markl.' *Burm.*—4 '*Incipiunt sicca f. ruva c.*

NOTÆ

1 *Jupiter! affectæ*] Precatur Jovem, ut opem ferat graviter ægrotanti Cynthiæ, eamque a morbo servet incolumem, cujus morbi causam esse puellarem superbiam, Deorumque contemtum significat. 'Affectæ,' i. e. periculose et graviter ægrotanti seu languenti. Suet. in Tiber. c. 21. 'Affectum reperit, et tamen adhuc spirantem.' Celebris ac solennis Cornel. Celso hujusmodi locutio, qui sæpius ait: Ubi 'lien affectus est;' 'renes ubi affecti sunt;' 'pulmo totus afficitur.'

4 *Fervere terra Cane*] 'Siccus' dicitur 'Canis,' seu 'sicca Canicula,' quod agros et terras siccas et arentes efficiat. Quemadmodum mors dicitur pallida et frigida, æstas torrida, et tremula senectus, ab affectibus quos producunt. Canis autem seu Canicula, Græcis Procyon, sidus est, quod dum percurrit sol, graviores excitantur calores.

Sed non tam ardoris culpa est, neque crimina cœli,
  Quam toties sanctos non habuisse Deos.
Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante, puellas.
  Quicquid jurarunt, ventus et unda rapit.
Num sibi collatam doluit Venus? illa peræque
  Præ se formosis invidiosa Dea est.

non tam caloris, nec aëris est crimen, quam tam sæpe sancta Deorum numina violasse. Istud nunc *perdit, sicut et olim perdidit infelices et scelestas puellas: quodcunque juraverunt, ventus et aqua auferunt. An moleste tulit Venus* Cynthiam *sibi collatam* fuisse? Illa enim *Dea æqualiter puellis seipsa pulchrioribus invidet.*

Posth. [et Dorv. 2.] e l. communi.' *Barth.*—5 'Bona pars librorum *S. nec t.* Credo, ne bis geminarent τὸ *non:* quod tamen legitur geminatum in Edd. pr.' *Broukh.* '*Sed nec.. nec* Vat. Posth. C. Com. Bon. Ed. pr.' *Barth.* '*S. nec tam* Colbertt. Leid. 2. Voss. 3. 4. pr. Dorv. et meus. *Sed neque* Exc. Mod.' *Burm.*—7 '*Perdet* mavult Heins. frustra.' *Barth.* Hoc malit Burm. at pro vulgata dicit facere imitationem Lotichii 1. 1. 59. Barthio assentit Kuin.—8 'Groning. *jurantur.* Quidam alii *juratur.* Istud prius cum invenisset Palmerius, insolentium ac plebeiarum vocum magnus amator, suo probavit calculo; nec Gebhardus videtur dissentire.' *Broukh.* '*Vitatur* Palat. 1. *Juratur* Heinsii libb. C. Com. Bon. Guarn. *Jurarem* Neap.' *Barth.* *Jurantur* recte rejecisse Broukhusium censet Burm. *Juratur* est in uno Colb. Exc. Scal. Borr. Leid. 2. Voss. 3. 4. Dorvv. Burm. 1. et aliis: quod non rejecisse putat Burmannus Dorvillium in Misc. Obs. Vol. v. Tom. III. p. 8. *Et aura* Leid. 2. Voss. 3. quod præferebat Schraderus, probabatque ex Ovidio. Alterum tuentur Broukh. et Kuin.—9 *Nunc* Voss. 1. Dorv. 2. *Non* 1. et Neap. *Prælatam* Mentel. Damnat Burm. *Illa paremque* Palat. 2. *Ipsa peræque* Dorv. 2. *Pereque* Neap. *Pareque* Burm. 2. *Peræque* Exc. Scal. *Ipsa paremque* Groning. unus Colb. Ask. et in marg. Voss. 3. Ridiculam esse lect. quam ex Palatino cod. affert Gebh. *illa per æquor.* Harum pleræque vitiosæ librariorum manus sunt, judicante Burmanno, *peræque* minus intelligentium.—10 *Semper f.* conjecerat Markl. et sic virum doctum maluisse notat Dorvill. ad Charit. p. 616. sed qui vulgatam præfert, et recte, judice Burm. Behotius II. Apophor. 19. malebat *insidiosa*, et sic Heins. Advers. p. 350. et ad Tac. VI. A. 5. sed vulgatam se retinere monet Burm. Ita legit Lachmannus: *N. s. c. d. Venus ipsa paremque? Per se f. invidiosa D. est.* Ceterum

NOTÆ

6 *Sanctos non habuisse Deos*] Ille 'sanctos habet Deos,' qui sibi violandos eos non esse statuit. 'Sanctum' enim illud est, quod ab hominum injuria defensum atque munitum est. Dicit autem Propertius non tam nimios tempestatis æstus cœlique intemperiem esse causam ægrotationis Cynthiæ suæ, quam irreligiositatem, seu Deorum contemtum.

8 *Ventus et unda rapit*] In hanc etiam sententiam noster Catull. 'Mulier cupido quod dicit amanti, In vento et rapida scribere oportet aqua.' Ita etiam Plautus in Amphit. 'Mulier es, audacter juras. Ventus rapit.' *Autant en emporte le vent.*

9 *Num sibi collatam doluit Venus*] Quærit causam Poëta cur ægrotet Cynthia. An, inquit, ansa est formam suam cum Veneris forma comparare, ac de formositate cum Venere contendere, unde Venus indignata sic eam morbo afficit, ac punit?

At contemta tibi Junonis templa Pelasgæ?
Palladis aut oculos ausa negare bonos?
Semper, formosæ, non nostis parcere verbis:
Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
Sed tibi, vexatæ per multa pericula vitæ,
Extremo veniet mollior hora die.
Io versa caput primos mugiverat annos:
Nunc Dea, quæ Nili flumina vacca bibit.

Numquid tibi delubra Junonis Pelasgæ violata sunt? Vel numquid tibi *confisæ es dicere Palladis oculos non esse pulchros? Vos pulchræ semper nescitis linguæ moderari. Istum tibi* morbum, o Cynthia, *lingua perjura formositasque*, qua superbis, *attulit. Verum tibi, jactatæ variis vitæ discriminibus, adveniet felicior hora ultimo* mortis *die. Io in vaccæ formam mutata primum vitæ suæ tempus mugitu ingemuerat; nunc Dea* est, *quæ* quondam *bos aquas Nili potavit. Ino quoque in*

sequens distichon huic præponend. censebat Vulpius.—11 *Contenta* Guarn.—13 'Gebh. non sine ridiculo fastu, *postis*, pro, potestis: quod bono jure ei redonavit Gronovius IV. Obs. 22.' *Broukh. Postis* damnant et Barth. et Burm. —15 *S. mihi* Guarn. Burm. 1. *S. ubi* unus Reg. *Vexata vitæ* Vat. 1. 2. Perr. v. c. An forte, quærit Burm. *veratæ vitæ* vel *veruta vita*?—16 'Passeratius mallet *aura*: frustra.' *Broukh.* 'Venit Palatt. C. Com. Bon. Dresd. Edd. vet. Brix. Venet. Aldd. cet. *Aura* Passerat. sed vulg. tuetur Broukh.' *Barth. Venit* Regg. Colbertt. Leidd. tres Voss. Dorv. 1. Burm. 2. *Veniat* Ask. *Veniet* Perr. v. c. Colot. tres Vat. Exc. Scal. Groning. Dorv. 2. 'In aliis libris *aura* haberi testatur Passeratius, et opportunis Ovidii exemplis firmat, et sic emendat Pricæus ad Apul. XI. M. p. 666. ubi h. in l. affert *post multa perie.* pro *per*, ut conjecerat Markl. Passim vero *aura* et *hora* permutantur. Vid. notas ad Ov. Ep. III. 44. ubi Heinsius, hunc vs. producens, *aura* in nonnullis codd. legi notat.' *Burm.*—17 Eld. conj. *verso vago ut*: sed *vago* et mox *vagata* minus concinna sunt, judice Burm. Locum h. frustra conjecturis vexari censebat Ruhnken. In uno Colb. *arguerat.* An forte, quærit Burm. in h. scriptura latet *mare fugerat?* Astruit et vulgatam, quam se non damnare ait, et suam conjecturam. Improbandam censet Kuinoel esse Astii, p. 46. correctionem, *erraverat.*—18 '*Flumina* Regg. unus noster, Groning. edd. pr. recte.' *Broukh.* '*Flumine* Exc. Scal. et meus 1. et hoc præferri

NOTÆ

11 *Junonis templa Pelasgæ*] An spreveris, o Cynthia, numen Junonis Pelasgæ seu Argivæ, et illius templa violaveris? Pelasga porro dicitur Juno, quod maxime apud Græcos, qui Pelasgi dicti sunt, coleretur. Pelasgi autem inter Græcos proprie dicebantur Argivi, seu qui Argos Argolicamque regionem incolebant, a quibus tota Peloponnesi regio dicta est Pelasgia. Nonnulli hoc loco intelligunt Junonem Samiam, quod nimirum apud insulam Samon olim celeberrimum templum habuerit Juno. Ut videre est ap. Virg. Æn. I.

13 *Palladis oculos ausa negare bonos*] Forsan, inquit, o Cynthia, ausa es spernere Palladis oculos, tanquam minus tuis formosos. Unde Dea irata hunc tibi morbum immisit? Laudantur autem a Poëtis, maxime ab Homero, Palladis oculi tanquam formosissimi, quia nimirum cæsii et glauci.

17 *Io versa*] Io filia fuit Inachi Fluvii, a Jove adamata, quam Jupiter cum vitiasset, Junonis interventum

Ino etiam prima terras ætate vagata est:
  Hanc miser implorat navita Leucotheen.
Andromede monstris fuerat devota marinis:
  Hæc eadem Persei nobilis uxor erat.
Callisto Arcadios erraverat ursa per agros:
  Hæc nocturna suo sidere vela regit.

iuventute sua multas *regiones peragravit;* nunc vero *illam infelix nauta,* tanquam Deam factam, nomine *Leucothoën invocat. Andromede fuerat monstro marino exposita; illa* tamen *ipsa fuit* postea *Persei conjux illustris. Callisto in ursam conversa per arva Arcadica pervagata fuerat;* nunc *ista* eadem *naves noctu navi-*

posset propter sonum auribus gratiorem. Sed alterum tuetur Broukh. licet parum interait.' *Burm.*—19 'In tribus libb. legitur *terris:* sed nihil debet mutari: quod ostendit imitatione sua Pontanus, de Stellis 1. 'Et jam intacta mei,' &c. Etiam pr. edd. *terras* præferunt.' *Broukh. Terras* Burmanno videntur probasse Vossius de Construct. cap. 66. p. 591. et Gulielmius in Plauti Pseudol. cap. 6. Hæret Passeratius an *terras* præferat an *terris. Terras* exhibent B. B. B. *Terris* Lachm. qui, '*Terras:* hanc elegantiam,' ait, 'forte fortuna in edd. irrepsisse puto: libri scripti, ut videtur, omnes habent *terris,* quod et Volscus A. 1472. dedit, et in altera ed. in Notis agnoscit.' *Vagavit* Leid. 2. Dorv. 2.—20 *Leucotheam* Dresd. *Leucothoën* vel *Leucothoëm* Borr. Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. et vetustiores edd. *Leucothes* scribend. vel *Leucothoë,* non, ut ap. alios *Leucothoa,* judice Burm. *Leucotheen* exhibent B. B. B. L.—21 *Andromeda et* mavult Heins. *Monstrata* pro *devota* Voss. 1. Burm. 2.—22 Pro *erat* malit Eld. *ovat.*—23 Mirari hic satis nequit Burmannus Gebhardi judicium, qui, cum in membranis aliquid erasum in voce *erraverit* invenisset, harioletur Prop. scripsisse *circaverit,* verbo ex Glossariis deducto. '*Erraverit* vitiose dedit Burmannus. Ceteri omnes

NOTÆ

præsentiens, ne agnosceretur, in vaccam mutavit. Suspicata tamen Juno id quod res erat, vaccam illam a Jove sibi dono dari postulavit, quam, cum accepisset, custodiendam tradidit Argo centoculo, quem per Mercurium postea Jupiter interficiendam curavit. Unde irata Juno œstrum in vaccam Io immisit, cujus aculeis agitata in Ægyptum usque fugit, ubi Jovis auxilio pristinam formam recepit, regique Osiridi nupsit, Ægyptiisque omnibus ita fuit cara, ut post mortem Dea fuerit habita; unde dicitur Dea Niliaca, i. e. Ægyptia, a Nilo nempe Ægypti flumine. Ovid. Metam. 1.

19 *Ino etiam*] Filia fuit Cadmi et Hermiones, quæ cum Athamanti regi nupsisset, Phryxum et Hellem privignos, Nepheleesque ex eodem Athamante liberos, novercalibus odiis eo compulit, ut conscenso aureo ariete sibi fuga consulerent; unde per Junonem furiis agitata multas regiones cum peragravisset, in mare cum Melicerte filio sese dedit præcipitem, ac Deorum miseratione Dea facta est marina, Leucothee dicta apud Græcos, apud Latinos vero Matuta.

21 *Andromede*] Cephei, regis Æthiopum, et Cassiopes filia fuit, quæ cum ob matris superbiam, quæ Nereides omnes pulchritudine et forma superare se gloriabatur, a Nymphis marinis saxo alligata fuisset, ac monstro marino exposita ut devoraretur, a Perseo illac iter faciente liberata est, ac ipsi in uxorem data.

23 *Callisto*] Lycaonis, Arcadiæ regis, filia fuit, quæ ex Jove, qui ip-

Quod si forte tibi properarint fata quietem,
Illa sepulturæ fata beata tuæ;
Narrabis Semelæ, quo sis formosa periclo,
Credet et illa suo docta puella malo.
Et tibi Mæonias inter Heroidas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.

gantes suo sidere dirigit. Quod si forsan tibi Parcæ placidam mortem accelerave-rint, felix illa mors tuæ sepulturæ erit: *tu Semelæ referes quanto periculo sit pulchra; ipsa vero tibi credet suo malo experta* formosas non carere periculo. *Tibi etiam princeps locus inter Mæonias Heroinas, omnibus sine controversia con-*

erraverat.' Lachm.—26 'Distichi huj. sensus perobscurus videbatur Dorvillio, quem sibi dilucidius expositum volebat. Certe neque Beroaldus nec Passeratius in illius explicatione satisfaciunt. Markl. conj. *sepultura facta b. tua.*' Burm. qui suam loci expositionem offert: quam, ait Kuin. 'ceteris verbis non convenire observat Ast. p. 47. Ipse [Astius sc.] legend. censet *Date sepulturæ facta b. tuæ.* Quæ conj. mihi non arridet. Legend. puto *Ipsa* (cum cod. Palat. et Bon.) *sepultura facta beata tua.*' 'Non dubito quin his vv. aliquid vitii insit. Certum mihi videtur *fata* ex majore versiculo invecta esse. Sic scribo: *Ipsa, s. sorte b. tuæ, Narrabis &c.*' Lachm.—27 'Elegantius noster 2. *quo sis:* et sic ex ingenio correxerat [et recte, judice Burm.] Behotius II. Apophor. 19.' *Broukh.* '*Sit* libri impr. et scripti plerique: quod et unice verum. [Exhibet tamen *sis.*] '*Sis* Bon. quomodo ex ingenio correxerat Guy.' *Barth. Sis* conjeceram etiam Frut. et Heins. *Sit* affert etiam Nestor in Vocab. p. 170. ubi et *Semele*, ut in Burm. 2.—28 'F. *tuo* rescribend. vel cum Santenio *ipse suo. Credet* male ed. Græv. et *manu* vitiose in Regio pro *malo.*' Burm.—29 *Inter et H. omn.* Dread. '*Mæonidas* Voss. 4. Dorv. 2. et vetustiss. edd. *Mæonias* Voss. 3. et *Mæonidas* a m. sec. *Mæonias interque H.* Regg. Borr. Neapp. *Inter et heroides* Mentel. *Omnis Heroidas inter* Leid. 2. Voss. 1. 3. quod astipulatur conjecturæ Heinsii *Mæonias omnes H. inter.* In Exc. Scal. et Dorv. 2. vitiose *Nereidas:* sed *Mæonias inter Heroidas omnes* in Notis suis correxit Scaliger, et aspirationem positionis loco positam probavit: cui tamen non omnino assentire videtur Vossius II. Art. Gram. 15. p. 215. Vid. quæ notavi ad Anth. Lat. T. II. p. 605. 606. Micyllus vero ad Ov. v. M. 268. hic legisse videtur *Et t. Mæonides interque Heroidas omnes. Mæonidas* probasse videtur

NOTÆ

sam adamavit, Arcadem filium peperit. Cum autem fuisset aliquando a Junone in ursam conversa, Jovis miseratione et ope in cœlo collocata est, ac vocata Major Ursa: Græcis Helice dicta est, qui maxime eam in navigando observabant. Unde Ovid. ad mentem Propertii: 'Helicen Graia carina notat.'

27 *Semele*] Fingit Propertius in campis Elysiis confabulari ad invicem mortuos, suosque amores et casus commemorare. Semele porro filia fuit Cadmi, Thebarum regis, ex qua Jupiter Bacchum genuit. Diodorus scribit Semelen ultimam fuisse fœminam, cum qua Jupiter concubuerit.

28 *Credet et illa*] O Cynthia, inquit, si forte morieris, narrabis Semelæ, matri Bacchi, quanto formosæ puellæ sint obnoxiæ periculo, a quo nec propter formam servantur incolumes; quod etiam ipsa credet experta suam formositatem excidium sibi peperisse, quando nempe fulmine Jovis extincta est: ut narrat Ovidius Metam. III.

29 *Mæonias inter Heroidas*] H. e. Asiaticas, Lydias scilicet, Phrygias,

Nunc, utcumque potes, fato gere saucia morem.
Et Deus, et durus vertitur ipse dies.
Hoc tibi vel poterit conjux ignoscere Juno:
Frangitur et Juno, siqua puella perit.
Deficiunt magico torti sub carmine rhombi; 35
Et tacet extincto laurus adusta foco:

sentientibus, dabitur. Nunc vero *quomodocumque vales ægrotanæ necessitati obsequere; Deus* enim *sicut et dies malus, mutatur. Hoc tibi ipsa etiam* Jovis *uxor Juno condonare poterit; flectitur etiam* ipsa *Juno, quando aliqua puella perit. Turbines* veneficorum *magico cum cantu complicati nihil possunt, lauruque* ipsa *igne*

Janus Secundus Basio II. 27. et seqq.' *Burm.*—31 *Hunc* Dresd.—33 'Huc [sc. loquitur ad vs. 3.] revocavi duos [hos] versiculos, loco suo motos, præeunte Passeratio. Gebh. legit ex cod. Palat. *commune ign.* male [Non adeo bene, est censura Barthii de hac lect.] *Broukh.* quem sequitur Burm. in transponendis his vss. qui, '*Hic,*' alt, 'Vat. 5. *Poterat* Voss. 1. et meus 2. Passeratio perperam obloquitur Vulpius.' Nostram veteremque omnium codd. et edd. priscarum collocationem horum vss. defendit Lachmannus, qui sic distinguend. hunc vs. censet, *poterit, conjux, ign.* Pro *tibi* Pucc. correxerat *ibi.*—35 *Cardine* Exc. Scal. *Crimine* Voss. 3. a m. pr. *Imagine* Colbertinus, et Voss. 1. a m. pr. *Turbine* conjecerat Heins. *Nimbi* Leid. 1. Voss. 4. Palat. 2. Brix. *Et hombi* Palat. 1. *Nymbi* Ask. Regg. unus Colb. in cujus marg. *rombi. Bombi* Dresd. et Neap. in quo nova hic incipit El. *Rhombi* defendit Burm.—36 'Revocanda est priscarum edd. scriptura, *tacet:* neque aliter laudant Lud. Cælius III. 7. et Gabr. Humelbergius Comment. ad Q. Serenum Sammonicum, cap. 12.' *Broukh.* '*Heu jacet* cod. Palat. *Jacet* etiam alii codd. et edd. plurimæ cum Ed. pr. perperam, judice Vulp.' *Barth.* '*Jacet* in omn. fere codd. et edd. vetustis legitur: quas enim priscas edd. innuat Broukh. e quibus *tacet* se revocasse ait, comminisci non possum: in Venet. 2. Vicent. Rheg. Volsci, Ber. Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. Scaligeri et Douss. *jacet* excusum inveni. Recte tamen *tacet* vindicavit post Passeratium: et hoc probat Cælius Rhodiginus v. Lect. Ant. 7. In sola Canteri ed. Antverp. 1569. extat *tacet*, et in marg. exponitur 'non crepat.' Potter. ad Lycophr. 6. male h. in vs. *jacet* affert.' *Burm. Tacet* optime

NOTÆ

et Trojanas. Mæones enim populi sunt iidem qui Lydi, Phrygibus maxime vicini. Alii volunt per Mæonias Heroidas intelligi fœminas omnes quas celebravit Homerus, qui Mæonides dicitur.

33 *Hoc tibi vel poterit, &c.*] Hi duo versus inserendi videntur post duos primos hujus Elegiæ. Tibi, inquit, hoc, quod servaris Cynthiam, Juno et soror et uxor condonabit.

35 *Torti sub carmine rhombi*] Quid sint 'torti rhombi' docet Ovid. I. Am. 8. 'Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equæ.' Rhombus igitur species est figuræ quadrilateræ, cujus anguli minime sunt æquales, Gallice, *Lozange*, a cujus similitudine rhombus dicitur magorum seu veneficorum turbo, filo licioque implicatus et involutus, quo in incantamentis utuntur: ut notat Ovid. aliique poëtæ.

36 *Laurus adusta*] Laurum in sacris magicis fuisse solitam incendi docet etiam Virg. Ecl. VIII. 82. 'fragiles incende bitumine lauros.' Veteres autem ex lauri crepitu rerum eventus præsentiebant. Si enim laurus, in

Et jam Luna negat toties descendere cœlo;
Nigraque funestum concinit omen avis.
Una ratis fati nostros portabit amores
Cœrula, ad infernos velificata lacus.
Si non unius, quæso miserere duorum:
Vivam, si vivet: si cadet illa, cadam.

extincto tacuerat non crepitat. Luna quoque modo detrectat de cœlo toties deduci, eleaque atra ferale et infaustum dedit augurium. Eadem Charontis *cymba funesta, quæ vela facit apud Stygias paludes, nos* ambos simul *amantes transvehet.* O Jupiter, *oro, si non solius* Cynthiæ, saltem *amborum* nostri *miserere: salvus ero, si salva erit; si ipsa moriatur,* ego quoque *moriar. Propter quæ vota sancte me*

reposuisse viros doctos pronuntiat Lachm.—37 *Bona* Groning. *Disced.* ex Palat. cod. probat Gebh. Quod habet et Bon.—38 '*Concinit* in Groning. unoque nostro, et in Exc. codicis Barr. Vere. *Condid. o. anus* Regg. quam veram esse lect. contendit Barth. Animadv. Claud. 1. in Eutrop. 9. Vellem etiam ostendisset.' *Broukh.* '*Condid. o. anus* Dresd. Brix. Aldd. Colin. Gryph. *Condid. o. avis* Venet. Mur. Græv. Lond. cett.' *Barth.* '*Condid. o. anus* Voss. 3. marg. ut in Venet. 2. Rheg. Junt. et hoc ex libris Ach. Statii probat Barth. quod recte rejecit Broukh. Et sic in ed. Volsci, licet in Notis de infaustis avibus exponat. *Avis* Colot. Neap. Vat. 1. 2. Exc. Mod. *Concitat o. avis* Perr. v. c. *Condidit* etiam est in Leidd. Voss. 1. 2. Dorv. 1. et meo 2. Veram lect. *concinit o. avis* recte astruxit Broukh. quam firmatur a Colot. Vat. 1. 2. Livineii codd. et Ask. *Contiost* in marg. ed. Ald. conjecerat Heins. sed *concinit* loco movend. non est: quemodo etiam correxerat Markl. in marg. ed. Græv. in qua *condid.* Possis etiam *præcinit.*' Burm.—39 *Uda* Heins. conjecerat, invito sensu, judice Burm.—40 '*Gerula* Palat. 1. *Garrula* 2. unde Gebh. reficit *Gerrea;* Virg. Æn. VI. 415. sed et *Cærula* ex. eod. 1. vs. 410. defenditur.' *Barth.* 'In uno Colb. *Garrula,* in altero *Gerula,* quod ex Palat. cod. et aliis membranis etiam profert Gebh. et conjicit *Gerrea:* id vero 'omnem stultitiam superare' eod. suo ascripserat Broukh. Minus ineptum esset *Lurida,* sed *Cærula* optime se habet.' *Burm.*—41 *Sed non* Neap. Damnat Burm.—

NOTÆ

ignem injecta, cum strepitu multoque sono conflagrasset, auspicatissimum esse signum, maxime colonis et agricolis, putabant; si vero sine crepitu consumeretur, sinistrum omen esse existimabant. Unde Tibull. II. 5. 81. pro fausto dixit annum fertilitatis augurio: 'Ut succensa sacris crepitet bene laurea flammis; Omine quo felix et sacer annus erit.'

37 *Luna negat*] Diximus jam supra pluribus quemodo Luna magicis incantamentis in gramina despumaret. Significat autem hic Poëta nihil esse salutare de morbo Cynthiæ sperandum, cum Luna nolit amplius magicis incantationibus eam devocantibus obtemperare, ac e cœlo descendere, ut interrogaretur unde morbus Cynthiæ, et quodnam esset ejus remedium.

38 *Nigraque funestum, &c.*] 'Nigra avis' est inauspicata, ac malt ominis; quales sunt bubo, noctua, ulula, parra, &c.

39 *Una ratis nostros portabit amores*] Ratis hoc in loco est cymba Charontis, et fatum Orcus est ac Inferi ipsi, ad quos se Cynthiamque suam, ambos invicem semper amantes, eodem Charontis navigio una simul esse transvehendos significat Propertius.

Pro quibus optatis sacro me carmine damno;
  Scribam ego: Per magnum salva puella Jovem.
Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit,
  Narrabitque sedens longa pericla sua.
Hæc tua, Persephone, maneat clementia; nec tu,
  Persephones conjux, sævior esse velis.
Sunt apud infernos tot millia formosarum:
  Pulchra sit in superis, si licet, una locis.

tibi *versu devoveo: ego semper et ubique scriptis prædicabo*, quod *amica* mea Cynthia *per magnum Jovem salva est et incolumis. Ipsa etiam ante tuos pedes operta* capite *provolvetur*, ibique *residens plura discrimina*, quæ, te opitulante, evasit, *commemorabit. Ista tua mansuetudo*, o *Persephone, permaneat, neque tu*, o Pluto, *Persephones sponse, velis esse immitior. Sunt* enim *in Inferis tot pulchrarum* puel-

---

44 'Apage illepidum illud *est*. Nec vero comparet in melioribus libb.' *Broukh.* '*Magn. est* Vat. Posth. C. Com. Dresd. Brix. Venet. Aldd. cett. sed rectius *est* exulat in aliis, et Ed. pr. *Sacra* C. Com.' *Barth.* '*Est* in Leid. 1. Voss. Ask. meo 2. et edd. priscis: sed omittunt Berr. Groning. [Vid. sup.] Dorv. et meus 1. ceteriquæ, quod recte comprobavit Broukh. qui præc. vs. olim conjecerat *s. me munere*, at cod. suo ascripserat, sed postea id rejecisse videtur.' *Burm.* Missionem τοῦ *est* tuetur Kuin.—45 *Operta* Dresd. Mentel. unus Colb. Voss. Burm. 2. *Adoperta* 1. quod favet, judice Burm. Neapolitano, in quo *operuta;* et hoc probasse putat Heinsium ad Ov. II. Amor. 13. 17. qui in marg. ed. Ald. conjecerat *illa, Isi, operuta*, vel *Ante tuos hæc, Isi, pedes operuta*, vel denique *Ante tuosque pedes lino, Isi, adoperta:* cui conj. Burmannus putat favere Tibullum I. 3. 30.—47 'Hoc sedecim vss. a superioribus separare ausus sum, reluctantibus, fateor, libr. omn. nisi quod Neapolitanus a versu prioris Elegiæ 25. novum C. ordiendo, duo Carmina hic in unum coalnisse suspicantem adjuvabat.' *Lachm. Nec* Voss. 1. Dorv. 2. Burm. 2. in quo etiam *mouent. Moueat* Dorv. 1. *Mouet* Voss. 1. *Tu* Mentel. *Huic* correxerat Heins. Malit Burm. cum Passeratio, Guy. et Markl. *Hanc*. Pro *nec tu* Ask. *nec ter*. Totum h. vs. ita ut in vulgg. legitur, etiam affert Nestor in Vocab. p. 189. b.—48 '*Persephone* Leid. 1. Voss. Ask. Dorvv. et pr. edd. h. e. *Persephones. Persephone* [Dresd.] Mentel. Berr. *Sævior* Voss. 1: et meus.' *Burm.*—50 'Legend. *si licet*, quod jam alii monuerunt. Deinde una pro *illa*, omn. libr. auctoribus.' *Broukh.* '*Scilicet* Palatt. Dresd. edd. ant. Brix. Venet. Aldd. cett. quod hic aptius videtur Gebhardo propter ironiam.' *Barth.* '*Scilicet* Leidd. Voss. 3. Groning. Dorv. mei, et primæ aliæque vetustiores edd. et ap. Oct. Miraudulam in Virid. Illustr. Poët. fol. 206. b. *Si licet* Perr. v. c. Colot. Vat. 2. ceteriquæ, quomodo etiam Heins. vel *sit licet una:* nam una

NOTÆ

43 *Me carmine damno*] Ad illud me tibi carmen faciendum obligo, quod nempe sequitur: 'Per magnum salva puella Jovem:' quemadmodum supra dixit Eleg. 14. Libri præsentis: 'Taleque sub nostro munere carmen erit.'

47 *Hæc tua, Persephone*] Ad Proserpinam, quæ Græcis Persephone dicitur, et ad Plutonem, ejus conjugem, apostrophe, ut Cynthiæ velint ignoscere, quod si fecerint, magnum clementiæ ac benignitatis suæ dabunt monumentum.

Vobiscum est Iole, vobiscum candida Tyro,
Vobiscum Europe, nec proba Pasiphaë;
Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaia formas,
Et Thebæ, et Priami diruta regna senis.

larum *millia*: sine, ut ista *formosa* Cynthia *remaneat* in nostris *regionibus superis*. *Est vobiscum Iope, est* et *formosa Tyro*, est *vobiscum Europe, ac* etiam *improba Pasiphaë*. Sunt etiam illæ vobiscum, *quascumque* quondam *Troja, et Achaia antiqua, ac Thebæ, ac regna eversa longævi Priami habuerunt. Occubuerunt*

in Regg. Colbertt. et plerisque aliis codd. atque edd. priscis. *Illa* Exc. Scal.' *Burm.*—51 ' *V. est Iope.* De hac *Iope* nulla ap. Vett. memoria est. [' Non meminit 'Ιόπης τῆς Ἰφικλέους, quæ Thesei uxor fuit, Plut. referente in ejus Vita cap. 29.' *Lachm.*] Is. Vossius legit *V. Antiope*, ad Catull. p. 237. Id quod jam monuerat Passeratius; qui cum profiteatur esse in nonnullis libr. *V. est Iole*, cur id non admittamus? et sane admittemus, bono illo cod. Groning. sponsore, in quo liquidis literis *Iole* exaratum est, quod et Livin. observavit. Beroaldus de *Andromeda* somniabat.' *Broukh.* ' *Est Iole* quidam codd. test. Heins. Livin. et Broukh. qui cum Guy. hanc lect. probavit et in context. recepit, quod et in ed. Leid. factum est, accedente V. D. [Dorvillio] in Misc. Obs. Vol. II. p. 103. *Est Iope* libri vett. plerique, quæ qualis sit juxta cum iguarissimis ignoramus. *Antiope* recentiores edd. præferunt cum Heinsio. *Est cand.* Vat. Dresd.' *Barth.* qui exhibet *V. Antiope.* ' *V. Antiope* in vetustis libb. haberi testatur Voss. et probare videtur. *Antiope* Perr. v. c. et Colot. *Iole* tamen ne hic sede sua moveatur, suadent alii codd. in quibus *Hyope*, ut in Leidd. et Voss. 3. *Iope* in meo utroque, ut in primis et antiquioribus edd. et sic affert Oct. Mirandula in Virid. Illustr. Poët. fol. 206. b. quod favet illis qui *Antiope* legunt. *Iople* Ask. *V. est Io* Vat. 2. *Niobe* Dorv. 2. Quæ vitiatæ lectt. sunt ex *Iole*, ut clare in Groning. cujus ultima f. syllaba in *Iope* a librariis mutata et petita fuit ex seq. ' Europe:' et hoc [sc. *Iole*] præ tulit Passeratius. In Groning. male *Pyrrho* pro *Tyro* legitur.' *Burm.* qui exhibet *V. est Iole;* et recte, censente Lachm.—52 ' *V. est* in Voss. 3. 4. et meo 2. in quo *Nobiscum* et *Europæ*. *Europa*, ult. producta, ap. Oct. Mirand. *Pasiphone* in [Groning. Guarn.] Leid. 1. Voss. Dorv. et meo utroque. *Pasiphea* Neap. *Pasiphie* Ask. *Pasyphiæ* Venet. 2. *Pasypha* Rheg. sed *Pasiphaë* in reliquis.' *Burm.*—53 ' *Troja* Brix. Venet. Aldd. cett. *Hiea* et *Hiona* ludibria librariorum. Hinc *Iona* refinxit Scalig.

NOTÆ

51 *Vobiscum est* [*Iope*] *Iole*] Quænam est Iope nusquam reperio: puto autem, per Iopem, Andromedem intelligi, quæ revera fuit Palæstinæ, in qua regione est Iope civitas, quod nomen forsan habuit ipsa Andromede, Iope etiam dicta, vel ab ejus matre Cassiope. Alii legunt *Iole*, quæ fuit Euryti, regis Œchaliæ, filia, quam Hercules adamavit.

Candida Tyro] De Tyro, Salmonei regis filia, jam supra diximus. De qua etiam cecinit Ovid. ' Criminis est Tyro fabula vana tui.'

52 *Europe*] Agenoris, Phœniciæ regis, filia, quam Jupiter rapuit, versus in taurum, ac in Cretam transvexit, ex eaque Minoëm, regem Cretæ, genuit; v. Ovid. Metam. II.

Pasiphaë] Solis filia, Minois, Cretensium regis, uxor, de qua jam supra pluribus dictum est. Pasiphaës etiam fabulam narrat inf. Propert. Eleg. 32. hujus libri.

53 *Achaia*] Nobilis et antiqua Græciæ regio, cujus caput fuit Corinthus. ' Formæ' hic ponuntur pro mulieribus insigniter formosis, quibus olim abundavit Græcia.

54 *Et Thebæ*, [*Phabi*] *et Priami*

Et quæcumque erat in numero Romana puella,
Occidit. Has omnes ignis avarus habet.
Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis.
Longius, aut propius, mors sua quemque manet.

etiam, quotquot erant in pretio Romanæ faminæ; istas omnes absumsit avida rogi *flamma. Neque pulchritudo* bonum est *perenne, neque est ulli fortuna aterna; serius, citiusve quemlibet sua mors manet. Tu* vero, o *mea vita, quandoquidem*

recte.' *Barth.* '*Iona*, probatum Scriverio ad Martial. p. 26. admisit Broukh. sed metaplasmi illius *Iona* pro, *Ionia*, exemplo destituimur. In vetustis codd. et edd. *Troja*, ut affert etiam Nestor Vocab. p. 3. b. in 'Achaia,' et p. 152. b. Et Oct. Mirandula in Virid. Illustr. Poët. ubi distinguitur, *et quot Troja tulit vetus, et quot*, &c. *Sparta* conjecerat Heins. quod magis arrideret, si pro *est Iole* præcessisset *Hermione*. *Iolæ* enim melius conveniret *Quotque Eubœa tulit*. Vel latet alterius regionis vel gentis formosarum fœminarum fœcundæ nomen. 'Priami regna' in seq. vs. memorata satis refutant *Troja*: quæ tautologia non immerito quidem offendebat Gruterum, sed infelici conj. ei succurrere tentabat, in XXII. Suspic. inedit. 13. ubi notavit: 'Quid ergo est? Suspicor fuisse *Et quot Eos retulit*. Malim quidem *Eos tulit*, sed non succurrit simile exemplum.' Acquiescamus potius emend. Scaligeranæ.' *Burm.*—54 '*Et Phœbi* lib. vett. *Thebæ* est a Scalig. prob. Passeratio, Broukh. Vulp.' *Barth.* '*Thebæ* vetustos codd. et edd. obsidebat, et ap. Oct. Mirand. legitur: unde libris inemendatis usus Nestor Vocab. p. 112. b. in 'Ruo' affert *Et Phœbi et P. d. membra s. D. templa* male in [Vat.] Voss. 4.' *Burm.* 'Mihi admodum dubium videtur, num in his [duobus vss.] duo vitia insint, an unum tantum. Sane melius videtur, ut, ubi *Trojæ* nomen positum est, Græciæ nominetur locus, modo ne *Iona* scribamus. Nihilominus, ut *Trojæ* respondent 'Priami regna,' ita posset pro *Phœbi* aliud quid ponend. esse, quod conveniret *Achaiæ*: nisi f. *et* ante *Phœbi* obstat, quæ tamen et ipsa potest in menda cubare, et pars esse ejus nominis, cujus postremæ literæ in nomen *Phœbi* abierunt. In his igitur aliquid audere foret temerarium: nos totum diatichon cancellavimus potius, ne legentem moraretur.' *Lachm.*—55 *Et q. aliquo num.* Heins. ad Prop. p. 704. post Adversaria. Id. in ora ed. Ald. conjecerat *Et q. harum in num.* (ut et Ayrm.) vel, *Et q. erat in num. hoc*. Sed nihil innovand. videtur Burmanno.—56 *A somnis* Borr. Burm. 1. Olim conjecerat Franc. *Avernus*: et sic in ora lib. sui Markl. unde etiam aliquando Burm. conjecerat *igu. et Orcus*: sed vulg. in Notis defendit.—57 '*Haud cuique* Dresd. [Junt. Colin.] e l. commun. *Est* non comparet in Bon.' *Barth.* *Nec cuiquam* Burm. 1. *Nec cuique* Ask. *Aut cuique* Venet. Rheg. Ald. Gryph. *Aut cuiquam* Groning. Leid. 1. codd. Gebh. et alii. *Perenne* Heins. probante Dorvillio in Misc. Obs. Vol. v. Tom. III. p. 9. *Æterna* Ayrm. Utraque conj. ob eand. rationem.—58 *Sors* Markl. sed

NOTÆ

regna] Trojam urbem significat, cujus, ut ait Virg. 'Cynthius auctor,' et rex Priamus. Alii legunt, *Et Thebæ, et Priami*, &c. quod bene etiam potest convenire.

56 *Ignis avarus*] Ignis Tartareus et infernus, cui nihil unquam satis est; vel potius insatiabilis rogi flamma, de qua dixit Ovid. 'Effugiunt avidos carmina sola rogos.'

57 *Nec forma æternum*] De pulchritudine et forma omnium elegantissime dixit Domitianus ap. Sueton. 'Scias nec gratius quicquam decore, nec brevius.' De hac etiam eleganter suo more Tibull. 'Crudeles divi! ... Formæ non ullam fata dedere moram.'

Tu quoniam es, mea lux, magno demissa periclo,
Munera Dianæ debita redde choros.
Redde etiam excubias Divæ nunc, ante juvencæ:
Votivas noctes et mihi solve decem.

magno periculo liberata es, offer dona Dianæ chore promissa; persolve quoque vigilias decem *Deæ, quæ quondam fuit vacca; mihi* denique *redde etiam decem noctes votivas.*

vulgatum, aiunt Addend. ad fin. ed. Burm. tuentur loca Veterum, in quibus frequens occurrit hæc gnome, ap. H. Steph. v. Schediasm. 13.—59 *Nunc* q. Heins. *Ex* pro *es* Leid. 1. *Dimissa* 2. et Ask. quod placebat Marklando, et Schradero Emend. cap. 7. p. 132. *Dem.* reliqui omn. et priscæ edd. quod exhibent B. B. B. Sed, 'Scribe *dim.*' ait Lachm. 'cum aliquot libr. Italicis. Consentit in hoc cum ceteris criticis H. Vossius ad Tibull. 1. 4. 29.'—60 'R. *choros* feliciter restituit Scaliger, et Lipsius monuerat v. Ant. Lect. 20. Ego quoque in octo libris *choros* reperi.' *Broukh.* '*Chore* vulgg. frustra, cum optimi libri Lipsii et Broukh. habeant *choros*. *Thole* Passerat. lib. quæ lect. valde blandiebatur Heinsio, eam firmanti variis Statii exemplis.' *Barth. Choros* antiquiss. edd. et Exc. Scal. Mentel. Groning. Voss. Burmm. *Chore* Dresd. ed. Volsci, Aldi, et Junt. *Tuæ* Dorv. 2. sed recte, judice Burm. Heinsius ad Prop. p. 704. emendabat *thole*: et eo inclinasse videtur Burmanno Passeratius, hanc lect. etiam memorans, quæ a Colot. et Ferrarii libro firmatur. *Choros* exhibent B. B. B. L.—61 '*Exuvias* vult Heins. quod 'excubias reddere' vix sit Latinum. At cur 'solvere excubias promissas' dici nequeat?' *Barth.* Ad vindicand. *excub.* faciunt, judice Burm. quæ notavit Val. Guellius ad Virg. IV. Æn. 201.—62 '*Solve* edd. vett. Brix. Venet. Aldd. Colin. cett. quod et defenditur loco Tibulli ab ipso Scalig. laudato p. 227. qui e suo lib. *redde* intulit: nisi quis illud glossema hujus putet.' *Barth.* '*Redde* edidit Broukh. quia sic ex suo cod. legi jusserat Scaliger: sed alterum prætuli auctoritate membranarum veterum: quod et in primis et ceteris edd. antiquis. *Redde* est in solo Dorv. 2. [quod tamen defendi posset, addunt Addend. ad fin. ed. Burm. a Plauti Asinar. IV. 5. 62.] Male Gebh. ex suis codd. distinguebat, *ante juvencæ, Votivas, noctes et*, &c. Sed *votivas noctes solve* veram esse lect. ne dubitemus, facit Tibulli locus 1. 3. 29.' *Burm.* Ultimis vss. in quibus supplicatio est ad Jovem pro Cynthia ægrotante, indecentius El. hanc finiri, et singulare Carmen esse, censebat Wakker. in Amœn. Lit. cap. 12. p. 82.

NOTÆ

60 *Munera Dianæ*] Præmia salutis tuæ, donaque Dianæ promissa. Choros autem ducere solebant in sacris Deorum, quorum laudes in votis persolvendis canebant.

61 *Excubias Divæ*, &c.] In sacris Isidis, quæ fuit olim vacca, excubias a puellis peragebantur, qualia erant Cereris pervigilia, in quibus ante fores templi jacebant; ut vidimus ap. Tibull. 1. 3. 29. 'Ut mea votivas persolvens Delia voces, Ante sacras, lino tecta, fores sedeat.'

62 *Votivas noctes decem*] Quia tantundem sacris Isidis fuerat operata Cynthia, dum pro recuperata salute vota persolverat.

ELEGIA XXIX.

AD CYNTHIAM.

Hesterna, mea lux, cum potus nocte vagarer,
Nec me servorum duceret ulla manus,
Obvia, nescio quot pueri, mihi turba minuta
Venerat; (hos vetuit me numerare timor;)
Quorum alii faculas, alii retinere sagittas,
Pars etiam visa est vincla parare mihi.
Sed nudi fuerant: quorum lascivior unus;
Arripite hunc, inquit: nam bene nostis eum.

O *mea vita, hesterna nocte vino plenus cum errarem, nullaque me famulorum turba* domum *reduceret, parvulum agmen mihi occurrit, nescio quot pueri, (ipsos* enim *numerare per metum non licuit,) quorum quidam faces, quidam* vero *tela tenere visi sunt*, quædam *quoque pars mihi catenas præparare* videbatur. *At erant* omnes *nudi, quorum unus petulantior, Irruite in istum* hominem, *ait, probe enim ipsum cognoscitis. Ille est*, quem quærebamus, *istum puella* Cynthia ipsi *infensa*

Ad Cynthiam de sua visione inscribitur in Regg. et Colbertt. qui titulus Elegiæ 20. [nobis El. 26 et 27.] aptius convenit. Præcedenti male connectitur in Voss. 1. et meo 2. Hæc Burm.—1 'Groning. *vagarem*. Vidend. Nonius in 'Vagas.' Ego tamen nihil muto, cum non soleat Noster auspicari voces vetustas.' *Broukh.* quem recte judicare censet Burm. Cæterum *Extrema* Heins. et verissime, judicante Lachm. *Modo hæc* Voss. 1. Burm. 2. *Gruaere* Guarn.—3 *Minuti Venere* Heins. *Puerorum turba* Franc. sed *pueri, turba minuta*, distinguend. et per appositionem dictum est, pronuntiante Burm.—4 *Hos* Neap. unus Dorv. *Metuit* Borr. *Nec num.* Voss. 4.—5 'Cogitabam aliquando *tenuere*. Sed obstant libri, sensu quoque non incommodo.' *Broukh.* 'Melius f. hic legeretur *Horum*, quam seq. disticho. *Potiere sag.* Colbertinus. *Retinere* pro, tenere, exponit Passeratius. Sed melius *tenuere* Heins. An præstiterit *intentare?*' Burm.—6 *Est* nescit Dresd.—7 'Scribend. videtur *Aorum*: nam altero abhinc versu *Quorum* habuimus.' *Broukh.* '*Fuerunt* Heins. sed *fuerant* ponitur pro, erant, observ. Passerat.' *Barth.* 'Pro *luxc.* Voss. 4. *luxurior*; quod ad palatum Gebhardi f. saperet, si vocem in Glossario quodam aut casco scriptore reperisset.' *Burm.*—8 *Aurip.* Venet. ap. Barth. *Accip.* Voss. 1. Groning. '*Abrip.* conjecerat Heins. ut ap. Sen. Tro. 813. ubi *Arripite* in cod. Ultraj. aliisque: quod et hic præfero, pro, comprehendite. Heins.

NOTÆ

1 *Hesterna, mea lux*] Refert Poëta, quomodo vinolentus ac large potus, dum solus nocturno tempore vagaretur, vinculis fuerit constrictus a Cupidinibus, ac domum Cynthiæ reductus.

2 *Servorum manus*] Puerorum multitudo, qui heris a cœna redeuntibus esse debent obvii, ut eos domum deducerent.

3 *Turba minuta*] Cupidinum seu Amorum agmen intelligit, qui quot-quot sunt omnes pueri finguntur. Unde et Apuleius Metam. x. 'Venus,...circumfuso populo lætissimorum parvulorum,' &c.

5 *Alii faculas, &c.*] Vigilantis somnium est, quo fingit Poëta numero-

Hic erat; hunc mulier nobis irata locavit.
Dixit, et in collo jam mihi nodus erat.
Hic alter jubet in medium propellere; et alter,
Intereat, qui nos non putat esse Deos.
Hæc te non meritum totas expectat in horas;
At tu nescio quas quæris, inepte, fores:
Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ
Solverit, atque oculos moverit illa graves;

nobis constituta mercede vexandum *tradidit*. *Ut locutus est, statim mihi collo vinculum injectum est. Ille alius præcipit* socios *me in medium protrudere; alius vero* dixit, *parent* ille *qui nos non existimat esse Deos. Ista* tua Cynthia *te* tam fida amica *indignum expectat ad quamcumque diei noctisque horam; tu vero, o stulte, nescio qualem januam inquiris. Cum autem ista* tua Cynthia *nocturna redimicula ligaturasque Sidoniæ mitræ dissolverit, ac oculos* somno *gravatos sustulerit,*

emendand. præterea putabat, *Abrip. hinc*. Hoc admisso distinguend. esset *Abripite hinc pueri, nam bene nostis, cum*. Sed ipse ap. Ov. III. M. 694. ubi olim scribend. judicavit *rapite hinc*, postea prætulit *rap. hunc*. *Jam bene* Neap. Voss. 4. *Arrip. hunc ipsum, nam b. nostis, ait* conjecerat Franc.' *Burm.*—9 'In uno nostro, itemque in Borr. *reliquit*; quomodo fere vulgatæ. Atqui nihil illo *locavit* erat elegantius.' *Broukh.* Id. sentit Barth. qui monet *loc.* esse in Dresd. et Ed. pr. Id habent Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. Mentel. Groning. ceterique. *Reliq.* Regg.—10 'Legend.' ait Burm. 'ex Voss. 1. et meo 2. *Dixerat: in collo, &c.* quod emphasin adjuvat.'—11 '*At alt.* Lege cum Mss. *et alt.* Tamen horum utrumvis ferri potest.' *Broukh.* Id. sentit Barth. *At alt.* Neap. *Et* exhibent B. B. B. L. In initio versus *Hinc* Heins.—12 *Hoc* Voss. 1. Heinsian. Borr. Groning. *Notas* vel *solitas* Heins. sed vulgatam se non mutare monet Burm.—14 *Ut tu* Voss. 2. 'Acute Douza P. *foris*. *I* et *e* facillime commutant.' *Broukh.* '*Fores* Aldd. Colin. Gryph. Græv. Loud. cett. *Foris* Douza P. Neque tamen lectio librorum ferri nequit.' *Barth. Fores* probum videbatur Markland. Supervacaneam esse correctionem pronuntiat Lachm. *Foris* exhibent B. B. B.—15 Pro *Quæ cum* Pucc. dat *Cum tu. Quæ tum* Regg. Brix. *Nunc* unus Colb. *Myrrhinæ* Passeratius, Guy. et Heins. Nolint mutare B. B. B. Et nihil mutat Lachm.—16 *Ac loculos* in prima Notarum ed. conjecerat Scaliger, sed postea id delevit, et merito rejectum fuit a Passeratio, judice Burm. qui, 'Aliter,' ait, 'si *loculos* codd. firmarent, cum Heins. *ers g.* legi posset.'—17

NOTÆ

sam esse Cupidinum multitudinem, quorum dicit alios parvis facibus, alios sagittis armatos fuisse, alios in manibus habuisse vincula, quibus ipsum illigarent. Hæc omnia etiam Ovidius Cupidinum arma esse testatur: 'Altera tela arcus, altera tela faces.'

9 *Hic erat, &c.*] Ponitur 'erat' pro est. Verba sunt iratarum more prolata, desuntque aliqua; ut sensus sit, Hic ipse est, quem quærendum vexandumque suscepimus.

15 *Sidoniæ nocturna ligamina mitræ*] Mitra fuit olim muliebre capitis tegumentum ac ornamentum. Sidonia porro mitra dicitur purpurea, a Sidone Phœniciæ oppido, purpureis mercibus insigni. Ait autem Cupido Cynthiam Propertio odores ipsius Amoris manibus concinnatos aspiraturam, ubi vittas et redimicula mitræ purpureæ, quam noctu gestabat, solverit.

Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipse suis fecit Amor manibus.
Parcite jam, fratres: jam certos spondet amores:
Et jam ad mandatam venimus ecce domum.
Atque ita mi injecto dixerunt rursus amictu:
I nunc, et noctes disce manere domi.
Mane erat, et volui, si sola quiesceret illa,
Visere: at in lecto Cynthia sola fuit.

odores aspirabunt tibi non de messibus Arabum, sed quos Amor ipse manibus suis concinnavit. Ignoscite nunc, o fratres, nunc fideles ac constantes promittit amores; ecce etiam modo pervenimus domum, ad quam jussi sumus illum hominem deducere. Et sic iterum me superjecta veste deduxerunt. Abi modo, inquiunt, *ac disce noctu domi remanere. Erat mane, et cupivi videre, an sola puella cubaret; et in cubili sola Cynthia jacebat. Ipsam sum admiratus intentis oculis: nunquam enim mihi*

'*Germine* Heins. mavult, sed vulg. defendit [et recte, censente Burm.] V. D. [Dorvill.] Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 104. 'Gramina' etiam Ovidio pro herbis medicinalibus pronuntur.' *Barth. Gram.* omn. codd. et edd. vetustæ. *Arabo* Exc. Scal. quod placet Burmanno.—18 '*Fecit* non immerito offendebat eruditum Britannum in Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 104. qui conjiciebat *pressit*. [*Facere odores*, ait Barth. est, unguenta odorata præparare et conficere, sat bono sensu.] Certe *fecit* an 'odoribus' et verbo 'Afflabunt' conveniat, valde dubito. An igitur legend. *jecit?* Sed præfero conjecturam Hieronymi Boschii, *legit*. *Fecit* tamen tuebatur Ruhnken. ex Plin. XIII. H.N. 1.' *Burm.* —19 *Certe* Palat. 1. *Spondeo* Perr. v. c. Vat. 2.—21 'Groning. *direxit*; non, ut falso producit Palm. *diretit*: unde tamen ipse valde capitales nugas nugatus est, quas nec referam nec refellam. Palat. 1. *dixerunt*. Lege cum Heins. *mi .. dixerunt*.' Broukh. 'Vulgatæ lect. [*me .. dixerunt*] astipulantur reliqui codd. etiam Dresd. quam bene ideo tuetur Vulp.' *Barth.* qui eam lect. exhibet. *Mi .. dix.* ediderunt Guy. et Canter. in Douss. Edidit Scaliger *me .. dix.* quod in codd. et vetustis edd. legebatur. In aliis codd. pro *injecto* legitur *in lecto*, ut in Borr. Dorvv. Burm. 2. *Inlecto* Voss. 3. *Dixerunt* exigere seq. versum censet Burmannus, qui pronuntiat *mi dix.* plane esse ad genium Propertianum. In *injecto r. a.* vitium subesse suspicabatur Markl. sed Vulpium hic rem recte egisse pronuntiat Burm. Optime Heinsium correxisse censet Lachm.—22 '*Noctu* sanius quam *noctes*.' Broukh. '*Noctu* Heins. Not. et Advers. p. 350. sed *noctes* elegantius et *κοινοτάτερον* censet Vulp. Guyetus hic finit Elegiam; [contradicentibus codd. et primis aliisque antiquis edd.] si ob epiphonema, pessime.' *Barth.* qui exhibet *noctes* cum Lachm. et Burm. qui id tuetur.—24 *Et* C. Com. Groning. Voss. 4. Burm. 1. quod malit Burm.

NOTÆ

17 *Arabum de gramine*] Myrrham intelligit: Arabes enim populi sunt Asiæ intra sinum Persicum ac sinum Arabicum, ad Oceanum Erythræum positi, quorum regio myrrha, thure, aliisque odoribus et unguentis abundat.

19 *Parcite jam, fratres*] Alios Cupidines germanos suos alloquitur, quos etiam Statius 'fratres' vocat 'pharetratos' in Epithalam. Stellæ et Violant. Sylv. I. 'Pharetrati pressere silentia fratres.'

Obstupui: non illa mihi formosior unquam
Visa, neque ostrina cum fuit in tunica.
Ibat et hinc castæ narratum somnia Vestæ,
Neu sibi, neve mihi quæ nocitura forent.
Talis visa mihi somno demissa recenti.
Heu! quantum per se candida forma valet!

pulchrior apparuit; neque etiam *quando purpurea tunica induta* nitebat, *atque hinc procedebat somnia* sua *delatum Vestæ pudice, ne ipsi aut mihi aliqua obessent. Talis mihi visa* est *e sopore recenti expergefacta. Ah quam ex natura sua ac sine ullo cultu et fuco pulchra forma potens est! Quare, inquit, tu matuti-*

Sed *at* exhibent B. B. B. L.—25 *Obstupuit* Leid. 1. *Ille* Palat. 1.—26 *Nec* Vat. 'Bene restituit Frut. *fuit*, 1. Verisim. 14. quem idcirco Gebhardus, ut non necessario ingeniosum, carpere non debebat.' *Broukh.* 'Fugit Dresd. *Fuit* recepit Broukh. reclamante Vulp.' *Barth.* 'Fuit prave plerique codd. *Tum fuit* Regg. et edd. pr. Sed *fuit* optime a Broukh. assertum est.' *Burm.* 'Male Burm. contra omnium codd. fidem Fruterii correctionem in ordinem recepit.' *Kuin.* *Fuit* exhibent Barth. Lachm.—27 'Castæ *Vestæ* omn. libri; quod bene exponit Turnebus VII. Advers. 26. Quare causa non erat [et sic judicat Barth.] cur illud Beroaldi ac Volsci *in casta veste* tam calide defenderet Passeratius contra Turneb.' *Broukh.* 'Castæ *Vestæ* Dresd. *In casta veste* Aldd. cett. adoptarunt. Turnebo suffragatur Ed. pr. *Narrantur* Palat. 1. *Narrabat* 2. Dresd. Mentel. *Narrabant* Brix. *Cæsa narrare insomnia matri* Heins. Not. et Advers. p. 350. liberiore conj. judice V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 11. ubi et monetur eund. tentasse *insomne matri*.' Barth. 'Hinc *castæ narrabant somnia Vestæ* in nonnullis codd. et edd. priscis. In aliis *in casta narratum s. veste*, ut legit etiam Guellius ad Virg. IV. Æn. 518. Et sic affert Patruus meus ad Claud. B. Get. 228. Lect. recept. confirmant Perr. v. c. Vat. 1. Groning. Leidd. Vossiani, Dorvv. mei, alliique. *Insomnis* Leid. 1. Heins. ad Prop. p. 705. et ad Ov. III. F. 417. emendand. censebat *hinc cæsa* (vel *cæsæ*) *narrare insomnia matri*, vel *cæsa Vestæ*. Sed aliter hos vv. collocandos esse censebat Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. Tom. III. p. 12. quia illud *Talis visa mihi* non cohæret cum præcedentibus; unde Broukhusio videbatur legendum, *Qualis visa mihi*, cum sequatur 'Hæc quantum' &c. Versum itaque 27. et 28. vel parenthesi includendos, et *Talis visa* referendum ad vs. 25. et 26. ut 'Ibat' positum sit pro, ire parabat: vel versus 29. et 30. præcedenti disticho præponendos esse censebat Dorvillius, quem etiam offendebant *visere*, et bis *visa* nimis vicine intervallo repetita.' *Burm.* Scribamus, sit Lachm. *Ibat ut hinc castæ narratum s. Vestæ.* Kuinoelis lect. exhibent B. B. B.—28 *Hæc* Mentel. Dorv. et pr. edd. *Non* Voss. 1. Burm. 2. Dresd. Venet. ap. Barth. *Non s. nuwe* Burm. 1. *Ne* Schrader. II. Emend. 7. p. 182. sed dubitanter. Pro *forent* Burm. censet f. corrigend. *voret*. *Ibat et huic ca-*

NOTÆ

26 *Ostrina cum fuit in tunica*] Cynthia Propertio visa est formosissima, quamvis esset incomta, ac inornata, nec tunica purpurea pruniteret.

27 *Narratum somnia Vestæ*] Significat Poëta Cynthiam ad Vestam, Deam castissimam, cujus antistites Virgines Vestales erant, somnia sua detulisse, quemadmodum et Tibull. I. 6. 21. Deliam suam sacra bona Deæ invisere solitam fuisse testatur. Observabant autem diligenter veteres somnia, ac in templis Deorum sæpius incubabant, Diisque narrabant, ut responsa acciperent, aut funestum depellerent. Qua de re lege

Quo tu matutinus, ait, speculator amicae?
Me similem vestris moribus esse putas?
Non ego tam facilis; sat erit mihi cognitus unus,
Vel tu, vel siquis verior esse potest.
Apparent non ulla toro vestigia presso,
Signa voluptatis: nec jacuisse duos.

nus explorator puellae tuae me moribus vestris esse similem arbitraris? Non ego sum tam levis ac mutabilis. Unicus mihi sufficit perspectae fidei amicus; *seu tu, seu si quis alius te certior ac fidelior esse potest. Attrito lecto nulla voluptatis*

---

tæ narratum s. Vestæ, seu tibi, profert Dorleans ad Tac. p. 155.—29 '*Levi*cula immutatione fulciri potest l. labascens, *Qualis ... recenti, Et ... valet!* Cogitabunt homines elegantes, quibus aures sunt poëticæ. Nam hos tabernarios versifices nihil moramur, non si vel Delphis Bœotiis regnum habuerint.' *Broukh.* '*Qualis* vult Heins. sed non opus esse mutatione pronuntiat V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 11. *Talis* est, tam formosa.' *Barth. Dimissa* Leid. 2. Voss. 4. 'Prava distinctio. Lege *recenti*, (*Heu ... valet!*) *Quo tu ... amicae? Talis visa miki, ait* [Q. ?]. Hunc vs. 30. parenthesi includend. monuit etiam Dousa P.' *Hemst.* 'Præterquam quod interpunctio Dousa et Hemst. præeuntibus mutanda est, cum Guy. et Markl. et Schradero lege *dim.*' Lachm. *Dem.* exhibent B. B. B.—30 *O q.* legebat Schraderus, et sic nobis reponere jubet Lachm. Firmatur a Vat. 2.—31 '*Quo* Vat. Borr. C. Com. Groning. unus Colb. unus noster: elegantet.' *Broukh.* '*Quæ* Palat. unus et Brix. *Quod* ed. pr. *Quid* Dresd. Aldd. Græv. Lond. cett. *Amice* Dresd.' *Barth.* '*Quid tu* Leid. 1. Voss. 1. 3. meus 2. et primæ ceteræque antiqq. edd. *Quid? tu* Guy. *Quæ tu* Regg. sed *Quo tu* agnoscunt castigatiores codd. quod recte recepit Broukh. [et Barth. et Lachm.] *Amice* male in meo 2. ut et vers. seq. *Te* in 1.' *Burm.*—33 '*Sat erit* recte editum, non *satis est*, quod tamen placere posset ex El. 32. 15. sed alterum est in omn. Mss. et edd. vetustis.' *Id. sat erit* exhibent B. B. B. L.—34 *V. t. si quisquam* Brix. *Certior* conjecerat Heins. Miratur Burm. id postea ab eo repudiatum fuisse. —35 *Nonnulla* Heinsian. Ask. *Pressa* Dresd. Brix. Venet. 2. Rheg. et Volsci ed. *Presso* tuetur Burm.—36 'Mirum in modum placet Farnes. lectio, quam Lips. in Ant. Lect. probat, *volantes.*' Hemst. '*Volantes* quoque in libris esse testatur Gebh. prob. Schopp. ad Lus. cap. 18. *Voluntatis* Neap. ap. Heins. qui *volutantis* defendit invito V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 18. *Voluptati non* emend. Passerat. sed nihil mutand.' *Barth.* '*Voluptatis non* Regg. meus 2. et alii codd. ac vetustæ edd. *Nec* Colot. Mentel. Vat. 2. Borr. Groning. in quibus etiam *voluptatis*, cui lect. favet Ov. Rem. Am. 431. *Voluntatis* Neap. h. e. *volutatis*, idque pro *volutantes*, ut in Farnes. quæ unice vera lect. est, probata Cupero in Addend. ad IV. Obs. et multis l. vindicata ab Heins. N. Prop. p. 706. Legamus itaque *Signa, volutantes non j. d. Voluptatis* præfert Grut. XIII. Susp. inedit. 2. et hoc quoque aliis placet: sed illos errare docent Notæ Patrui mei ad Petron. cap. 79. p. 298.' *Burm.* 'Jacobs. in Specim. Emend. in Auctt.

NOTÆ

Plutarchum, ac Dionys. Hal. Nonnulli codices habent, *in cauta veste;* quasi in candido vestimento somnia deferret Cynthia ad conjectorem, ut mos erat apud Romanos.

31 *Quo tu matutinus speculator*] Verba sunt Cynthiæ Propertium objurgantis, quod curiosius ipsam observaret.

Aspice, ut in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus, admisso notus adulterio.
Dixit, et opposita propellens suavia dextra,
Prosilit in laxa nixa pedem solea. 40

indicia apparent, neque duos simul concubuisse. Vide quomodo nullus mihi in toto corpore oriatur calor aut spiritus nequitiæ commissæ conscius. Sic est locuta, manuque dextera objecta procul repellens oscula sese e lecto projicit et proripit pede incumbens calceo soluto. Ita ego tam sacri amoris observator nimium curiosus

vett. p. 102. legebat *Signa voluntates hic j. d.* Sed, cum vulgaris lect. non minus apta sit, in ea acquiesco.' *Kuin.* 'Si quid constaret mihi de fide codicis Farnes. dedissem quod VV. DD. quasi uno consensu probant *Signa voluntatis nec j. d.* Nunc, quia felix error esse potest, vulg. distinctione meliore [sc. *Signa voluptatis, nec j. d.*] adjuvimus.' *Lachm.*—37 *Ut immoto* Markl. ad Stat. Sylv. p. 299. qui etiam in marg. cod. sui *pectore* conjecerat. Markiando accedit Schrader. Emend. p. 121. Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 13. *immotum* aptius cadaveri judicat. Damnat Burm. *surgit*, quod in suo l.'—38 'Notaverat Dousa P. in lib. sui marg. *natus*. An males *admissi notus adulterii?* [Hoc esse citra necessitatem pronuntiat Barth.]' *Broukh.* qui statim addit: '*Notus*] F. *natus*.' Et hoc Heinsium conjecisse Advers. p. 351. memorat Barth. 'Suboffendebar quidem voce *notus adulterio*: neque mihi placet f. mutari eam vel in *motus* vel in *natus*. Vult enim se non gravem iterare anhelitum, ut solent, qui recentes ab opere.' *Grut.* XVI. *Susp. incsit.* 9. '*Motus* legebat Marcil. ad Catull. p. 10. et sic Heins. Reland. et Markl. cui etiam *admissi notus adulterii* placebat in Notis ad Stat. et Broukh. in mentem venerat, vel *admisso natus adulterio*, quod et Patruus meus conjecerat.' *Burm.* Eld. *Lividus admisso morsus adulterio*. Nostram lect. exhibent B. B. B. L.—39 *Suav. nostra* Regg. Colbertt. Exc. Scal. Mentel. Borr. Neap. Voss. 1. Dorv. 1. Burmm. Brix. Venet. 2. Rheg. et ed. Volsci. *Somnia* pro varia lect. in cod. Scal. *Veste* pro *dex.* Leid. 2. Voss. 3. Vicent. Veneta ap. Barth. et Ber. 'quod nonnihil,' ait Burm. 'defendi posset, sed *dex.* tuentur cett. codd. et sic in Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. et alii.' 'Parva res, sed suavius tamen, quod Neap. habet, *suvia*, nempe ne una syllaba quatuor tempora habeat. Explicat rem ex Juba Pompeius grammaticus, item Priscianus.' *Lachm.* qui id edidit. —40 '*Inlaxa* uno verbo vult Passeratius pessime.' *Barth.* '*Saxa* corrupte [Dresd.] Neap. Borr. Mentel. Voss. Dorv. meus uterque. *Sacra* Groning.

NOTÆ

37 *Toto nullus mihi corpore, &c.*] Creber oris anhelitus ac palpitatio in muliere indicium est actus libidinosi perpetrati, qui calorem excitat et colorem: ut apud Suet. in Aug. c. 69. quædam fœmina nobilis narratur coram conjuge in cubiculum abducta, ac rursus in convivium rubescentibus oculis et auribus ac incomtiore capillo reducta.

40 *Prosilit, &c.*] Sese procul proripit pede soleæ nullis loris aut corrigiis. Vinctæ incumbens Catullus ad Manlium eodem sensu ait: 'Quo mea se molli candida Diva pede Intulit, et trito fulgentem in limine plantam Innixa arguta constitit in solea.' Soleæ porro, ut inquit Isidorus Lib. Orig. XIX. calceorum species sunt, quibus tantum plantæ pedum teguntur. Aul. Gell. XIII. 21. 'Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas.' Ap. Horat.

Sic ego tam sancti custos excludor amoris.
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

excludor. *Ex illo* vero tempore *nulla mihi nox fuit fortunata.*

Passeratium recte refutavit Gebh. *Laxa* tuentur cett. codd.' *Burm.*—41 *Hic* Burm. 1. ' *Custode recludor* liquide noster 2. cum Groning. [Dresd. Venet. Aldd. Colin. Gryph. Basil. Græv. Lond. cett. Hanc lect. prob. Schopp. non renuente Vulp. qui tamen cum Broukh. *custos excludor* exhibuit. Hanc Barth.] Ego, ut verum fatear, non capio illud *custode;* neque, quo referend. sit, satis perspicio. *Custos recludor* noster 1. Borr. C. Com. *Custodis recter* Regg. unus Colb. Palatt. edd. principes. Passeratius refingit *custos secludor*, aut *custos ejector*, quia legerat in membranis *rejector*. [*Rejector* Gebh.] In *recludor* latet, opinor, vera lect. Dele primam literam; habebimus *ecludor;* quod fuerat *excludor.*' Broukh. ' *Custos rejector* Perr. v. c. *C. recludor* Colot. Vat. 1. 3. 5. exc. Scal. tres Voss. meus uterque, Leid. 2. Vicent. *Custode recludor* Dorvv. Junt. Rouill. idque placuisse videtur Schoppio, in Notis ad Priap. C. v. *Custodis rector* in marg. Voss. 3. Venet. 2. Rheg. *Amoris rector* in ora Ask. Guyeto hoc distichon erat suspectum, quod et Heinsio videbatur, vel legend. conjiciebat *custodis cultor* vel *custodi excludor*, [*custodi eludor* Heinsium legere dicit Barth.] in N. ad Prop. p. 706. quod ultimum Marklando etiam inciderat: Sed in marg. ed. Ald. *custode excludor* ascripserat id. Heins. An f. *custos eludor?*' Burm. 'VV. DD. varia moliuntur, sed nihil probabile. Nec quicquam promitto de veritate conj. meæ, nisi quod haud inepte ita scribi posse existimo *cultu secludor.*' Lachm.—42 *Ex illa* Dorv. 2. *Non* m. Palatt. C. Com. Dresd. Neap. Borr. Leidd. Voss. 1. 3. Burm. 2. Venet. 2. Sed nihil mutand. pronuntiat Barth.

NOTÆ

Sat. II. 8. soleas poscit qui vult surgere, et ap. Plaut. in Trucul. II. 5. 25. puerpera surrectura soleas sibi dari postulat. Inde ' soleati' dicuntur, qui calceati soleis incedunt.

ELEGIA XXX.

AD EANDEM.

Quo fugis, ah demens? nulla est fuga: tu licet usque
Ad Tanaim fugias, usque sequetur Amor.

O *Insana* Cynthia, *quo vis aufugere? nullum* tibi *perfugium est; quamvis enim ad Tanaim usque fugias, te semper prosequetur Amor; neque* ipse te relinquet,

Secutus est Broukhusius [et ita ipse Burm.] edd. Scaligeri, qui ex tribus El. ut in plerisque Mss. et edd. antiquis legebantur, unam confecit, et, ut

NOTÆ

1 *Quo fugis, ah demens*] Cynthiæ peregrinationem, quam meditabatur, dissuadet, significans nullam esse locorum intervallum, quo possit Amor fugari aut deponi.

2 *Ad Tanaim fugias*] Tanais fluvius

Non, si Pegaseo vecteris in aëre dorso;
Nec, tibi si Persei moverit ala pedes.

etiamsi tergo Pegaseo in cælum evecharis, neque etiamsi Persei talaria te volare

Vulp. notat, [et id. censet Barthius,] hic, si unquam alias, plura sibi licere voluit, et omnia miscuit ac pervertit. Olim nempe in vetustiss. edd. Vicent. Venet. 2. Rheg. Volsci et Ber. duæ post præcedentem [sc. 'Hesterna, mea lux' &c.] sequebantur Elegiæ, quarum prior incipiebat a vs. 53. [nobis huj. El. vs. 1.] desinens in vs. 86. [nobis vs. 40.] Dein separata succedit Elegia, cujus initium est 'Quæris cur' &c. [nobis El. 31. 1.] et finit vs. 118. [nobis El. 38. fin.] Sed in Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. aliisque in tres digeruntur Elegiæ, quarum prima incipit a vs. 53. usque ad vs. 86. altera orditur a 'Quæris cur' &c. usque ad vs. 16. [nobis El. 31. fin.] quam, omissis duobus distichis, a vs. 17. usque ad vs. 20. excipit tertia prolixior, cujus principium a vs. 21. 'Qui videt,' &c. et absolvitur vs. 118. sed plurimis distichis aliter collocatis. In meo 2. hæc El. [nobis proxima El.] superiori annectitur, et continua serie sequitur vs. 53. Omnia vero in his adeo confusa et perturbata sunt, ut sine ope meliorum ac vetustiorum codd. ea in ordinem restitui posse vix sperand. sit. Hæc Burm. Seqq. habet Lachmannus: 'Scaliger, multa transponendo, omnia pervertit; itaque ejusmodi Carmen effecit, cui simile si quis nunc scriberet, Schradero judice, sensu communi carere diceretur. Aut ego vehementer fallor, aut omnia optimo ordine in codd. scripta sunt, hac una in re vitiosa, quod ex hac et sequente [quæ incipit ap. Lachm. a vs. 23. huj. nostræ El.] Elegia unam faciunt, quibus separandis utrinsque sensum, qui hactenus perquam obscurus erat, patefecisse nobis videmur.' Ceterum hæc nostra El. inscribitur in Dresd. *Ad Cynthiam.*—1 *Quos* Mentel. *Quo* tuetur Burm. *O dem.* Vat. 2. Pro *nulla, &c.* Exc. Scal. *nusquam locus est, licet usque.*—2 Pro *seq.* Borr. *redibit.*—3 'Præfero quod in quinque libb. reperi, *in aëre:* neque aliter edd. pr.' *Broukh.* '*Nunc si . . . Nunc tibi* Guy. *Verteris* Palat. membr. ed. Brix. Venet. Aldd. cet. *In aëra* Dresd.' *Barth. Verteris* alii codd. et edd. vetustæ. *Verteris in aëre* ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. p. 206. b. sed *vecteris* in Perr. v. c. Mentel. Neap. 1. reliquis: idque probasse videtur Passeratius. *In aëre* perperam quoque in nonnullis Mss. et pr. edd. quod male prætulisse Broukhusium patebit ex Patrui mei Notis ad Lucan. 1. 587. *Aëra* Colot. Vat. 1. aliique. *Vectere per aëra* Heins. in Not. p. 706. sed *vecteris in aëra* recte se habet.' *Burm.* '*Aëra* bene, sed itidem bene *aëre*, quod libri meliores habere videntur. Ita præter alios Palatt.' *Lachm.* qui hoc exhibet cum B. B.—5 'Melius Regg. Colbertt. et

NOTÆ

est Scythiæ, Europam ab Asia disterminans, ac per Mœotidas paludes in Pontum Euxinum influens.

3 *Pegaseo dorso*] Etiamsi, inquit, equo alato Pegaso vecta evolares, aut Persei talaribus adjuta aërem sulcares, aut Mercurii alis fulta sublimis in cœlum rapereris, non tamen Amorem effugeres, qui nos usquequaque insequitur, ac semper instat amantium cervicibus. Pegasum porro fuisse equum alatum nemo est qui nesciat, qui ex sanguine Medusæ procreatus unguiæ ictu Hippocrenen, seu fontem Caballinum, in monte Helicone, in Bœotia, produxerit.

4 *Persei*] Perseus, Jovis et Danaës filius, dimicaturus contra Gorgonum gentem, cujus erat regina Medusa, talaria, petasum, et ensem falcatum a Mercurio dicitur accepisse. Pennipes Catullo dicitur Perseus.

Vel, si te sectæ rapiant talaribus auræ,
Nil tibi Mercurii proderit alta via.
Instat semper Amor supra caput: instat amanti;
Et gravis ipse super libera colla sedet.
Excubat ille acer custos, et tollere nusquam
Te patietur humo lumina capta semel.
Et jam si pecces, Deus exorabilis ille est,
Si modo præsentes viderit esse preces.
Ista senes licet accusent convivia duri,
Nos modo propositum, vita, teramus iter.
Illorum antiquis onerentur legibus aures:
Hic locus est in quo, tibia docta, sones,

fecerint; aut etiam si te sublimem aër suloatus alis ferat. Nihil etiam tibi Mercurii volatus proderit. Perpetuo cervicibus imminet Amor, perpetuo urget amantem, idemque improbus liberis capitibus insidet. Speculator indefessus iste semper vigilat, neque te usquam oculos semel a se domitos e terra sinet attollere. Si vero jam peccas, ille Deus est facilis et placabilis, dummodo non tardas preces esse senserit. Senes autem *difficiles ista convivia* nostra *vituperent, quantum voluerint, dummodo nos,* o mea *lux, institutum* vitæ *cursum teneamus. Ipsorum aures priscis* vivendi *ritibus ac moribus onerentur; hoc* nunc *tempus est, ut, cithara docta,*

noster 1. cum edd. priscis *rapiant.*' Bronkh. '*Vel te secretæ* Dresd. *Septæ* Posth. *Moveant* alii libri, minus eleganter.' *Barth. Septem* Mentel. *Rap.* bene prætulisse Broukhusium censet Burm.—7 F. melius interpungeretur, judicante Burmanno, *Amor, s. caput instat a.*—8 *At* Heinsian. *Ipse* Venet. ap. Barth. 'Apage illud *ipse*, quod sensu caret. Verissime Bercaldus *ipse.*' Lachm.—9 'Groning. *usquam*, quod placet.' *Broukh.* '*Ettollere* Palat. 1. *Nunquam* Dresd. Aldd. Gryph. Græv. Lond. cett.' *Barth. Nusquam* ceteri Mss. *Nusq.* edidisse Broukhusium, quia in præcedd. locorum mutatio memoratur, censet Burm. qui damnat *alter custos*, quod habet Palat. 1.—11 'F. *sed jam.*' Burm. 'Repone *sed*. Hoc Burmannum vidisse mirum est, cum ceterorum nihil intellexerit.' *Lachm.*—12 '*Præsentis v. ille* Guarn. Ita nimirum semper hic cod. accusativ. effert.' *Barth. Præsentis* Mentel. unus Dorv. Burm. 2. *V. ille* Borr. Leid. 2. Voss. 1. 3. Burm. 2. quem recte habere *esse* in marg. ut in Neap. ceterisque, censet Burm.—13 *Semel* cod. Palat.—14 '*Vitæ* Heinsian. An f. voluit librarius *rite?* sed *vita* bene se habet.' *Burm.*—15 '*Onerantur* Neap. meus 2. [rectissime, pronuntiante Lachm.] *Ornentur* Groning. [Guarn.] Leid. 2. Voss. 3. sed *onerentur* recte in reliquis, et edd. anti-

NOTÆ

6 *Mercurii alta via*] Per auras volatus: fingitur enim a veteribus Mercurius alas in pedibus et in capite habuisse: unde modo de cœlo in terras ac etiam Inferos descendisse, modo e terra in cœlum ascendisse, tanquam Deorum nuntius, passim legitur.

12 *Præsentes viderit preces*] Quæ nempe peccatum statim sequantur; unde supra I. 9. dixit, 'quam primum errata fatere.' Sed quomodo 'viderit' preces Amor, qui cæcus ac puer fingitur? Melius igitur audierit, aut senserit.

15 *Illorum antiquis onerentur legibus aures*] Severi illi senes ac morosi antiquas vivendi leges et ritus audiant,

Quæ non jure vado Mæandri jacta natasti,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.
Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas,
Et petere Hyrcani littora nota maris? 20

resones; quæ, immerito abjecta, fluitasti in aquis Mæandri fluvii, *cum buccæ turgentes ac inflatæ Palladis faciem deformarent. Nunc jam, o seva, mediterris per Phrygium mare navigare, ac Hyrcani ponti celebrata littora adire, commmeca-*

---

quis, in quibus hoc et seq. distichon collocantur post vs. 64. [nobis 12.]' *Id.* —16 *Sonet* Guarn. Dresd. Regg. Mentel. Dorv. 2. Burmm. et edd. priscæ. *Sones* omnino legend. pronuntiat Burm. Heinsius legebat *in quem t. docta* (ut dicit Burm. at *ducta*, si credimus Barthio) *s.* ad Prop. p. 706. Ex. h. vs. male *docta* pro *jacta* mox repetitur in Dorv. 2. et Exc. Scal. censente Burm.—17 —' Mendosæ sunt codicum et edd. vett. lectiones, in quibus *Menandri* et *pallidus o. timor* exhibetur.' *Burm.*—18 'Membranæ *pallidus o. timor*. Veram lect. debemus Beroaldo, minime sua laude fraudando.' *Broukh.* *Pallidus o. tumor* Guarn. *Palladis o. tumor* Dresd.—19 *Nunc* Groning. Leid. 2. tres Voss. Dorvv. Burm. 1. et edd. antiq. *Nunc tu* Burm. 2. *Nus* Mentel. *Num jam* Scalig. *Tunc ah* Heins. *At tu dure* v. c. Passeratii et Beroaldi. *At tu dura* Colot. Vat. 1. 5. *Non tamen immerito* Neap. Dresd. *Non jam, dure* Schrader. Pt. Emend. 7. p. 184. *Phrygia* Mentel. *Phryxeas ire* conjecerat Markl. in ora cod. sui: sed nihil immutari præstat, judice Burm. *Umbras* Dorv. 1.—20 '*Nota* Heinsio non placet, qui ex 'ora' vs. 18. ortum autumat. Nihil tamen melius substituit.' *Barth.* 'J. Helvetius legend. arbitrabatur *arcani*. *Nota* Heinsio suspecta videbantur, et *lata* conjecerat.' *Burm.* *Nuda* putat legend.

NOTÆ

ac sibi canant quantum voluerint: nos juvenes vita amœna ac jucunda decet. Simili plane sententia dixit Ovid. Metam. IX. 'Jura senes norint; et quid liceatque, nefasque, Fasque sit, inquirant, legumque examina servent.'

16 *Hic locus est*] In convivio locus et tempus est lætandi, saltandi, ac canendi, remota omni vitæ austeritate. Tunc est inflanda tibia, quam Pallas immerito dicitur abjecisse in Mæandrum flumen, cum buccas inflatas vultum sibi deformare conspexisset. Est autem ad tibiam apostrophe.

17 *Vado Mæandri*] Mæander fluvius Asiæ minoris celebratissimus, ita sinuosus, ut ad fontem sæpius reverti credatur. Per Mysiam et Lydiam in Cariam currit, et ad decimum à Mileto stadium in mare Mediterraneum delabitur. Ut refert Plin. v. 29.

18 *Turpia Palladis ora, &c.*] Referunt Palladem terebrata quondam buxo tibiam effecisse, quam cum inflaret, vidit suas sibi genas intumuisse, faciemque sibi inde turpatam; quo factum est, ut Pallas oris deformitate perculsa tibiam abjecerit in Mæandrum flumen, quam deinde satyrus Marsyas collegisse dicitur.

19 *Phrygias nunc ire per undas*] Ad Cynthiam suam redit, quam dicit iter in Hyrcaniam aliasque longinquas regiones meditari. 'Phrygiæ' porro 'undæ' sunt vel Hellespontus vel mare illud quod ab Hellesponto Mi-ſetum versus extenditur; quod etiam Virg. Æn. 1. 'Phrygium æquor' dicitur, utpote cui adjacet Phrygia: 'Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.'

20 *Hyrcani littora nota maris*] 'Hyrcanum mare' dicitur ab Hyrcania provincia adjacente: alio etiam nomine nunc vocatur Caspium mare.

Spargereque alterna communes cæde penates,
Et ferre ad patrios præmia dira lares?
Una contentum pudeat me vivere amica?
Hoc si crimen erit, crimen amoris erit.
Mi nemo objiciat: libeat tibi, Cynthia, mecum
Roscida muscosis antra tenere jugis.

que Lares alterna nece cruentare, ac execrandam prædam ad paternos Penates referre. Pudeat me contentum unica puella vivere? Illud si culpa erit, amoris erit culpa. Mihi nemo hoc *exprobret. Collibeat tibi, Cynthia, mecum incolere spe-*

Lachm.—21 '*Spargereque alt.* elisio admodum insuavis. [Duram quoque elisionem vocat Barth. qui tamen eam exhibet.] Plures libb. *Spargere et*, quod potius reor.' *Broukh.* Hoc edidit cum Lachm. qui id rectius putat. *Spargereque* habent Vat. Gronlng. Palat. 1. C. Com. Vulpii codd. Leid. 1. Burm. 2. Ask. aliique, cum Venet. 2. Vicent. Rheg. Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. et pluribus: et tuetur Burm. Marklandus ad oram ed. Grævv. legend. iscripserat *Spargere fraterna*, indicato Euripidis loco Med. 166. Sed huc respici a Prop. non arbitratur Burm. Conjecerat Heins. *sede*. Guy. *externa*. Sed forsan, ait Burm. hi duo vss. alio spectant. *Magna* pro *dira* Borr. Heinsian. *Digna* Voss. 1. 3. Gronlng. Guarn. Aquam sibi hærere confitetur Burmannus.—28 'Pervenustum Carmen, [nam novam, ut dixerat, El. hic incipit,] cujus principium Burmannus singula solicitando penitus miscet, neque tamen proficit hilum.' *Lachm.*—25 'Locus procul dubio corruptus. *Si n.* Borr. Heinsian. Quem sensum hic constituant illa *Mi n.* edoceri velim, et gravius mendum latere opinor. *Mi nemo* vitiose Neap. quod nonnihil favere posset conjecturæ Heinsii, qui N. Prop. p. 707. divinabat *Mnemonidum atque utinam*; vel *Dummodo* aut *si modo Mnemonidum*; vel denique *Mnemonidum o utinam* [*Mnemosynæ o utinam* legere Heinsium dicit Barth.] Deinde *libeat modo, C. tecum* in Mentel. Borr. [Borr. Broukh. 1. et Guarn. habere *liceat modo, C. tec.* memorat Barth.] Voss. meo 1. et in Mss. Broukhusii, [quomodo? nam Broukh. memorat *mecum* esse in suo 2. *tecum* quidem in suo 1.] ut legebat Markl. ad Stat. Sylv. p. 289. *Liceat* etiam in Leid. 1. Voss. 3. aliisque. Veram lect. esse *libeat tibi, C. mec.* docet Virg. Ecl. II. 28. *Objiciet, liceat modo, C. tec.* Livin. Altero vs. *Rorida* Borr. [C. Com. Bon. Dresd. Francc.] Colbertt. Leidd. Dorvv. et meus 2. ['M. Ant. Flaminius videtur legisse *Rosida*, idque imitatione probasse. Proba sunt 'roscidus,' 'rosidus,' 'roridus,' pro diversa ratione scribendi, origine ead.' *Broukh.*] *Florida* Vat. 5. *Horida* in meo 1. i. e. *Horrida*, nt in Heinsian. *Torrida* Exc. Scal. Heinsius conjecerat *Thespia* [vel simile quid, addit Barth. Heinsium conjecisse]: sed versus in hac El. transpositi et luxati omnes fere conj. faciunt incertas. Pro *tenere* Leid. 1. [Palat. Franc. 2.] *subire*, quod possit defendi, censente Broukh.] Restituend. arbitror *Si nemora alliciant, lib. tibi, C. mec. Rosc.* (vel *Thespia*) *musc. antra subire j.*' Burm. 'In Scaligeri, Broukh. et Burm. edd. vv. 31. 32. huj. El. leguntur ante vs. 23. et vss. 33. 34. excipiunt vs. 26. huj. El. Wassenberg. conjecerat *Id nemo objiciat*. Waard. vero, quocum ille hanc conj. communicaverat, in Obss. ad. h. l. Broukhusii ed. secutus, legit *Ut nemo officiat*.' Kuin. 'Lege *Rorida*, omnium fere codd. auctoritate.' *Lachm.*

NOTÆ

21 *Alterna cæde*] Et mea, nimirum, et tua, inquit, communes Deos Penates cruentabis; quasi se facturum significet, quod supra Eleg. 8. minitatus est: 'Sed non effugies: mecum moriaris oportet; Hoc eodem ferro stillet uterque cruor.'

Illic aspicias scopulis hærere sorores,
Et canere antiqui dulcia furta Jovis;
Ut Semela est combustus, ut est deperditus Io;
Denique ut ad Trojæ tecta volarit avis.

luncas rorantes in collibus muscosis. Ibi conspicies rupibus sorores insidere, et Jovis annosi jucundas prædas decantare. Quomodo, nimirum, Semeles amore exarserit, et *quomodo Io deperierit,* ac *tandem quomodo* factus *ales ad Trojæ*

Roscida exhibent B. B. B.—27 *Illis* conjecerat Heins. Not. et Advers. p. 351. et habet Venet. ap. Barth. '*Aspicias* Scaliger; sc. quia hæc in alium l. transtulerat. Nunc patet sensum postulare id, quod scripti omn. habent, *aspicies*; quanquam inventus est qui [Kuinoelem perstringit,] Barthium, antecedentia conjunctivum requirere, probe notasse sibi persuaderet.' *Lachm.*—29 'Groning. *Semela*, flexione Latina. Probus monuit in Catholicis.' *Brunkh.* '*Semele* vulgg. sed terminat. Lat. habent Bon. Dresd. Neap.' *Barth.* '*Et Semele* Borr. *Ut Semel* vitiose Leid. 1. Voss. 4. Dorv. 2. et mens. uterque. *Semele* priscæ edd. Sed *Semela* Frut v. c. aliique, quod rectum. *Comb.* non mutand. in *amb.* ut male doctus Britannus in loco Statii de Semele. Vid. Misc. Obs. T. I. p. 262. *Utrum e. d. Ios* Dorv. 2.' *Burm.* *Semela* ediderunt B. B. B. L.—30 'Noster 1. cum Borr. *volavit*. Supra bis habuimus 'est.' Postulat tamen euphonia *volarit*.' Brunkh. '*A T.* Dorv. 1. Heinsius N. p. 607. emendand. conjecerat *Devia . . tesqua*. Cum Patruo meo in Misc. Obs. Vol. II. p. 105. malim legere *ad Trojam*. Ibidem Britannum eruditum, qui *Trojæ tesqua*, ut Heinsius, etiam conjecerat, refutat. *Volaret* in meo 2. Venet. 2. Rheg. *Volarit* alii, quod non tantum euphonia postulat, sed et constructionis ratio. Ruhnkenio legend. videtur *ad Trois*, præclara certe emend.' *Burm.* In Addend. ad cujus ed. alia conj. notatur, f. ab ipso

NOTÆ

27 *Hærere sorores*] Musas intelligit, quas hoc in loco scopulis insidentes, ut III. 15. Amphionem ex Aracynthi rupe canentem fingit. Musas autem scopulis hærere ait, quia nempe in rupibus Heliconis pendulæ pingebantur.

28 *Dulcia furta Jovis*] Dixit Propertius 'antiqui Jovis furta,' per Hypallagen, pro, antiqua furta, ut supra Eleg. 2. 'Jupiter, ignosco pristina furta tua.' Porro de Jovis furtis et amoribus, seu adulteriis, jam supra satis superque.

29 *Ut Semela est combustus*] De Semele, cujus amore Jupiter conflagravit, quamque fulmine combussit, sæpius etiam, sicut et mox dictum est pluribus Eleg. 28.

Ut est deperditus Io] Quomodo Io perdite amavit, hoc in loco loquitur Poëta, quomodo supra dixit I. 3. 'Sensus deperditus omnes.' De eodem Io vide etiam Eleg. 28. hujus Libri.

30 *Ad Trojæ tecta volarit avis*] Quomodo Jupiter in avem conversus ad tecta Trojæ volaverit, ut Ganymedem raperet, cujus nota fabula est. Dicitur tamen apud alios scriptores, ut apud Horat. Od. III. 20. Ganymedes a monte Ida raptus, non ab urbe Troja. Virg. Æn. v. 252. de Ganymede loquens ait: 'Intextusque puer frondosa regius Ida Veloces jaculo cervos cursuque fatigat Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.' Fuit autem Ganymedes Trois, Trojanorum regis, filius, puer formosissimus, quem cum Jupiter deperiret in Ida monte venantem mutatus in aquilam rapuit, in cœlumque transtulit, calicibusque suis ac poculis præfecit, repudiato Hebes ministerio, quod minus caute per imbricum

Quod si nemo extat, qui vicerit alitis arma,
Communis culpæ cur reus unus agor?
Nec tu Virginibus reverentia moveris ora:
Hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus:
Si tamen Œagri quædam compressa figura
Bistoniis olim rupibus accubuit.

domos advolarit. Si vero nullus est, qui Dei alati possit tela superare, quare ego solus *publicæ culpæ reus accusor? Neque tu verecundos* doctarum *puellarum vultus revereris; iste* enim *etiam chorus non ignorat, quid sit amare: si tamen aliqua* quondam *puella ob Œagro compressa Bistoniis in rupibus exixa est.*

Burm. exerta, *ad Trojam facta volavit a.*—31 'Est Poeth. Italica scriptura.' *Barth.*—32 *Agor* cod. Palat.—33 'Tentatum Lipsio, II. Ant. Lect. 10. *N. te virginei r. moverit oris:* quod tamen nemini persuasit.' *Broukh.* 'Placet Passerat. Guy. et Heinsio.' *Barth.* '*Noveris* Borr. Heinsian. [Venet. ap. Barth.] *N. te virginei r. moverit oris* Perr. v. c. Vat. 1. 2. et sic Lips. Quod non improbasse videtur Passeratius, et Guyeto ac Heins. placebat: sed a Gebh. rejicitur. Melius certe est quam quod Canter. in ed. suæ marg. legebat, *reverentia*, vocandi casu.' *Burm.*—34 'Barth. Animadv. ad v. Th. Statii 27. legit num n. ... *chorus?* Sane Aldus et Gryph. [cum Junt. et Wechel.] sic ediderunt, contra fidem membranarum et pr. edd. Est etiam major aculeus, quamquam modeste tectus, in oratione recta.' *Broukh.* *Non nescit* Guarn. Borr. Leidd. Voss. 1. et 2. a m. pr. Dorvv. et Burm. 1.—35 *Sic* liber Ferrarii. *Compressa* Dresd. et v. c. Puccii, quod non esse nanci censet Barth. Posset legi, ait Burmannus, *Œagro:* et, Nunc video, aiunt ejus Addenda, hanc emend. Patruo etiam in mentem venisse ad Quintil. Decl. XV. p. 307. *Quondam* Dorv. 2. Burm. 1.—36 *Occub.* Dorv. 1. *Ingemuit* Guarn. Voss. 3. ut in

NOTÆ

incedens cecidisset, revolutisque vestibus Superis obscœna nudasset.

31 *Alitis arma*] Si, inquit, nemo est, qui possit Cupidinis, qui Deus est alatus, arma vincere, quique Jovem ipsum domuit, cur reus ego solus arguor criminis, quod omnibus est commune? Fingitur autem a Poëtis alatus Cupido, quia nimirum ut avis advolat in animum. 'Alatus,' inquit Servius, in Æn. I. 'fingitur Cupido, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius.' Ovid. Art. II. de Cupidine loquens, ait: 'Et levis est, et habet geminas quibus evolet alas.' Horat. Od. III. 12. dicitur Cupido 'Cytheræ puer ales.' Vide I. 9. ac hujus Libri Eleg. 12.

33 *Nec tu virginibus, &c.*] Neque etiam tua præsentia erubescent Musæ, quamvis mecum inter ipsas veneris, neque ipsis ruborem excitabis, licet maxime sint pudibundæ ac pudicæ; novit enim ipse etiam Musarum chorus, quid sit Amor.

35 *Si tamen Œagri, &c.*] Probat exemplo Musarum chorum amorii etiam non fuisse expertem neque rudem; cum Calliope Œagrum adamarit, et ex ejus concubitu genuerit Orpheum. Vide Hygin. fab. XIV. Apollodor. Lib. I. Apollon. Lib. I.

36 *Bistoniis rupibus accubuit*] Id est, Thraciis rupibus; Thrax enim fuit Orpheus, ac Bistones fuerunt gens Thraciæ, unde et Bistones ac Bistonii Thraces dicti sunt. Bistones autem populos, ac Bistonidem civitatem et stagnum, Plin. IV. 11. non procul ab Abderita locat.

Hic ubi me prima statuent in parte choreæ,
Et medius tecta cuspide Bacchus erit,
Tum capiti sacros patiar pendere corymbos;
Nam sine te nostrum non valet ingenium. 40

Quando vero ibi me choreæ in priori loco constituent, mediusque aderit Bacchus docta cum hasta, tunc e capite meo libenter sinam sanctos corymbos dependere: meum ingenium, o Bacche, absque te nihil valet.

Burm. 2. sed *accub.* in marg.—37 *Te pr. statuent* Guy. *Te* habet Vat. 5. quod rectum esse pronuntiat Lachm.—38 'Libri *docta*, quod retinet Passeratius, contentus damnare certissimam [verissimam vocat Barth.] Scaligeri emend.' *Broukh.* quem egregie firmare hanc conj. pronuntiat Burm. *Quo m. posita c.* conjecerat Heins. *B. ero* Guy. 'Ferend. censeo *docta*, quanquam egregie dictum nolo contendere.' *Lachm.* qui id exhibet.—40 *Nil valet* Pucc.

NOTÆ

38 *Medius tecta* [*docta*] *cuspide Bacchus*] Dicitur 'Bacchus medius' inter Musas ipsarum choreas ducere; tum quia scilicet Deus est poëtarum, sine quo, ut ap. Tibullum vidimus, non bene fluunt carmina; tum quia, dum Bacchus in bella proficisceretur, Musæ comites ipsi adhæserunt, ut testatur Diod. 'Doctam' porro 'cuspidem' vocat thyrsum, quo percuti dicuntur poëtæ dum mens eorum Bacchi furore afflatur, ut melius fundant versus. Lucret. I. 921. 'sed acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor, Et simul incussit suavem mi in pectus amorem Musarum; quo nunc instinctus, mente vigenti Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo: juvat integros accedere fontes, Atque haurire; juvatque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam, Unde prius nulli velarint tempora Musæ.'

39 *Sacros pendere corymbos*] Hoc est, tunc patiar mihi coronam ex hedera et corymbis imponi. Corymbi namque sunt baccæ seu fructus ex hedera nascentes, ut testatur Plin. XVI. 34. 'Racemi hederæ in orbem circumacti vocantur corymbi.' Per corymbos autem vulgo intelligitur apud poëtas hedera qua poëtæ coronantur.

40 *Sine te non valet ingenium*] Bacchus dat animos, ac facit ingenium, variaque scribendi argumenta suggerit; ut canit etiam noster Poëta IV. 6. 75. 'Ingenium potis irritat Musa poëtis. Bacche, soles Phœbo fertilis esse tuo.'

ELEGIA XXXI.

AD CYNTHIAM.

QUÆRIS, cur veniam tibi tardior? Aurea Phœbi
Porticus a magno Cæsare aperta fuit.
Tota erat in speciem Pœnis digesta columnis;
Inter quas Danai fœmina turba senis.

' O Cynthia, *rogas cur ad te serius*, quam jusseras, *accesserim? Phœbi porticus aurea patefacta fuit ab* Augusto *Cæsare. Tota erat ad ornatum distincta columnis Pœnis, in quibus Danai prisci fœminea multitudo* videbatur. *Ille profecto mar-*

1 Hæc quoque, ait Lachm. quæ sequuntur, majoris Carm. fragmentum esse interpp. opinantur, ipso principio contrarium affirmante.—2 *Operta* Regg. et edd. pr. damnante Burm.—3 ' *Tota* Groning. quod firmat Scaligeri liber. Deinde membr. *speciem*, unde Heins. ingeniosissime, ut solebat, formavit ad Ov. III. F. 529. *spatium*. Firmat Seneca Thyest. 649.' *Broukh.* ' *Tanta* Regg. [Bon. Guarn. Dresd. Vat. monente Barthio,] Colbertt. Mentel. Borr. tres Voss. Dorvv. mei, et priscæ edd. *Tota* Dorv. 2. a m. sec. ut in Colot. Vat. 1. *Erit* Voss. 3. Dorv. 2. [Palat. cod.] *In speciem* Regg. Colbertt. Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei, cum edd. priscis. *Tantam erat in speciem* Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. aliæque. *Tota erat in species* Scaliger. Sed verissime Heins. ad Ov. I. A. A. 73. et III. F. et N. Prop. p. 708. emendavit *Tota erat in spatium:* [probante V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. 3. p. 14.] vel *in seriem* [*Tantum erat in seriem* Heinsium Advers. p. 358. refinxisse dicit Barth.] Sed prius probat Auctor Elector. Etonens. Minor. p. 113.' *Burm.* ' Recte Hemsterhusius receptam lect. retinend. esse putabat. *Pennis columbis* in suo cod. legi observabat Dorvill. in Obs. Misc. Sic et cod. Palat. *Columbis* etiam Dresd. vitiose.' *Kuin.* ' Lege *in speciem. Spatium* recte castigat Hemst.' *Lachm.* qui *spec.* exhibet cum Barth. *Spat.* exhibent Broukh. Burm.—4 ' Groning. *I. aquas*, uti et noster 1. quod avide, more suo, arripit Passerat.' *Broukh.* ' *Aq.* Palmerio in Spicil. p. 303. arridebat: sed *quas* optime illus-

NOTÆ

1 *Quæris cur veniam tardior*] Serius ad Cynthiam se venisse dicit, quod detentus fuisset inspectione porticus Apollinis, quæ ab Augusto Cæsare absoluta ac publicata fuerat, ut ab omnibus conspici posset. Hæc vero porticus est ea quæ templo Apollinis Palatini, cum bibliotheca Græca et Latina, adjuncta erat. Scribit enim Suetonius Augustum Cæsarem templum Apollinis in palatio exstruxisse, in ea scilicet domus Palatinæ parte, quam ictam fulmine desiderari a Deo aruspices pronuntiaverant; cui quidem templo addidit Augustus et porticum, cum bibliotheca Latina Græcaque, quo in loco jam senior sæpe senatum habuit. Videsis etiam Ovid. Art. I.

Phœbi Porticus aperta] Rationem reddit, cur tardior accesserit ad Cynthiam; quia nempe Phœbi porticus aperta fuit ac publicata a Cæsare, cujus inspectione retardatus est.

3 *Pœnis digesta columnis*] H. e. marmoreis columnis, ex marmore Punico seu Numidico factis, ordine interstincta. Pœni namque Punici sunt, seu Numidæ, ac Carthaginienses in Africa.

Hic equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum steterant armenta Myronis,
Quatuor artifices, vivida signa, boves.

moreus Phœbus *ipso Phœbo formosior mihi conspectus est silenti citharæ versus hiscendo canere: stabant etiam circum altare quatuor boum armentum, quæ signa spirantia Myronis sculptoris* opus erant.' *Deinde etiam pars templi media nitido*

---

trarunt Livin. et Broukh. *Nurus* etiam perperam [damnat et Barthius,] pro *senis* Voss. 3. Utrumque merito improbavit Auctor Elect. Etonens. Minor. Cogitabam aliquando, an legi posset *t. feri.* 'Senum' tamen Danaum appellat Ovid. Ep. XIV. 114.' *Burm.*—5 'Hic *quidam* emendat Markl. Dubito an bene dicatur *quidam marmoreus*. Deinde Phœbus facile e contextu suppletur.' *Barth.* 'Hoc et seq. distichon Vulp. censet collocand. esse post vs. 16. sed quod jam præceperat Dousa F. [Et male, pronuntiante Santenio, ut monet Kuinoel.] *H. eadem* in meo 2. *H. quidam* valde probat Dorvill. in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 16.' *Burm.* 'Verissime Markl. *quidam*. *Quidam marmoreus* tam bene dicitur quam 'me marmoream' in Epitaphio Anthol. Lat. IV. 62.' *Lachm.* *Steterantque* Neap.—6 'Tecta emendat Kopp. Obs. Phil. cap. 11. p. 141. Si calumniari vellemus, possemus dicere Phœbum marmoreum ita effictum fuisse, ut, 'jam tacente lyra, carmen ore canere hiante videretur.' Vid. notam Valckenærii ap. Kopp. p. 142. sqq. licet non semper observetur differentia ibi tradita.' *Barth.* 'Habere inepte [Guarn.] Leid. 1. Dorvv. et meus 2. Vitiose in Venet. 2. Rheg. [Brix.] *crimen*. *Tecta* Kopp. sed *tacita lyra* de statua recte dici videtur.' *Burm.*—7 'Artificis *invida* Regg. Palat. [1. Guarn.] Groning. Leid. 1. Voss. 3. Dorvv. Vlamingii, meus 2. et priscæ edd. Sed *vivida ipsorum*, spirantia signa sunt. *Artifices* recte edidit et defendit Broukh. ad cujus [hanc] emend. stabiliendam alia l. producuntur in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 17.' *Id.* Pul-

NOTÆ

4 *Danai feminea turba senis*] Pro 'fœminea turba.' In intercolumniis porticus illius Palatinæ depictam fuisse seu sculptam Danaidum seu Belidum turbam, cum Propertio nostro testatur etiam Ovid. Trist. III. 1. 60. 'Ducor ad intonsi candida templa Dei; Signa peregrinia ubi sunt alterna columnis Belidos, et stricto barbarus ense pater.'

5 *Phœbo pulchrior ipso*] In illa porticu Phœbus erat marmoreus, affabre elaboratus, ut, quasi vivens ac spirans, carmina hiscendo canere, ac ipsum Phœbum pulchritudine superare, videretur.

7 *Armenta Myronis*] Circum aram Apollinis stabant etiam quatuor boves, vel tanquam immolandæ, vel quia pastor quondam fuerat Apollo. Dixitque 'armenta,' pro armento. 'Armentum enim,' inquit Servius, 'grex est equorum et boum, quod hæc animalia apta sint armis.' Jurisconsulti porro dicunt, leg. ult. de Abigeis, oves decem facere gregem, criminisque abigeatus reum esse, qui vel unum bovem, quemadmodum et qui gregem ovium abegerit: unde non mirum est hoc in loco quatuor boves armentum dici. Myron porro fuit sculptor seu statuarius peritissimus, qui multis operibus, sed his præcipue, quæ hic laudat Propertius, ac bucula maxime ex ære conflata veræ vaccæ simillima claruit. Unde Ovid. Lib. de Pont. IV. 1. 'Ut similis veræ vacca Myronis opus.' Idem Art. III. 'Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis, Pondus iners quon-

Tum medium Clario surgebat marmore templum,
Et patria Phœbo carius Ortygia. 10
Auro Solis erat supra fastigia currus;
Et valvæ Libyci nobile dentis opus.
Altera dejectos Parnassi vertice Gallos,
Altera mœrebat funera Tantalidos.

candentique marmore eminebat, Phœbo etiam Ortygia ipsa, *quæ natale solum ipsius est, dilectior. Supra summum fastigium* positus *erat Solis currus ex auro* conflatus; *fores vero* templi *erant rarus et insignis labor ex dente Libyco. Illa* nimirum referebat *Gallos e monte Parnassi deturbatos, hæc vero mortem deflebat*

cherrimam et veram Bronkhusii emend. vocat Lachmannus.—9 'Optime hunc l. restituit Scaliger.' *Broukh.* ' *Claro* libb. vett. plur. *Clario* ex emend. Scalig. esse ait Passeratius: sed ita plane expressum invenit Gebh. in C. Com. *At m. elato* vel *Graio* Guy. ap. Heins. Advers. p. 355.' *Barth.* ' Guy. legebat *At m. Pario. Pario* etiam conjecerat Passerat. probante Heins. N. p. 708. et ad Ov. I. A. A. 73. cui præterea *elato* vel *Graio* in mentem venerat. *Clario* interpretatur Scaliger. *Pario* tamen etiam blanditur. Hoc autem distichon præcedenti anteponend. censet Dousa F. ad IV. 1. 3.' *Burm.* ' Optime codd. sinceri *claro.*' Lachm. qui id tuetur.—11 *Ex quo S.* Palat. *In quo* Perr. v. c. tres Vat. *Et quo* Poth. Palat. cod. Dresd. Bon. Guarn. Regg. Colbertt. Mentel. Borr. Voss. 4. et 3. in marg. Dorv. 1. Burmm. et edd. pr. *Et auro* Leid. 2. Voss. 1. *A quo* 2. *E quo* Dorv. 2. *Erant* Guarn. Leid. 2. tres Voss. Burm. 1. sed optime se habere *Auro S. erat* pronuntiat Burm. quod in Voss. 3. a m. pr. Damnat *Aurea S. erat* Burmannus, quod habet liber Scaligeri, et placebat Heinsio, sed rejecit Burm. P. ad Ov. II. M. 107. ' *Auro* unde sumserit Beroaldus, ignoro; Burmannus ex uno Voss. enotat, et similia e duobus non melioribus. Repone *Ergo S. erat.*' Lachm.—12 ' Sine ulla interpunctione olim editum, et a Bronkh. Distinxi, *Et valvæ, L.*' Burm. quem sequitur Lachm.—13 ' Nostri cum Gron-

NOTÆ

dam duraque massa fuit.' De Myrone etiam sic Petron. ' Myron, qui pæne hominum animas ferarumque ære comprehenderat, non invenit hæredem.' De hoc etiam Plin. XXXIV. 1.

10 *Phœbo carius Ortygia*] Ortygia dicta est etiam Delos insula, Cycladum in mari Ægæo nobilissima, Apollinis ortu temploque clarissima, quam etiam Rheneam vocavit Theocritus in Encomio Ptolemæi. Significat autem Poëta templum Palatinum ab Augusto dicatum Apollinem magis dilexisse, quam natale solum et patriam suam Delon.

11 *Solis supra fastigia currus*] Supra summas templorum altitudines seu fastigia Deorum simulacra curru vecta imponi solebant, ut testatur Festus in Ratumona. De curru porro Solis Ovidium videsis Metam. II. ' Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ,' &c.

12 *Et valvæ Libyci dentis opus*] Apollinis Palatini templi valvæ, quæ ex ebore Libyco seu Africano factæ erant, egregiam artificis periti manum ostentabant. In Libya namque Elephantes etiam sicut et in India proveniunt, unde advehitur ebur, quod ' dentem Libycum' vocat Propertius.

13 *Dejectos Parnassi vertice Gallos*] In foribus eburneis templi ab Augusto constructi varia Apollinis factorum ac virtutum argumenta affabre insculpta erant. In altera repræsentabatur historia Gallorum, qui de

Deinde inter matrem Deus ipse, interque sororem, 15
Pythius in longa carmina veste sonat.

Tantalidae. Tum Deus Pythius ipse, matrem inter et sororem, in prolixa palla versus canebat.

---

ing. *Parnasi*, recte: nam, quamvis Græce scribatur per *ss*, tamen ita nunquam Latini.' *Broukh.* *Parnassi* exhibet Barth. *Parnasi* Broukh. Burm. Lachm.—14 *Funere* Voss. et Burm. 1.—15 *Deus* nescit id.—16 '*Actius* . . *canit* vitio operarum expressum est in Spanhem. Obss. in Callim. p. 63. observante Broukh. In Guarn. et Dresd. sequitur eod. contextu El. 32. quod et in Brix. factum est. Mur. Græv. Vulp. cum Gött. post vs. 16. asteriscos ponunt in media linea.' *Barth.* 'Non tantum Spanhem. h. vs. ita produxit, *Actius* . . *canit*, sed et ante eum Tristanus T. I. Comment. Hist. p. 77. *Pythius* quidem unanimi consensu tuentur omn. codd. et edd. vett. *Actius* tamen hic præferend. suadet Noster IV. 6. 67. coll. vs. 11. Ceterum hoc vs. El. hanc absolvunt pleræque edd. vetustæ, novamque ordiuntur a vs. 21. 'Qui videt' &c. Perreius ed. Aldinæ ascripserat 'finem huj. et principium illius seq. El. haud dubie desiderari:' sed Scaliger eum in ordinem digessit, quo edidit Broukhusius, quem secutus sum.' *Burm.*

NOTÆ

Parnassi vertice Apollinis numine præcipitati interierunt. Referunt autem Justin. Lib. XXIV. et Pausanias in Atticis, Gallos olim, cum in Græciam irrupissent, Delphos ad diripienda Delphici templi donaria sese contulisse, duce Brenno, incolasque iis occurrisse, ac tum crebra de cœlo fulmina et diviuitus ac sponte avulsa de Parnasso saxa Gallorum aciem perculisse, quorum deinde pars in Asiam trajecit, ac Galatiæ Provinciæ nomen fecit. Propert. infra III. 13. 51. huic loco lucem affert: 'Torrida sacrilegum testantur limina Brennum, Dum petit intonsi Pythia regna Dei: At mons laurigero concussus vertice diras Gallica Parnassus sparsit in ora nives.' Parnassus autem mons est Phocidis in Græcia, cujus duo vertices Helicon et Citheron esse dicuntur ap. Plin. IV. 3. Strab. Lib. VIII. Justin. Lib. XXIV.

14 *Funera Tantalidos*] In altera autem templi illius valvarum parte descripta erat historia Tantalidos, i. e. filiæ Tantali Niobes, ac ejus filiorum, qui omnes ad unum perierunt Apollinis ac Dianæ sagittis confossi.

15 *Inter matrem, interque sororem*] Latonam nimirum ac Dianam: Latona namque a Jove compressa uno partu gemellos edidit, Apollinem et Dianam, in insula Delo.

16 *Pythius*] Deus Pythius dictus est Apollo a Pythone serpente, quem interfecit; ut fabulatur Ovid. Metam. I.

Carmina sonat] Ore nimirum simul etiam et plectro. Horat. Epod. IX. 'Sonante mixtum tibiis carmen lyra.'

ELEGIA XXXII.

AD EANDEM.

Qui videt, is peccat: qui non te viderit, ergo
Non cupiet: facti crimina lumen habet.
Nam quid Prænestis dubias, o Cynthia, sortes,
Quid petis Ææi mœnia Telegoni?

Is peccat, qui te *videt; quicunque igitur nunquam te viderit, nunquam* te *desiderabit. Culpam causamque facti sustinent oculi. Cur enim, o Cynthia, ambiguas Prænestis sortes* quæris? *Cur tu vis adire muros Ææi Telegoni? Aut*

1 *Qui volet* Voss. 1. *Qui videt hæc* Dresd. *Qui te non viderat* Dorv. '*Qui te non viderit* Exc. Scal. Mentel. Borr. Groning. Leidd. Vossiani, Dorvv. Burmm. nec aliter Regg. et Colbertt. vel *qui non te viderit*, ut in Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliisque edd. [inter quas Basil. numerat Barthius, qui dicit: '*Qui non et v.* Scaliger. Mentelianus cod. et Broukh. ed. *Is qui non v.* Wakker. Amœn. Lit. p. 83. *Ægre Concupiet* vult Heins. male, judice Wakkero l. c.']. Deinde *ægre Concup.* divinaverat Heins. qui recte emendasse videtur *f. lumina crimen habent:* et sic Markl. Eleganter enim lumina dicuntur facti crimen habere. Et hinc f. paulo post vs. 26. legend. *Hoc si crimen habet, crimen amoris erit* [nobis El. 30. 24.].' *Burm. F. crimina lumen habet* exhibent B. B. B. '*Crimina l. habent* cod. Heins. unde refingit, *lumina crimen habent:* nihil opus. *Lumen* etiam in sing. poëtis ponitur pro, oculis. *Lumen habet crimina facti* eod. sensu dicitur quo ap. Juv. Sat. XIII. 209. *Carmina* Brix. solenni errore.' *Barth. Facti crimina lumen habet* doctius esse et magis poëticum pronuntiat Kuin. 'Scripti universi *Qui te non vid.* quod quominus sequamur, ordine versuum Scaligerano rejecto, nihil impedit. Nisi inepta et insolita stulte quæsivit Prop. scripsit haud dubie *f. lumina crimen habent.* Hoc omnes vidisse existimo, pauci ausi sunt dicere. Ceterum eod. alludit Neapolitanus *habent* exhibendo: ms. Scaligeri, Heins. teste, *lumina crimen habet.*' Lachm.—3 'In quinque libb. est *Prænesti.* Duo *pernosti* habent, quomodo et Veneta. Gebh. nobis architectatus est lectionem auro contra non caram, si rancor et situs sunt in pretio, *N. q. Prænestis d. he C. s.* [Damnat et Barthius.]' *Broukh.* '*Prænesti* Dresd. *Pernosti* Veneta Broukhusii: in mea nihil tale: sed in Brix. ita legitur. *Prænosti* Palat. membr. sed cod. *prenesti d. s.* [sic] *C. s.*' Barth. '*Prænesti* Perr. v. c. Mentel. duo Vat. Borr. Groning. Regg. Colbertt. Voss. 4. Dorv. 1. Ask. mea uterque, ut ex Vaticano et Farnes. etiam affert Lips. v. Ant. Lect. 20. *Pernosti* Vat. 5. in margine Voss. 3. secundus Dorv. Venet. 2. Rheg. De sor-

NOTÆ

1 *Qui videt, is peccat*] Cum nonnullis aliis Scaliger hæc conjungit cum superioribus, licet sensu longe dissimilia sint. Hac autem Elegia monet Poëta Cynthiam ut Romæ manere velit, neque in varias regiones peregrinari meditetur; quoniam nisi sit puella præsens, ac conspiciatur, non concupiscitur.

3 *Prænestis dubias sortes*] Auctoritatem elevat oraculi Prænestini, quo facilius Cynthiæ persuadeat, ut Romæ remaneat. Certum porro est sortes Prænestinas inprimis apud Romanos fuisse commendatas. Præneste vero civitas est Latii in edito loco sita; unde alta dicitur Virg. Æn. VII. Polystephanos olim vocata est:

Curve te in Herculeum deportant esseda Tibur? 5
Appia cur toties te Via ducit anum?

quamobrem carpenta te vehunt in Herculeum Tibur? Quare te jam vetulum tam

---

tibus Prænestinis vid. quæ notavit Morisotus Cent. II. Ep. 66. Broukh. ad Tibull. I. 3. 11. Gorius ad T. I. Inscript. Florent. p. 265. Saures. I. Prænestes Ant. 14. ap. quos male *Alesi* in minore vs. affertur. *Dubitas* etiam corrupte Colbertinus.' *Burm.* 'Male dictum *sortes Prænestis* pro Prænestinis. Repono *Præneste in dubias.*' Lachm.—4 Mss. damnante Burm. *Esci* vel *Esi Lethogoni* vel *Thelegoni.*—5 *Cur vatem H.* miro consensu in variis codd. neque aliter in pr. edd. *Cum vatem* Posth. *Cur autem* Vat. 5. *Curva tenus* I. Beroaldus emendand. conjecerat *Curva ten' H. d. e. Tibur?* per interrog. sed quod improbabat Perrefius. Burm. jubet nobis legere cum Heins. *Cur tus in H. te portant.* '*Curve te* in recte editur. Id ap. Mur. primum reperio. Neapolitanus *Curva te herculeum deportantes sed abitur.*' Lachm.—6 'Vix mihi eripi potest, hunc l. Nostri non in menda cubare; neque opem video, nisi a melioribus libb. Heins. legebat, sola conj. ductus, *d. anus:* id quod verum arbitror.' *Broukh.* 'Codd. habent part. *anus*, p. *anum.* Heins. testatur *anus* habere scriptos, et ita sane Guarn. quam lect. veram quoque putat V. D. in Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 105. capiens cum Markl. ad Stat. Sylv. IV. 3. 68. de via annosa, s. antiqua. Mox tamen id. rejecta hac interpr. emendat ex ingenio *te via Lanuvium.* Sed hæc emend. nimium recedit a scriptis et editis. *Anus* Heins. Advers. p. 357. prob. uti solet, Broukhusio: sed ita quoque loco τοῦ *ducit* ponend. esse *portat* vel *gestat* monet V. D. Misc. Obs. l. c. Wakkerus Amœn. Lit. p. 85. corrigit, *te, pia, ducis anus.* Variat sane Brix. in h. voce, pro *via* habens *tua.* Ingeniosiss. et elegantiss. sane est emendatio H. Relandi ap. eund. p. 86. *t. v. ducit? amas:* coll. vs. 17. Vulpius in consensu codicum jure acquiescend. pronuntiat.' *Barth.* '*Te via ducit anum* offendit non immerito viros doctos. Et tamen in hanc lect. conspirant plerique codd. et edd. vetustæ, nisi quod *te tua dicit anum* in Regg. et Colbertt. ut *dicit* etiam male in Venet. 2. Vicent. Rheg. *Anus* est in Mentel. Borr. Voss. et meo: quomodo legend. contendit Markl. ad

NOTÆ

nunc vero Palestrina dicitur nominari. Habuit olim hoc oppidum insigne Fortunæ templum; unde 'Dea Prænestina' ap. Ovid. Fast. VI. et 'sortes Prænestinæ' ap. Cic. de Divin. II. De quibus etiam ita Suet. in Tib. 63. 'Vicina urbi oracula etiam disjicere conatus est, sed majestate Prænestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum.'

4 Æsi mania Telegoni] Tusculum Latii oppidum significat, quod Telegonus, Ulyssis filius, condidisse dicitur; ut refert Ovid. Fast. III. Nunc *Frascati* vocatur. Telegonus autem dicitur Ææus, i. e. Circæus, a matre Circe, quæ dicebatur Ææa ab insula nominis ejusdem, in qua ea habitavit. Circæa etiam mons, qui quondam fuit insula, dictus Ææus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras; ut refert Servius in Æn. VII.

5 Herculeum Tibur] Tibur civitas est Sabinorum, decimo sexto ab urbe lapide, crebris fontibus irrigua, ac singulari aëris temperie commendata. Dicitur autem 'Tibur Herculeum,' quod oppidum illud Herculi fuerit sacrum: hodie dicitur *Tivoli.*

6 Appia Via] Dicta est ab Appio Claudio Cæco, qui eam stravit; ab

Hoc utinam spatiere loco, quodcunque vacabis,
Cynthia! sed tibi me credere turba vetat,
Cum videt accensis devotam currere tædis
In nemus, et Triviæ lumina ferre Deæ. 10

frequenter Appia Via deducit? Utinam hac tantum *in urbe divageris, o Cynthia, quotiescunque erit animus peregrinari. At prohibet multitudo me tibi credere, quando te voti compotem conspicit incensis facibus in sylvas discurrere, lucesque*

Stat. IV. Sylv. 4. 163. Vulpio *onus* frigidum et coactum videtur; quodque notat, tam frigidum et coactum est, ut nihil magis. Eld. excogitaverat *te via Turracinam*. Eruditi Angli *Lanuvium* non nimium abit ab edita scriptura, nam in illis *via anum* latent fere vestigia vocis *Lanuvium*, et egregie confirmari potest ex IV. 8. 14. et seqq. Inurbanitatem [τοῦ ἄστεως] excusat Dorvillius Misc. Obs. Vol. V. T. III. p. 18. 19. qui tamen eo tandem inclinat ut sibi valde blandiri profiteatur Relandi conjecturam *te via ducit? Amas:* vel *Amas?* Neque diffiteri possum elegantem et ingeniosam esse hanc conj. Britanni emendatio magis mihi genium Propertianum, Relandi Nasonianum potius referre videtur.' *Burm.* 'Onus frigidum et coactum videtur. *Lanuvium* a vulg. lect. nimis recedit. Si quid mutand. reponerem *anus*.' Kuin. Unice verum esse *anus* pronuntiat Lachm.—7 'Lips. ex Nonio reponebat *vagabis*; applaudente Dousa et [præsertim, addit Burm.] Gebh. qui tamen Lipsii non meminit. Passeratius mavult *vageris*. In septem libb. *vacabis* inveni, quod cur rejiciam, causæ nihil video. In Borr. est *vocabis*, manifesta aberratione librarii.' *Broukh.* '*Spaciare loco quocunque vageris* Venet. *Vocabis* Dresd. quod alludit ad veram lect. *vac.* quæ est in Scaligeri lib. *Quicunque vocabit* vel *vocavit* vult Heins. *Quoc. vacabis* Rheg. Ber.' *Barth.* '*Spatiare* in Colbertino, Borr. Leid. 2. Voss. 3. et meo utroque. *Quicunque* Leid. 2. *Quocunque* 1. et edd. vetustiores. *Quodcunque vocabis* Borr. *Quodcunq. vacabis* Vat. 1. Neap. Mentel. Groning. quod probat etiam Markl. *Vocaris* Voss. 4. *Quicunq. vocabit* vel *vacavit* [vid. Barth. sup.] Heins. N. Prop. p. 709. Id. in marg. ed. Ald. conjecerat *O u. s. loci* vel *loco quocunq. vacabit. Quocunq. vagaris* in aliis.' *Burm.* Kuinoelis lect. exhibent B. B. B. L.—8 '*Nam tibi* Groning. probante Schradero II. Emend. 7. p. 133. Pro *vetat* male in Neap. *vocat*.' Burm. '*Sed tibi* sententiam turbat. Scribe *nam t. m. c. t. vetat, Cum, &c.* vel, si viæ, quam ceteri libb. omn. indicant, insistere quam unius Groning. fidem sequi malis, *sic tibi*. Nolo tamen diffiteri me aliquando hæc ita legenda esse existima-

NOTÆ

urbe Roma per Campaniam Brundusium usque protendebatur; inter Romanorum vias longissima ac laudatissima fuit; unde Statius ait: 'Appia longarum teritur regina viarum.'

10 *In nemus*] Hoc est, Aricinum, nemus ad urbem Ariciam, juxta Viam Appiam, in Latio, prope montem Albanum, ubi lacus est qui speculum Dianæ quondam dicebatur. Ovid. Fast. III. 263. 'Vallis Aricinæ sylva præcinctus opaca Est lacus, antiqua religione sacer.'

Triviæ lumina ferre Deæ] Trivia Latinis dicitur Diana, Varrone teste, quod in triviis vulgo poneretur, triviisque præesset, vel quod tres facies habere fingeretur, essetque in cœlo Luna, in terris Diana, in Inferis Hecate, seu Proserpina. Diana porro in nemore Aricino, quod Strabo lib. V. vocat Artemisium, religiosissime colebatur; unde Nemorensis Diana dicta fuit, de qua Propert. infra III. 21. Istius porro templi sacerdos dicitur a Tranquillo rex Nemorensis. Huic autem Deæ vota nuncupabant mulieres; voti quæ compotes adibant nemus Aricinum faces accensas manibus gestantes; quibus venerari se

Scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus, aulæis nobilis Attalicis;
Et creber platanis pariter surgentibus ordo,
Flumina sopito quæque Marone cadunt;

Deæ Triviæ portare. Porticus nempe Pompeia, insignis tapetibus Attalicis, tibi turpis et inamœna habetur cum *columnis umbriferis; longaque ac densa series platanorum æqualiter ac simul eminentium, et aquæ quæ dormiente Marone fluunt;*

****

visse, *nam t. m. c. cura vetat, Cum video, &c.*' Lachm.—12 '*Actaicis* Guarn. F. *Actiacis* in animo habuit librarius: nullo sensu.' *Barth.* *Actaicis* et Borr. Dorv. 1. *Attaicis* Neap.—13 '*Par. pl.* Non inscite trajecit Dousa F. Juvat unus lib. Gebhardi, in quo *pl. par. urg.*' Broukh. '*Pl. urg.* Dresd. Palat. 1. sed 2. et Bon. *pl. par. urg.* quod firmat Dousæ transpositionem, Broukh. et Vulpio probatam. Lect. vulg. defendit V. D. [Dorvill.] Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 19. contra Markl. qui ad Stat. Sylv. v. 2. p. 242. sine necessitate et contra libb. mavult *Et crebri pl. par. surg. horti:* neque *creber* mutari vult in *celeber* cum Heins. sine codd. auctoritate.' *Barth.* '*Par. pl.* Leidd. tres Voss. Ask. Dorvv. mei, et pr. edd. male. Bene transposuit Dousa. *Urg.* Regg. Groning. Neap. Leid. 1. Voss. 4. unus Dorv. meus uterque, et priscæ edd. *Planis urg.* Exc. Scal. *Crebri horti* non immerito refutat, et vulg. optime vindicat Dorvill. in Misc. Obs.' *Burm.* 'Scripti, ut videtur, omnes *urg.* qui error, correctus jam a Calph. reductus a Volsco 1488. omnibus fere librariis verborum transponendorum ansam præbuit. Plerique dedere *par. pl.* Neap. *pl. creber par.* Recte solus Palat. 1. *pl. par. urg.*' Lachm. Kuinoelis lect. exhibent B. B. B. L.—14 Markl. margini ed. Græv. ascripserat legend. *Suspenso q. Anione.* Quæ conj. Burmanno videtur ingeniosa et palmaria: eamque defendit. Hunc vs. 'Nisi quis,' ait Lachm. 'olim quasi ex machina Deus

NOTÆ

Deam existimabant. Quod erudite docet Ovid. Fast. III. de Diana Aricina: 'Sæpe potens voti frontem redimita coronis Fœmina lucentes portat ab urbe faces.' Hoc idem etiam ait Propertius a Cynthia factitari, non voti causa, sed ut sub prætextu religionis et castimoniæ libidines exerceat.

11 *Pompeia Porticus*] Arcendo soli accommodata, platanorumque umbra inter columnas opacata, ut ait Horat. Epist. I. 10. Ibi potissimum æstivo tempore matronæ Romanæ spatiabantur, utpote quia ad deambulationes constructa erat ea porticus.

12 *Aulæis nobilis Attalicis*] 'Aulæa Attalica' dicta sunt ab Attalo Pergami rege, qui suum hæredem fecit populum Romanum, cujus supellex fuit splendidissima ac abundantissima, unde aulæa Attalica et vestes Attalicæ idem sunt ac pretiosissimæ, quæ primo apud Attalum sunt inventæ.

14 *Sopito Marone*] Vel sensus est: sordent tibi suntque fastidiosa flumina fontesque Romani, quorum aquæ tam levi murmure fluunt ut etiam Maronem somni parcissimum sopire possint; cum nempe juxta Maronis ædes fluat rivus: vel de Marone loquitur Propertius, quod in aquæ ductu, qua parte saliebat aqua, Maronis esset statua, qui videretur aquæ susurro sopiri, sive ille Poëta fuerit, sive Maro Homericus, de quo sermo habetur Od. IX. quod vinum 'Maroneum' dictum Ulyssi dederit, sive fuerit ille Maro vinitor optimus, Osiridis expeditionum comes, quem Osiris ætate provectum in Thracia reliquit, ut refert Diodorus Lib. I.

Et leviter Nymphis tota crepitantibus urbe,
Cum subito Triton ore recondit aquam.
Falleris, ista tui furtum via monstrat amoris.
Non urbem, demens; lumina nostra fugis.
Nil agis: insidias in me componis inanes:
Tendis iners docto retia nota mihi.
Sed de me minus est: famæ jactura pudicæ
Tanta tibi miseræ, quanta mereris, erit.

molliterque Nymphis per totam urbem susurrantibus, dum Triton repentino gurgite aquam effundit. Erras, hoc iter furtivos tuos amores declarat. O insana, non effugis urbem, sed meum conspectum. Nihil proficis, contra me vanos struis dolos; o insulsa, laqueos mihi callido cognitos obtendis. Quantum ad me minoris est damni bonæ existimationis amissio, sed tibi infelici tam magna erit, quanta

subveniat, semper obscurum fore existimo.' *Quoque* vult Livin.—15 'Groning. *lymph.* Hæ voces millies confunduntur, nec semper cum periculo. Sed hic legend. est *Nymph.*' Broukh. Assentiunt Barthius et Lachm. '*Nymph.* recte pro *lym.* quod in plurimis est codd. edidit Broukh. et passim hoc VV. DD. præferunt. Heins. autem legebat *Et pariter N. toto* vel *moto cr. orbe*, vel *mota cr. urna.*' Burm. *Tot l. lym.* refinxit Pucc. et agnoscit Ferrarii liber. —16 '*Refundit* vult Heins. eod. sensu: cf. Schopp. ad Priap. cap. 5. qui etiam vult *rore.*' Barth. '*Recondit* plerique codd. et edd. vetustæ. *Recludit* Vat. 5. *Retundit* Voss. 3. quod favet Heins. *refundit* conjicienti: vel legit *rore. Refund.* etiam præfert Patrnus meus ad Suet. Aug. cap. 78. *Qui sub.* Markl.' *Burm.*—17 'Repone *Fallor, et.* Error facilis est.' *Lachm.* —18 '*Urbe excedens* corrigit Wakker. Amœn. Lit. cap. 12. p. 87. quod (sec. ord. Scalig.) 'demens' seq. vs. recurrat, 'Quo fugis ah demens.' Sic una mutatio parit alteram.' *Barth.* Wakkeri emend. damnant Addend. ad fin. ed. Burm.—19 *Et amnes* Palat. 1.—20 '*R. magna* Dousa F. quod unde habeat scire se negat Gebh. *Cauto r. vara* vult Heins. sed et *docto* probat.' *Barth. Docto* defendit Burm. qui, '*R. magna,*' ait, 'irrepsit in ed. Græv. cum tamen nihil varient membranæ aut edd. vett. sed sic Dousa F. conjecerat, quod recte repudiavit Gebhardus.'—21 '*Minor est f.* Libet revocare lect. omnium membr. *minus est.* Lege *minus est: f.*' Broukh. qui hoc defendit.

NOTÆ

15 *Nymphis crepitantibus*] Vel hic Nymphæ sumuntur pro aquis, vel pro Nympharum simulacris, quæ vel ore vel mammis aquas funderent: nisi forsan scripserit Poëta, *Lymphis*, pro *Nymphis*, ut Horat. Epod. XVI. 'Levis crepante Lympha desilit pede.'

16 *Triton*] Deus est marinus, Neptuni tibicen et filius, poëtarum carminibus decantatissimus, cujus simulacrum in aliqua urbis parte magnam aquæ copiam ore profundebat. Fuit forsan illud signum Tritonis, sicut et Maronis, et Nympharum, inter illa signa quæ magnificis operibus a se constructis imposuit M. Agrippa, qui, ut refert Plin. Lib. XXXVI. in ædilitate sua adjecta Virgine aqua, ceteris corrivatis, atque emendatis, lacus septingentos fecit, fontes salientes centum quinque, castella aquarum centum triginta, compluraque etiam alia cultu magnifica, quibus omnibus operibus signa ærea aut marmorea imposuit, &c.

18 *Lumina nostra fugis*] Conspectum meum vitas, ne te observem. Sic Cic. Lib. Epist. ad Famil. IX. 1. 'Oculos hominum vitemus, si linguas minus facile possumus.'

Nuper enim de te nostras me lædit ad aures
  Rumor, et in tota non bonus urbe fuit.
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ;
  Semper formosis fabula pœna fuit.
Non tua deprenso damnata est fama veneno.
  Testis eris puras, Phœbe, videre manus.

tu *digna es. Nova namque de te fabula ad meas aures* perlata *me offendit, ac mala per omnem civitatem vulgata fuit. At tu non debes fidem adhibere maledicis ac invidis hominum sermonibus; vulgi rumor pulchris puellis semper fuit supplicii loco. Existimatio tua non est veneficio* apud te *reperto perdita:* o *Phœbe,* tu *testaberis* te *manus innoxias ac insontes* Cynthiæ *conspicere. Si vero una vel*

Est non comparet in Voss. 4. a m. pr. *Minor est f.* ex v. c. Scaliger edidit. *Minus est* Regg. Colbertt. et reliqui. F. distinguend. putat Burm. *Sed de me, minus est: f. F. et j.* Voss. 4. Dorvv. Kuinoelis lect. exhibent B. B. B. L. —22 *Meretur* Neap. *Mineris* Gronicg.—23 *Rumpor e.* legere Palmerium ep. Gebh. memorat Barthius. ' *Læsit* Colot. *Læserat* Dorv. 2. *Nostra me lædet* in meo 2. *Me venit* Voss. 4. et *mi* superscript. a m. recentiori: ut conjecit Heins. vel *nostras mi læserat;* qui etiam tentaverat *n. qui læderet,* vel *nostras se didit.* Guy. *illudit.* Vulg. agnoscunt priscæ edd. Vera sine dubio et Propertio reddend. est codicis Groning. scriptura *n. pervenit ad au.* cui astipulatur *me venit* in Voss. Neque aliter hic legend. censuit Wakker. Amœn. Lit. p. 88. et hoc probavit Schrader. II. Emend. 7. p. 136.' *Burm.* ' *N. pervenit ad a.* glossam sapere videtur Huschkio in Ep. Crit. ad Sant. Rectissime. Ipse conj. *præcidit ad a.* Sed nulla mutatione opus est.' *Kuin.* ' *N. me lædit ad a.* codd. plerique exhibent; sed, an Latine dictum sit, dubitari potest. Certe diversa hæc esse videntur, ' rumor lædit aures' et ' lædit me rumor.' Tum mire loquitur et qui ' rumorem ad aures' dicit, et qui ' ad aures lædere.' Quare f. proband. est scriptura, *n. pervenit ad au.* nisi quod hæc mirabilis dissensio auspicionem moveat neutram scripturam esse veram. Id suspicatus Huschkius tentavit *n. præcedit ad a.* nec male Heins. *pervadit.*' Lachm.—24 ' Interpolatam lect. *Rumpor enim* e Palatino producit Gebhardus. [Vid. ad vs. 23.] *Et rumor de te non* male affert Abramus ad Cic. pro Mil. cap. 16. p. 858.' *Burm. Fluit* Guy.—25 ' *Tu* habent libb. quod Scalig. correxit, et recep. Broukh. ne admonito quidem lectore, Vulp. et Gött. Wakkerus Amœn. Lit. p. 89. *tu* præfert, recte: sed id. *ced.* simul intrudit pro *cred.*' Barth. Sed *cred.* l. c. legere Wakkerum memorant Addenda ad fin. ed. Burm. *Te* probasse videtur Burmanno Heinsius ad Sil. XVII. 34. sed damnat Kuinoel. at exhibent B. B. B. ' *Te* Scaliger egregia et se digna emend. reposuit. F. tamen verum est, quod omn. scripti [et antiquæ edd.] habent, *tu.*' Lachm.—26 *Subit* vel *sua est* conjecerat Heins.—28 *Erit* Regg. Leid. 1. Voss. 1. Dorv. Burmanni-

NOTÆ

28 *Me lædit ad aures Rumor*] Talis rumor de Cynthia perstrinxit aures Propertii, qualis lædebat Tibullum ita scribentem: ' Rumor ait crebro nostram peccare puellam: Tunc ego me surdis auribus esse velim.' Catullus etiam dixit: ' Lædit quædam mala fabula.'

26 *Formosis fabula pœna fuit*] Formosarum puellarum crux semper fuit, ut sermonibus ac vulgi rumoribus molestis earum fama disseratur. Vulgus enim, quod formosa sit puella, parum pudicam esse dictitat, quia nimirum ' rara est adeo concordia formæ Atque pudicitiæ.'

27 *Deprenso veneno*] Non existimationem hominum amisisti, quod venefica sis, sed quod impudica. Consuevisse porro quondam matronas Ro-

Sin autem longo nox una aut altera lusu
  Consumta est, non me crimina parva movent.
Tyndaris externo patriam mutavit amore,
  Et sine decreto viva reducta domum est.
Ipsa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
  Nec minus in cœlo semper honesta fuit.

duæ noctes luxu transactæ sunt, minora me peccata non commovent. Tyndaris ob amatorem peregrinum natale solum deseruit, et absque edicto patriis Laribus est restituta. Venus ipsa, licet Martis amoribus diffamata, non minus in cœlo est

anus: et, ni male intelligimus Barthium, Dresd. *Vincere, P. manus* Perr. v. c. Vat. 1. *Vivere P.* 2. et Colot. Guy. conjecerat *Te scit enim puras Phœbus habere m.*—29 'In libb. melioribus *lusu*: quod multis modis rectius videtur.' *Broukh.* '*Luxu* Groning. Italica scriptura.' *Barth.* '*Luxu* Broukhusio impense placebat. [Quomodo hoc monstraverit Burmannus?] Sic certe Borr. Groning. Leid. 2. Voss. 1. 3. Dorv. 2. et meus uterque. *Lusu* tuentur reliquæ membr. cum Regg. et Colbertt. quod et præferend. videtur.' *Burm.* *Lusu* exhibent B. B. B. L.—31 Damnat Burmannus Vulpii *patrium*. —32 '*Decr. est v. r. d.* quidam libri. Noster autem 1. et Borr. non habent *est*: nec ego facile recepero.' *Broukh.* Nec recipit, et sequuntur Burm. et Lachm. Sed *domum est* exhibet Barth. '*Dom. est* Borr. [cf. sup. et inf.] Neap. Leid. 2. tres Voss. et mei: ut in ed. Scal. Passer. Douss. allisque. *Decr. est...dom.* Regg. Ask. Groning. ut in primis edd. et Ber. Aldd. Junt. Colin. Gryph. adeoque Broukhusius solus Borr. et sui cod. auctoritate *est* ejecit. *Sine decr.* interpp. exponunt. Ad mentem Propertii tamen longe accommodatior est ingeniosissima Santenii conj. *Et s. dedecore est*: quod vel unice confirmatur ex seqq.' *Burm.* Damnat Kuinoel. hanc conj. et vulg. edendit.—33. 34. 'Elegans est Francii restitutio, *Num minus*, cum interrog. nota.' *Burm.* qui eam multis defendit. '*Nunc m.* ed. Broukh. f. vitio operarum: namque ipse commendat *Num m.* Qua tamen recepta vox 'semper' laborat.' *Barth.* 'Revocavi veram lect. *Num m.* ut recte in ed. 1. dederat Broukh. pro quo male *Nunc m.* in 2. licet sic in Leid. 2. Voss. 1. 3. uno Dorv. et meo utroque. *Non m.* Vat. 1. 2. 5. Perr. v. c. *Nec m.* in vetustioribus edd.' *Burm.* Necessitatem τοῦ *Num m.* non perspicit Kuin. 'Veram scripturam unus omnium

NOTÆ

manas exercere veneficia testes sunt Val. Max. Lib. XI. et Livius Lib. VIII. qui veneficii damnatas olim fuisse referunt ad 170. quo tempore primum Romæ lex de veneficiis fuit instituta.

28 *Testis eris, Phœbe*] Rerum humanarum Solem arbitrum testatur, utpote qui 'terrarum flammis opera omnia lustrat.'

31 *Tyndaris*] Helena Tyndari, Œ, baliæ regis, filia, Alexandrum, qui et Paris, peregrinum et hospitem, Menelao conjugi prætulit adulterum, quem etiam relicta patria in Phrygiam secuta est.

32 *Sine decreto*] Post mortem Paridis expugnationemque Trojæ Menelao conjugi patriæque restituta est Helena; ita tamen ut summo jure non sit actum cum illa: siquidem legibus cautum erat, ut qui se in aliam civitatem contulissent, propriæ civitatis jus amitterent, neque possent patriæ restitui sine decreto, aut lege populi, vel judicis edicto.

33 *Venus, corrupta libidine Martis*] Nota sunt cum Marte Veneris adulteria, de quibus Ovid. pluribus in

Quamvis Ida Parim pastorem dicat amasse,
Atque inter pecudes accubuisse Deam:
Hoc et Hamadryadum spectavit turba sororum,
Silenique senes, et pater ipse chori;

honorata. Quamquam Ida prædicet opilionem Paridem amavisse, Divamque ipsam cum ipso *inter greges concubuisse. Illud etiam multitudo sororum Hamadryadum conspexit, Silenique vetuli,* eorumque *cœtus dux ipse* Bacchus; *cum quibus,*

noster cod. [Neap. sc.] servavit, *Ipsa V. fertur....Nec m. Quamvis* ex seqq. in h. vs. irrepsit. Ceterum Valckenaer. ad Fragm. Elegg. Callimachi corrigit, *correpta.* Nihil muto.' *Lachm.*—35 'Mallet Heins. *Dardanium* vel *Idæum past.* quod Œnone non possit Dea vocari. At etiam Nymphas in Numinibus numerat Jupiter ap. Ov. M. I. 192.' *Barth.* 'Q. *te Ida Pari* Perr. v. c. Colot. et Vat. 2. unde mendum latere suspicabatur Heinsius: nam, quod ad Œnonen referant interpretes, ei displicebat, quæ Dea minus recte appelletur, cum Nympha fuerit, Cebrenis fl. filia. Itaque ad Venerem, quæ in Ida Anchisen amaverit, respici putabat, conjectabatque *Dardanium* vel *Idæum.* Sed quid fiet τῷ 'dicat,' quo enim illud referri sic poterit, si *Dardanium* vel *Idæum pastorem* admittamus? Substituend. esset Q. *Ida nocum:* ut *nocum pastorem* vocet Anchisen, oppositione Paridis, qui in Ida monte arbiter Dearum sedit, et *Parim* librariis suggesserit Idæ mentio, ideoque *nocum pastorem* ex glossa marginali explicuerint *Parim.* Hinc *Phrygen* conjecerat Schraderus. Certe ad Venerem Deam, non ad Œnonen, hæc referenda.' *Burm.* qui post quædam loca citata sic tandem loquitur: 'Hæc Heinsianæ conjecturæ suffragari possent: sed falsam esse ejus opinionem, Nymphas non posse Deas dici, censebat Ruhnkenius, idque plurimis Veterum locis refelli et monumentis antiquis; adeoque Parin hic intelligend. et a conjecturis abstinend. arbitrabatur.' Ast. p. 49. legebat *Pegasi, te Ida P. p. dicit a. A. i. p. a. Deæ* vel *Deam.* 'De Œnona hic cogitand. non esse, vel sola orationis structura docere poterat, nisi probaretur Marklandi conjectura scribentis in vs. 39. *Num minus* pro *Cum quibus.* At omnia ad Venerem referenda esse Valckenaerii diligentia ostendit ad Callimachea p. 72. Sed eid. auscultare noli male tentanti Q. *I. beam.* Recte enim de Venere Q. *I. Parim, &c.* quod unus Theocritus tribus minimum quatuorve locis confirmat. Ceterum *Parim* an *Parin* scribend. sit, dubium est. 'Parin' posuit Ov. Rem. 457. Neap. habet *Pari,* ambigue; neque aliter, si recte memini, III. 1. 30. sed *Parim* III. 13. 63. quod ibi saltem et nostro in l. præstare puto, cum utrobique *m* pronuntiari litera ꝑ, quæ sequitur, postulet.' *Lachm.*—36 *Huicque int.* conjecerat Heins. dura elisione, pronuntiante Burm. qui addit: '*Accub.* simpliciter dictum f. ei displicebat: quod tamen ap. Nostr. non sine exemplo est.'—37 *H. etiam* Dresd. Dorv. 1. Ask. *Amadriad.* Borr. Burmm. *Speciarit* correxerat Markl. *Dearum* pro *sororum* Borr.

NOTÆ

locis, maxime vero Metam. IV. ubi legitur Venus cum Marte adultero retibus tenuissimis a conjuge Vulcano deprehensa.

35 *Ida Parim*] Quamvis Ida, mons Phrygiæ, juxta Trojam, testetur Parim Nympham Œnonen adamasse, tamen Hamadryades, Sileni, et ipse etiam Bacchus, qui hos amores spectaverunt, Œnonen Nympham minus honestam non habuerunt. Œnone porro Nympha fuit montis Idæ, cujus extat inter Ovidianas ad Paridem, quem amavit, Epistola.

37 *Hamadryadum turba*] Hamadryades et Dryades Nymphæ sunt sylvarum præsides, Œnones Nymphæ sorores.

38 *Silenique senes*] A Sileno, Bacchi nutritio, omnes ejusdem Bacchi

Cum quibus Idæo legisti poma sub antro,
  Supposita excipiens, Nai, caduca manu.
An quisquam in tanto stuprorum examine quærit,
  Cur hæc tam dives? quis dedit? unde dedit?
O nimium nostro felicem tempore Romam,
  Si contra mores una puella facit!
Hæc eadem ante illam impune et Lesbia fecit.
  Quæ sequitur, certe est invidiosa minus.

o *Nai, in spelunca Idæa poma cadentia subjectis manibus recipiens collegisti. Numquid aliquis in tam numerosa stuprorum multitudine inquirit, quare ista tam opulenta sit? quis* ipsi tot divitias, et *unde largitus sit? O nimis beatam Romam ætate nostra, si contra communem agendi rationem unica puella se gerat! Eadem hæc* omnia *ante illam impune patravit etiam Lesbia; quæ sequitur* alterius

---

Burm. 1. In pr. edd. sic olim edebatur, *H. et Hamadriad. spectabit t. s. Silenique senis: et p. t. tori:* et sic etiam Regg. *Esse ch.* Borr. *Sollemusque....tori* Ask.—39 *Num minus I.* Markl. conj., quam certiss. esse restitutionem ascripserat. Ita f. legend. putat Ast. p. 49. et, Mihi certe, ait Burm. ea valde etiam blanditur.—40 '*Nauta dona* Palat. 1. *Naica dona* Bon. Dresd. edd. vett. *Nai, caduca* est a Scalig. probantibus Passeratio, Livin. Broukh. Vulp. Solus Heins. intercedit, et vult *cadiva* eod. sensu, vel *Naica Diva* non bene.' *Barth.* '*Referes* pro *exc.* Exc. Scal. *Naica dona* Regg. tres Voss. Dorvv. mel, et ceteri fere omnes. *Accipies* Ask. *Exceperas* ed. Græv. Scaliger, probante Livin. emendavit, *Nai, caduca*, et per *Naida* etiam Œnonen intelligit, ut et Passeratius. In nonnullis Mss. *Naica Diva*, unde *Nai, cadiva* conjecerat Heins.' *Burm.* qui *caduca* defendit, et censet f. emendari posse *excipiens, Diva, c. m. Nai* tamen dicit servari posse, si de Œnone capiatur. *Nai* proband. existimabat etiam Sant. et sic legit Ast. Lachmanno probatur *Naica dona.*—41 '*Stuprorum* est lect. omnium libb. etiam Scal. Broukh. Vulp. Unica Gött. *studiorum* legit, haud scio an vitio operarum [Credo, ait Kuin. operarum incuria:] *Stupra* nimirum sunt, ipsæ fœminæ stupratæ.' *Barth. Superorum* marg. Voss. 4. *Stultorum* Ferrarii liber. *Ex agmine* unus Burm. aliique Mss. et pr. edd. unde Franc. *An q. t. stuprorum ex agm. Examine* defendunt Addenda ad fin. ed. Burm. Boltius in Sylv. Crit. p. 76. legit *Et q. in t. stuprorum.*—42 *Quid ded.* Dorv. 1. An *qui d.* quærit Burm.—45 '*H. e. hæc ante ill.* Ignoscant

NOTÆ

comites et ministri dicti sunt Sileni. Diodorus Lib. IV. Biblioth. 'Dicunt subsidium Dionysio tulisse Nysiorum nobiliores, quos a primo eorum rege Sileno Silenos vocant.'

Pater ipse chori] Turbæ dux et princeps, ut 'pater cœtus,' dixit Horatius. Bacchum voluit significari, qui veteribus est habitus Silenorum, Satyrorum, Nympharum, et Naiadum dux et princeps, ut docet Strabo.

40 *Nai*] Nais est Œnone Nympha.

41 *Stuprorum examine*] In tanta adulteriorum multitudine in dies identidem succrescente.

44 *Contra mores*] O quam felix esset, inquit, Roma, si sola Cynthia contra leges, disciplinam, et instituta civitatis peccaret! sed et innumeræ aliæ idem peccant.

45 *Lesbia fecit*] De Lesbia, Catulli nostri quondam amica, abunde dixi-

Qui quærit Tatios veteres, durasque Sabinas,
Hic posuit nostra nuper in urbe pedem.
Tu prius et fluctus poteris siccare marinos,
Altaque mortali deligere astra manu, 50

exemplum, *profecto minus est vituperanda. Quicumque* vero *priscos Tatios severosque Sabinos requirit, ille recens se contulit in urbem nostram. Tu vero potius aquas æquoreas poteris exhaurire, ac sublimia sidera mortali manu deripere,*

mihi Manes Scaligeri: non placet hæc fultura, quatuor synalœphis horrens. Mollius libri, quanquam cum hiatu: *H. e. aute i.* Nihil frequentius poëtis antiquis fuisse, docent passim exempla.' *Broukh.* Assentiunt Kuin. et Barthius, qui memorat edd. Colin. et Grass. habere *H. e. ant. i. atque imp. L. f.* '*Ant. i. jam imp.* inseritur in Leid. 2. Voss. 1. 3. F. non male: licet hiatum hic prætulerit Burm. sed improbante, et alterum [sc. *H. e. ant. i. imp. et*] præferente Schradero Emend. p. 136. et seqq. In Exc. Scal. *H. imp. ant. ill. imp. et.*' Burm. 'Hiatus literæ *m* in arsi, nisi accedente interpunctione, non videtur ferri posse. Ideo legend. conjicio *H. eademque ant.* Nam Italorum et Scaligeri emendationes nemo probabit serio.' *Lachm.*—47 'Passeratius dicit in quibusd. libb. legi *Tulios;* unde ipse pro vera lect. nobis architectatur *Tulos:* frustra: [Id. declarat Barthius:] nec quicquam mutant nostri libb. Deinde scribend. *durasque Sabinas* jam monuerunt Dousa P. et Heins.' *Broukh.* '*Queritur* perperam Leid. 2. Dorv. 2. *Tucios* Mss. unde vitiose *tacitos* Neap. et Ask. *Durosque Sabinos* [Dresd.] Leid. 2. tres Voss. Dorvv. et mei, primæ aliæque vetustiores edd. quod defendi posset ex Virg. II. G. 532. *Drusosque Sabinos* marg. Voss. 3. sed *duros Sabinos* emendavit Heins. ad Ov. II. Amor. 4. 15. et N. Prop. p. 710. Pro *Tut.* Schradero I. Obs. 7. et Emend. cap. 7. p. 138. reponend. placebat *Latios. Latios* tamen simpliciter poni pro Latinos, non addito 'matronas,' vel sim. vellem exemplis Veterum firmari.' *Burm.* Alii *Salios* ap. Passerat. memorantibus Addendis ad fin. ed. Burm. '*Durosque S.* scripti: sed alterum rectius est. Schraderum puræ Latinitatis lege recte postulat Burmannus.' *Lachm.*—48 'Omn. libb. habent *pedem*, quod verum est: non *locum.*' Broukh. *Locum* ed. Scal. In Regg. et Colbertt. *pedem*, licet pro varia lect. in iisd. *sedem. Pedem* recte tueri Broukhusium statuit Burm. *Qui pos.* unus Colb. *Hac pos.* Voss. 1. 3.—49 *Pontis* Posth. inepte, judice Barth.—50 'Conjeceram *deripere:* sed *delig.* suum servet l.' *Burm.*—52 '*Is*

NOTÆ

mus in notis ad Catullum, quam impudicissimam falsæ docent hi Catulli versus: 'Nunc in quadrivils et angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.' 'Cum suis vivat valeatque mœchis, Quos simul complexa tenet trecentos.'

46 *Quæ sequitur*] Quæ, inquit, alterius exemplo peccat, minus invidiæ et offensionis contrahit; sed majore malo mactanda Lesbia est, quod et peccato et exemplo suo Romam et Remp. vulnerarit ac violarit.

47 *Tatios veteres*] Qui quærit, inquit, in puellis Romanis castimoniam illam ac sanctitatem quæ fuit olim in gente Sabinorum, quorum rex fuit Tatius, is videtur urbis Romæ mores, ut omnino peregrinus et hospes, ignorare; cum nullæ fere sint matronæ, quæ non laborent impudicitia, ac adulteriis non operentur. Tatius autem Sabinorum rex fuit, qui cum Romulo suum sociavit imperium; ut referunt Livius aliique scriptores.

Sabinas] Sabini fuerunt populi Latii non procul ab urbe Roma, qui in unum simul regnum cum Romulo coaluerunt.

Quam facere, ut nostræ nolint peccare puellæ.
  Hic mos Saturno regna tenente fuit,
Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
  Et post antiquas Deucalionis aquas.
Dic mihi, quis potuit lectum servare pudicum? 55
  Quæ Dea cum solo vivere sola Deo?
Uxorem quondam magni Minois, ut aiunt,
  Corrupit torvi candida forma bovis.
Nec minus ærato Danaë circumdata muro,
  Non potuit magno casta negare Jovi. 60

quam efficere, ut nostræ femineæ crimen admittere non cupiant. Viguit ista consuetudo regnante etam *Saturno, ac quando Deucalionis diluvium terras inundavit, ac* etiam *post priscas Deucalionis inundationes.* Oro, *narra mihi, quisnam potuit torum castum custodire? quænam Diva* sustinuit *una cum uno Divo vitam ducere? Olim, ut referunt, pulchra figura tauri sævi magni Minois conjugem ad crimen pellexit. Neque etiam Danaë turre ænea inclusa valuit magno Jovi resistere.*

---

mos: melius quid. libb. rejecta litera sibila, *Hic m.*' Broukh. '*Is* Brix. Venet. Aldd. cet. ingrato sibilo nimis sæpe recurrente.' *Barth. Is* Burm. 2. aliique: quod damnat et Kuin. *Hic* unus Colb. Borr. Colot. Vat. 1. 2. Neap. Groning. ceterique. *His* Dorv. 2. Punctum collocabat Dousa post h. vs. Vid. et Schrader. Emend. p. 138.—53 'Post Beroaldum, qui *At cum*, Schradero consentiente, dedit, et post alia aliorum conamina Valckenaërius ad Elegg. Callim. ita tentavit: *Hic m. S. r. t. fuit: Sed, cum, &c. Et p. antiqui D. aquas, Dic mihi, &c.* Quid vero, si Poëta ipse, quem in ordinem gestiunt cogere, accuratior criticis fuit?' *Lachm.*—54 *At post* Burm. 1. Optime, Burm. judice, correxit Markl. *antiqui.* Dousa P. interpungend. judicabat *Et p. antiquas D. aquas Dic, &c.* quod non necessarium videtur Burmanno, qui neque opus esse censet cum Vulp. corrigere, *At cum*, in vs. 53.—58 Damnat Barth. *Corripuit*; quod habent cod. Scal. Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. Voss. 4. Leid. 2. in marg. et Ask. *Corrumpit* Voss. 1. Dorv. 2. *Corrupit* in reliquis et Burm. 1. idque recte præstulisse Heinsium pronuntiat Burm.—60 *Clausa* Franc. ut in suo lib. conjecerat Broukh. sed quod in Notas non retulit.

NOTÆ

52 *Saturno regna tenente*] Dum Saturnus regnaret, aureum fuit sæculum, quo castas fuisse puellas docet Juvenal. Sat. VI. 'Credo pudicitiam Saturno rege moratam In terris, visamque diu.' Sed jam, ut ait Ovidius, pulso Saturno, exulat et pudicitia: 'Saturnus perlit, perierunt et sua jura.'

53 *Deucalionis aquæ*] Post pulsum Saturnum duo dicuntur fuisse diluvia; alterum Ogygium dictum, quod Ogyge apud Thebas regnante accidit; alterum Deucalione apud Thessalos imperante, de quo videais Ovid. Metam. I.

57 *Uxorem Minois*] Pasiphaën intelligit, quæ taurum fertur adamasse, de qua jam supra pluribus, ac sæpius.

59 *Danaë*] Acrisii, regis Argivorum, filia, cujus pater cum monitus esset, fore ut a nepote occideretur, filiam munitissima inclusit turri; sed Danaës amore captus Jupiter in imbrem aureum sese convertit, ac per tegulas in puellæ gremium se demisit. Ex quo concubitu

Quod seu tu Graias, seu sis imitata Latinas,
Semper vive meo libera judicio.

Itaque sive sequaris exemplum Graiarum, sive Sabinarum, semper mea sententia vive libera.

Livineii *manere* damnat Burm.—61 'Male correctores inficeti *seu sis* im. ac. ut staret versus. *Sabinas* Douss. male.' *Broukh. Sive es* exhibent B. B. qui tamen videtur dubitare an illa lect. sit vera, et loca, quibus defendit eam Broukhusius, non facere ad eam stabiliendam monstrare studet cum Barmanno. Hæc præterea monet Barthius: '*Quod seu* vult Livin. et ita etiam legi Passeratius testatur, et expressit ed. Græv. *Tuque es* im. Postb. Palat. 1. Guarn. Dresd. Brix. *Sive es* im. edd. Scal. Broukh. Gött. *Seu sis* expressit Vulp. in sua ed. cum Aldd. cett. etiam *Leid. Sabinas* ed. Græv. Vulgatam defendit Markl. ad Stat. Sylv. p. 344.' '*Seu sis* Propertio reddidi. Fatendum quidem in Exc. Scal. Borr. Neap. Leid. 2. tribus Voss. Ask. Dorvv. et meo 1. ut in Vicent. Venet. 2. Rheg. legi *tuque es* im. quod ex Palatt. et C. Com. profert Gebh. Sed jam correctum fuit hoc vitium in Velsci, [ed. 2. Barthio monente,] Ber. Aldd. Junt. Colin. Gryph. Rouill. aliisque edd. in quibus excusum inveni *seu sis:* et malleni cum Heins. *Quod seu tu Graias, seu sis* im. *Mitata* Lesd. 2. duo Voss. An f. voluit descriptor *mirata?* Certe *es mirata* hic præfert Schraderus Emend. VII. p. 140. Franc. conjecerat *Seu tu sis Graias, seu sis* im. vel *Tu, seu sis Graias.* Merito lect. illam *sive es* im. vel *seu es*, genuinam esse dubitavit magnus Voss. II. de Art. Gramm. cap. 31. p. 290. Et nollem Broukh. eam defendisset. Male J. B. Pius in Annot. Pestor. cap. 150. ancipitem esse syllabam contendit. Douss. aliisque edd. *Sabinas*, quod derivatam ex vs. 47. *Latinas* tuentur membr. vett. cum primis et vetustioribus edd. et sic Palatt.' *Burm. Quod seu* et *seu sis* defendit Kuin. Reponit Lachm. *Quod si tu Graias aquas imitata Latinas.*—62 'Nisi contra interpretum mentem ita accipimus hunc vs. ut Cynthiam judicio ac reprehensione Propertii liberam fore intelligamus, non *meo* legend. erit, sed *tuo.*' *Lachm.*

NOTÆ

gravida effecta Danaë Perseum peperit, qui postea, ostenso Medusæ capite, Acrisium avum in saxum convertit. Significat autem Poëta nullam esse puellam tam sanctam, tamque probe munitam, ac diligenter observatam, quæ non polluatur: quandoquidem et Græcæ et Latinæ matronæ libidinibus et adulteriis corruptæ sunt.

ELEGIA XXXIII.

AD CYNTHIAM.

TRISTIA jam redeunt iterum solennia nobis:
Cynthia jam noctes est operata decem.

Sacra mœsta nunc rursus ad nos recurrunt; nunc Cynthia per decem noctes rem

De Iside Ægyptiorum Dea inscribitur in Borr. et Burm. 1.—1 Tum Brix. et

Atque utinam Nilo pereat quæ sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausoniis.
Quæ Dea tam cupidos toties divisit amantes,
Quæcumque illa fuit, semper amara fuit.

fecit divinam. At utinam pereat Inachis, quæ ex *Nilo tepido fœminis Ausoniis* ista *sacra misit. Diva, quæ tam sæpe amantes adeo ardentes distraxit ac separavit, semper molesta crudelisque fuit, quæcumque* tandem *illa fuit. Tu quidem, o Io, in*

Venet. ap. Barth. *Redeant* Guy. Damnat Burm.—2 *Novem* Vat. 5. Dorv. 2. Et hoc damnat Burm.—3 *Per. N.* Groning. Borr. Colbertt. Vat. 5. Dresd. Leid. 2. Voss. 3. 4. Ask. Dorvv. Burmm. *Pereant* Neap. *A. u. pereat, Nilo quæ &c.* Heins. sed ita, ut edidit Bronkh. qui cum Barth. Burm. Lachm. Kuinoelis expressit lectionem, præfert Dorvillius in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 22. Damnat *repente* Burm. quod in Palatt. et C. Com. *Tepenti* Vat. 5.—4 *Ausit* unus Dorv. *Inachus* Borr. Burmm.—5 Pro *Dea* Guarn. *clam.* Pro *tam* Passeratius *jam.*—6 *S. iniqua f.* Voss. 3. marg. 'Hunc l. rectius interpungendo [sc. minimum punctum pro maximo ponit ad fin. vs. 4.] ex parte adjuvimus. Nihil tamen affirmamus de veritate lectionis: nam ea verba *Q. illa fuit*, intelligere nullo modo possum. Nos legimus *Q. illa fuit, s. amara fuit.*'

NOTÆ

1 *Tristia jam redeunt*] Solennia sacra Isidis, quæ quotannis semel celebrabantur, Deamque ipsam detestatur Poëta, quod cum his operaretur Cynthia, solitis amplexibus frui non liceret. In sacris enim Isidis et Cereris matronæ Romanæ secumbebant, plurimumque dierum castimoniam observabant. Ovid. Amor. III. 10. 1. 'Annua venerunt Cerealis tempora sacri: Secubat in vacuo sola puella toro.'

Solennia] Sacra sunt, quæ certis anni temporibus, singulisque annis fieri solent.

2 *Noctes est operata decem*] Operari vocabulum est religioni sacrum, idemque est ac sacris operam dare, rem sacram facere, ac Deos religiose colere. Unde et Tibull. II. 5. 'Tunc operata Deo pubes discumbet in herba.' Decem autem noctes sacris Isidis operatur Cynthia, quia totidem dierum castimonia in illis, sicut et in Cerealibus et Bacchanalibus, opus erat. Festus: 'Denariæ vel tricenariæ cærimoniæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat.'

3 *Nilo pereat*] Nilus Ægypti fluvius, qui hoc in loco pro Ægypto ponitur. De hoc jam sæpius.

4 *Inachis*] Dicta est Io, quæ et Isis, ab Inacho primo Argivorum rege, cujus filia fuit; quæ cum fuisset a Jove vitiata, ac in vaccam conversa, Junonis odio tantopere fuit exagitata, ut nusquam posset consistere, donec in Ægyptum transvecta formam priorem recepit, Isisque dicta est, ac tandem divinos cultus ac honores consecuta. Romæ templum habebat in campo Martio, juxta Ovile, ut docet Juvenal. VI. 528. 'Ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit Ovili.'

Matronis Ausoniis] 'Ausoniæ matronæ' sunt Italæ, Latinæ, Romanæ. Ausonia namque dicta est Italia. Virg. Æn. IV. 'Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est?'

Tu certe Jovis occultis in amoribus, Io,
  Sensisti, multas quid sit inire vias,
Cum te jussit habere puellam cornua Juno,
  Et pecoris duro perdere verba sono.
Ah! quoties quernis læsisti frondibus ora!
  Mansisti stabulis abdita pasta tuis!
An, quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
  Jupiter, idcirco facta superba Dea es?
An tibi non satis est fuscis Ægyptus alumnis?
  Cur tibi tam longa Roma petita via?
Quidve tibi prodest, viduas dormire puellas?
  Sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt:

asseratis Jovis deliciis experta es quid sit multa confecere itinera, longasque inire peregrinationes, quando Juno coëgit te puellam cornua induere, ac vocem humanam et loquelam aspero mugitu bovis amittere. Heu! quam sæpe quernis foliis faciem tuam violasti, tuisque in stabulis pabulata remansisti occulta. Num ideo facta es Dina feræ et arrogans, quia tuus ille Jupiter belluinam faciem adsumit tibi? Nonne tibi sufficit Ægyptus atris incolis? quare tibi Roma tam remota regio petita est? Quid te nempe juvat puellas sine viris secubare? At, crede mihi, iterum tibi cornua

Lachm.—7 *T. e. in J. o. a.* Dresd.—8 *Longas* id. *Obire* Franc. Nec improbat Burm.—9 '*Corn. cum J. te jus. hab. pu.* Heins. Ergo non sensit suavitatem compositionis hiulcæ, bovem modo currentem, modo subsistentem pingentis; et tamen magnus criticus fuit, et sospitator poëtarum!' *Barth.* Vulg. quoque defendit Burm. similesque versuum structuras.—10 'Commodius videtur *pecudis:* nec tamen secedend. a libb. cum sic loquantur plures.' *Broukh.* Cur igitur protulit? quærit Barth.—12 *M. et st.* Heins. sed repetend. ex vs. præc. 'Ah quoties,' multis astruit Broukh. *Abd.* voces conjecerat Markl. quod amplectitur Burm. Non tamen in textum recipit. 'Scribend. esse *M. ut st.* rejicienda autem esse Heinsii ac Broukhusii commenta, id intelligere possunt, qui 'multas inire vias' vs. 8. recte ceperint. Pudet me primum omnium interpp. illa in obscœnum sensum trahere, quem explicat Passeratius ad vs. 22. sed pudorem veritas vincit.' *Lachm.*—13 *At* Bon.—15 *Fusis* damnat Burm. quod habent Regg. primæ edd. et Volsci, qui *nigris* tamen in Notis exhibet.—16 *Jam* Gött. *Via est* Aldd. cett.—17 *Quid tibi, quid pr.* ex suo cod. Scaliger in context. recepit, eumque secutus Broukh. sed

NOTÆ

9 *Te jussit habere cornua Juno*] Quando nimirum te, metu Junonis coactus, Jupiter in vaccam convertit. Vide Ovid. Metam. I.

11 *Quernis læsisti frondibus*] Duro scilicet pabulo puellæ, cui remanserant ora tenera, licet mutatæ in juvencam.

12 *Mansisti stabulis*] Postquam inclusa in stabulis paternis pasta remansisti.

15 *Fuscis Ægyptus alumnis*] Sufficere tibi debent, o Isi, cultores Ægyptiaci, nec fuerant Romanæ puellæ ad tua sacra solicitandæ. Fusci dicuntur Ægyptii, quod ardore solis adusti facie sint subnigriori.

17 *Viduas dormire puellas*] H. e. seorsim a viris solas secubare, non autem maritis omnino orbatas.

Aut nos e nostra te, sæva, fugabimus urbe:
Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.
At tu, quæ nostro nimium placata dolore es,
Noctibus his vacui ter faciamus iter.

reddentur; vel nos, ϙ crudelis, e nostra te civitate ejiciamus. Nulla fuit unquam *amicitia Nilo cum Tiberi. Sed tu, quæ plus satis meo malo* debes *esse placata, ter viam peragamus noctibus istis vacui. Non attendis, voceaque meas* tu *pateris irritas*

omnium scriptorum et excusorum libb. auctoritatem uni cod. prætulit Burmannus.—18 F. corrigend. *Sic t.* putat Burm.—19 *At* Dorv. 1. *Sæva* Voss. 2. Burm. 1. C. Com. quod hic Isidi potius convenit, quam *sæva*, censente Burm. *Fugavimus* Burm. 2.—20 'In omn. libb. *fuit:* quod possis exponere: Nullo unquam tempore bene convenit Tibridi cum Nilo.' *Broukh.* '*Fuat* illud Scaligeri ferreum vocat Broukh. ad Tibull. 1. 1. 67. licet hic illud ipsum in textum admittat cum eod. non tamen sequente ed. Leid. *Nulla tuo est* vel *sui est* vult Heins. N. Prop. coll. Advers. p. 357.' *Barth.* '*Fuit* restitui ex omn. codd. et edd. vetustis. Solus Scaliger *fuat* legend. jussit, quod in Notis probasse videtur: sed vellem non mutasset sententiam. In prima Comment. sui *ἰχνογραφίᾳ* sequentia notaverat: '*Fuit* noster Ms. et Gebh. Semper mihi displicuit illud *fuat*. Neque satis assentiri possum Scaligero, qui ex h. ipso l. *fuat* legi jubet ap. Tibull. 1. 1. 67.' Recte *fuat* edentem Broukh. etiam improbavit eruditus Anglus in Misc. Obs. Vol. II. T. I. p. 107. Heinsius N. Prop. p. 710. forte, ut *fuat* ejiceret, conjecerat *tuo est:* sed veterum codd. et edd. consensui acquiescamus.' *Burm. Fuit* exhibent Barth. Burm. Lachm.—21 *Aut* Regg. et priscæ edd. '*Dolori* Scaliger [quem secutus est Burm.], licet *dolore* omn. fere codd. cum vetustis edd. Sed præfero conj. Heinsii, *nim. implacata dolori es*, vel *impac. Pacata* Markl.' *Burm.* 'Potius est, ut revocata scriptura *dolore* cum Heins. reponatur *implac. dolore es.* Si quis hos vss. a præcedd. separandos censeret, non reprehenderem.' *Lachm.*—22 '*Refaciamus* est Scaligeri restitutio: quam qui tam operose convellunt, debebant nos docere auctoritatibus non refellendis *iter facere ter* significare, tria gaudia sumere, sive ter concumbere. *Refacere* antique pro, reficere. Neque enim in compositis semper mutabant sonum vocis simplicis.' *Broukh.* '*Ter f.* omn. libb. tam scripti, quam impressi. *Ref.* recep. Vulp. Broukh. Gött. Ed. Leid. tamen prætulit *ter f.*' Barth. 'Hic quoque Scaligeri unius auctoritatem secutus est Broukh. cum tamen in omn. codd. et vetustis edd. legatur *ter f.* ut edidi: idque prætulit Gebhardus, meritoque irridet absurdissimam Palmerii conjecturam, *rem f. item*. Ad h. l. notavit Jan. Gruterus XVII. Suspic. inedit. 10. 'Novi amicum, qui malebat, sed prudenter admodum, *Perficæ eamus iter.* Arnobius IV. (p. 131.) 'Etiamne Perfica est una e populo Numinum, quæ obscœnas illas et luteas voluptates ad exitum perficit.' Allusit f. Martialis III. 79. Verum hæc quisquam merito æstimaret acutius dici quam verius.' Sane illud *Perficæ eamus iter* tam erudite ineptit, ut hoc ipse fastidiret Propertius. Quod *ref.* Broukh. tueatur, miror, cum verbi huj. sic positi exemplum simile ap. ullum poëtam dari posse dubitem; licet ita etiam in marg. lib. sui correxerit Marklandus. Quæ vero pro prima in 'refacere' producta affert Scaliger, et pro secunda 'refacere' pro, reficere, Bronkhusius, hic aliena sunt, et indicta vellem, quia Veterum auctoritate destituta sunt. *Rite teramus* conjecerat Withofius, vel *rite iteremus iter:* sed prius præferebat. Idem antea cogitaverat scripsisse Auctorem *exfaciamus iter:* i. e. sæpe teramus: sed Poëta, ni fallor, invito. *Ter f. iter* præfert etiam Modius in Novant. Lect. Ep. XVIII. p. 82. et hoc defendunt Passeratius et Gebhardus contra Scaligeri et Palmerii conjecturas; et sic fere Beroaldus et Volscus. Sed veram et simplicissimam lect. arbitror, *perficiamus iter.*' Burm. *Ter f.* exhibent Barth. Burm. Lachm.—

Non audis, et verba sinis mea ludere; cum jam
Flectant Icarii sidera tarda boves.
Lenta bibis: mediæ nequeunt te frangere noctes.
An nondum est talos mittere lassa manus?
Ah! pereat quicumque meracas reperit uvas,
Corrupitque bonas nectare primus aquas.

cadere, cum tamen *jam Icarii boves astra pigra flectant. In amore meo frigida sine me celebras convivia: nec mediæ* etiam *noctes te possunt infringere. Nonne adhuc aleas et tesseras jacere manus* tua *fatigata est? Ah intereat, quisquis ille fuit, qui merum invenit vinum, et prior aquas innoxias nectare vitiavit. O Icare,*

---

23 '*Me* Heins. ad Val. Fl. p. 391. recte.' *Broukh.* 'Vulgatam defendit El. 25. 27.' *Barth.* '*Me* minime displicet; et sic affert B. Pius ad Lucret. IV. 25. quamvis *verba ludere* possint dici, ut El. 25. 27.' *Burm.*—26 'Groning. et Veneta *At*, quod esset increpantis.' *Broukh.* *An* exhibent B. B. B. L. *At* Mentel. Voss. 4. Brix. *Lenta* pro *lassa* Exc. Scal.—28 *Novus* Dorv. 2.—

NOTÆ

24 *Icarii boves*] Sunt Septemtriones, qui Ursam flectunt: septem enim stellæ quæ plaustrum efficiunt, septem sunt boves, quæ triones dicuntur a terenda terra. Bootes vero, qui et Arcturus, et Arctophylax, plaustrum agere dicitur. Icari porro fabula sic fertur. Icarus, pastor Atticus, accepit a Baccho vinum venale deportandum, cum ea cautione, ut præciperet illius adhuc ignorantibus usum, ut parce biberent: pastores autem, vini sapore delectati, ad ebrietatem usque biberunt; unde cum putarent non vinum, sed venenum sibi porrectum ab Icaro fuisse, Icarum interfecerunt, ac in puteum dejecerunt. Jupiter, Icari casum miseratus, ipsum inter sidera collocavit, quem deinde Booten seu Arctophylacem vocitarunt. Aliter tamen alii de Boote fabulam tradiderunt. Istis porro verbis extremam noctem Poëta voluit significare. Non enim, nisi die adveniente, flecti Bootæ plaustrum dicitur. Lucanus Lib. II. de die instante sic ait: 'Et jam Pleias hebet, flexi jam plaustra Bootæ In faciem puri redeunt langnentia cœli.'

25 *Lenta bibis*] Friges in amore meo, et celebras convivia; atque adeo ita fortis es, ac dura, ut lusus, vigilias, et pocula ferre possis ad medium noctem, intempestivis comessationibus et conviviis vacans, quibus minime frangeris, aut mutaris.

27 *Quicumque meracas reperit uvas*] Meracæ sunt uvæ, ex quibus merum exprimitur. Vinum autem cui nihil est admistum, merum dicitur. Staphylus vero quidam fertur, dum Œnei capellas pasceret, uvam reperisse, quam ejus dominus sibi oblatam exprimens liquorem sensit dulcem, qui deinde adhuc vetustate miteseceret. Cum autem aliquando Œneus hospitio Bacchum excepisset, ejus liquoris usum ab ipso didicit; unde Bacchus vini vitisque repertor, et conditor uvæ, et vitisator dicitur. Ovid. Metam. IV. 'Bacchus genialis conditor uvæ.' Virg. Ge. I. 'Liber, et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista, Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.'

Icare, Cecropiis merito jugulate colonis,
  Pampineus, nosti, quam sit amarus odor.
Tu quoque, o Eurytion, vino, Centaure, peristi;
  Necnon Ismario tu, Polypheme, mero.
Vino forma perit; vino corrumpitur ætas;
  Vino sæpe suum nescit amica virum.
Me miserum! ut multo nihil est mutata Lyæo!
  Jam bibe; formosa es: nil tibi vina nocent,

juste ab vinitoribus Cecropiis interemte, sensisti quantum sit perniciosus odor pampineus. Tu etiam, Eurytion Centaure, mero perditus es, sicut et tu, o Polypheme, vino Ismario periisti. Pulchritudo mero deperditur, mero vita hominum labefactatur, frequenter amatorem suum præ mero puella non agnoscit. O me infelicem! quod largo Lyæo nullo modo sis commutata. Nunc vero pota, pulchra es; merum

31 'In librr. quibusd. est *Tuque, o E.* correptum nempe et corruptum ex integro *quoque*, quod præter membranas etiam vett. edd. habent. Corripitur *o* ratione præced. syllabæ brevis, quæ suum spatium transfert in *o*. Ex depravatissima lect. unius Palat. [*Tu cur Euricio v. fetare peristi*] formavit Gebh. nobis versum sulfure et ovis lustrandum, *Tu cur, Euricio, v. fœtere petisti?* Porro antiquo ac probo more dixit Noster *peristi*.' Broukh. Habet *œurytio* Brix. *Eurytio* Leid. 1. et sic Dresd. si credis Lachmanno: nam Barthius testatur Dresd. habere *Euritio*. *Et Eurytion* dat Pucc. *Tu quoque Eurytion* Voss. 4. Dorv. 2. *Tu quoque Œrytio* Venet. 2. Rheg. *Tuque o* Borr. Neap. Leidd. Voss. 1. unus Dorv. Burm. 2. cod. Fruterii, et Ed. pr. Valens Guellius ad Virg. II. G. 456. affert *Tu quoque, o Eurytee.*—35 'Est non debebat mutari.' *Broukh.* 'Non Vat. *Non est* C. Com. Guarn. *Nihil est* Bon. duo Broukh. Groning. *Est* merito placet Broukhusio.' *Barth.* 'Ut poto non es m. *falerno* in aliis legi testatur L. Lat. P. II. Biblioth. p. 61. quod ex vs. 39. interpolatum apparet. *Nihil est* bene astruxit Broukh. In aliis codd. et plerisque edd. vetustis *nihil es*. Sed *est* etiam in Dorvv. Mentel. Voss. meisque.' *Burm.*—36 *Vitra* ed. Græv.—37 'Bene restituit

NOTÆ

29 *Icare Cecropiis jugulate colonis*] 'Cecropii coloni' sunt Attici pastores, qui Icarum occiderunt, quod dedisset ipsis vinum, quo fuerant inebriati.

30 *Pampineus odor*] H. e. odor vini: pampinus enim sunt folia seu ramusculi vitis.

31 *Eurytion Centaure*] Eurytion, seu Eurytus, unus fuit ex Centauris, qui quondam vino mero calentes, ac libidine flagrantes, in nuptiis Pirithoi ad rapiendas mulieres insurrexerunt. Theseus autem craterem ingentem contorsit in Eurytionem, quo prostratus animam cum sanguine simul evomuit. De quo Ovid. Metam. XII.

32 *Ismario tu, Polypheme*] Vino etiam periit Polyphemus Cyclops, Neptuni filius, ab Ulysse Ismario mero inebriatus, ut vidimus ap. Tibull. nostrum Lib. IV. 1. ad illa verba: 'Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.' Ismarus autem, et Ismara, mons est ac civitas Thraciæ, in cujus regione præstantissimum provenit vinum. Unde Virg. 'Juvat Ismara Baccho Conserere.'

36 *Nil tibi vina nocent*] Cynthiam hortatur ad continuandas potationes et convivia, cum neque vino deformior fiat, neque lædatur potu, cum tamen intemperantia vini nihil sit perniciosius.

Cum tua præpendent demissæ in pocula sertæ,
  Et mea deducta carmina voce legis.
Largius effuso madeat tibi mensa Falerno;
  Spumet et aurato mollius in calice.
Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.
  Est quiddam, quod vos quærere cogat Amor.
Semper in absentes felicior æstus amantes.
  Elevat assiduos copia longa viros.

non est tibi noxium, sed bene fers illud. Quando tuæ florum corollæ in calices effusæ dependent, meosque versus tenui liquidoque sono recitas, uberius ac liberalius mensa tibi perfundatur largiori Falerno, ac in aureis poculis benignius copiosiusque despumet. Attamen nulla puella ex animo, sed nisi invita sola cubat; est aliquid, quod vos puellas amor desiderare compellit. Semper ergo absentes ardentior est amor ac fortunatior, quam erga præsentes: *libera facultas potiundi viliores reddit et fastidiosos qui jugiter adsunt.*

Frut. II. Verisim. 10. Scaliger quoque ac Passeratius: et nuper Heins. ad Ov. IV. Tr. 2. 56.' *Broukh.* *Quin tua* Guy. *Perpend.* cod. Palat. Bon. *Prependent.* Heinsian. Colin. *Præp.* Groning. Leid. 2. tres Voss. Burm. 2. et priscæ edd. *Demissa serta* Leidd. Voss. 1. 2. 4. Ask. Dorvv. Burmanniani, primæ edd. ceteræque edd. vetustæ præter Douss. in qua *demissæ sertæ*, ut clare in Neap. Veneta ap. Barth. habet *permissa serta*, quod damnat Barthius. *Demissa serta* tuetur et Lipsius III. Ant. Lect. p. 157. probante Gebh. *Sua* pro *tua* conjecerat Heins.—38 *Delicta* Regg. et pr. edd. quod damnat Burm. Sic olim edidit Volscus, qui in Notis ita emendand. monet.—39 ' Passeratius *effuso* legit: Heins. *infuso*, ad I. A. A. 650. [et Advers. p. 358.] Sed videtur Noster loqui de vino super mensam sparso, et quo ipsa mensa natabat. Id certe *effusum* recte dicitur.' *Broukh.* ' Assentior [assentiri videtur et Barthius] Bronkhusio, ab Heinsio discedenti, qui *inf.* vel *et fuso* legebat. *Maneat* perperam Leidd.' *Burm.*—41 *Pota* conjecerat Heins. sed se nihil mutare dicit Burm.—42 *Nos* Leid. 1. Dorv. Burm. 2. Venet. ap. Barth. unde f. legi posse censet Burm. *Est q. q. nos q. cogat, A.*—43 *Absentis* Exc. Scal. et vetustæ edd. Præstiterit forsan, ait Burm. *absentes fel. æ. amantis*, vel *ferventior.*

NOTÆ

37 *Demissæ in pocula sertæ*] Sertum, i, neutro genere dicitur, et serta, æ, fœminino, ut ex hoc Propertii loco videre est. Ita etiam Cornel. Severus; ' Hinc ades Aonia crinem circumdata serta.' Priscorum fuit mos, ut coronis et sertis redimiti potarent, calicesque etiam coronarent.

39 *Falerno*] Agri Falerni in Campania vinum optimum apud veteres habitum est, de quo Plin. XIV. 6.

43 *Semper in absentes*] Ardentius ac felicius amantur absentes quam præsentes; nam hoc a natura comparatum est, ut acrius avidiusque absentia, quam præsentia, quæ assiduitate fastidium sui parere consueverunt, desideremus.

ELEGIA XXXIV.

AD LYNCEUM POETAM.

Cur quisquam faciem dominæ jam credat Amori?
Sic erepta mihi pæne puella mea est.
Expertus dico: nemo est in amore fidelis.
Formosam raro non sibi quisque petit.
Polluit ille Deus cognatos, solvit amicos,
Et bene concordes tristia ad arma vocat.

Quare aliquis puellæ suæ *formam amico committat? Ita fere mihi mea amica ablata est. Expertus loquor: nullus est homo qui fidus sit in amore. Unusquisque semper* potius *sibi* quam alteri *pulchram puellam poscit. Iste Deus consanguineos inquinat, jusque violat cognationis, amicitiasque dirimit, et unanimes* in invicem *ad*

Superioribus continuant Mentel. Ask. Exc. Mod. Burmm. Guarn. Dread. et alli codd. cum pr. edd. In ceteris novum inchoatur Carmen cum inscriptione *Ad Lynceum poëtam.*—1 'Regg. et nostri cum Groning. *credit*, quod et in Veneta legitur. *Amori* est in omn. libb. etiam in excusis ante Beroaldum. Nam ab eo est edd. vulgatarum *amico*, cum non diffiteatur invenisse se in antiquis codd. *amori*. Cum non [sensum] perspiceret, supposuit inficetum suum *amico*.' Broukh. *Quur fac. qu.* Bon. *Cum qu.* Mentel. Heinsian. in quo *fac.* omisit descriptor. *In fac.* Burm. 2. et *non credit*. *Credit* Mentel. Voss. 4. Brix. Venet. ap. Barth. Sed *quisquam credat* rectius dici pronuntiat Burm. *Amico* Borr. Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliæque, unde Heins. N. Prop. p. 711. conjiciebat *Cui q. f. d. j. credat amico? Amari* Groning. *Amari* rectum esse patet Burmanno ex vs. 5. et hoc contra Beroaldum tuentur Scaliger et Gebhardus. *Et quisq.* f. elegantius reponeretur, censente Ast. p. 50.—2 *Pu. fuit* Voss. 4.—4 *Formosas* Exc. Scal. *Et formam r.* Burm. 2. C. Com.—5 'Ita legitur et distinguitur in codd. et vetustiss. edd. *Amores* Palat. 1. *Conjunctos* Heinsian. unde legend. videtur *P. i. Deos, conjunctos s. a.* Certe *Deos* postea confirmatum inveni in Reg. 2.' *Burm.*—

NOTÆ

1 *Cur quisquam*] Amici sui Lyncei, cui puellam suam commendaverat, et qui eam corrumpere tentaverat, perfidiam accusat, monetque nulli, etiam amicissimo, suos amores esse committendos, juxta illud Ovidii: 'Cognatum fratremque cave, fidumque sodalem.' Ille enim qui committit amico puellam suam, ovem lupo credit. Exemplo sit Candaules rex Lydorum, qui cum amico suo Gygi formosissimam suam uxorem nudam ostendisset, ab ipso postea Gyge uxore, regno, vita denique ipsa spoliatus est.

Faciem dominæ] Facies non pro vultu solum, aut oris forma sumitur, sed etiam pro formositate, pulchritudine, ac totius corporis figura.

Amori] *Amor* pro amico, et amica, sæpius sumitur. Ut illud Tibulli, 'Infelix dum requiescit amor.'

5 *Ille Deus*] Cupido nimirum, qui præest amoribus.

Hospes in hospitium Menelao venit adulter:
  Colchis et ignotum nonne secuta virum est?
Lynceu, tune meam potuisti tangere curam?
  Perfide, nonne tuæ tunc cecidere manus?
Quid, si non constans illa et tam certa fuisset?
  Posses in tanto vivere flagitio?
Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno:
  A domina tantum te modo tolle mea.
Te socium vitæ, te corporis, esse licebit;
  Te dominum admitto rebus, amice, meis.

bellum excitat. Peregrinus adulter in hospitium venit Menelao: nonne etiam Colchis secuta est hominem quem nunquam viderat? Tu vero, *o Lynceu, aususne es meam amicam attrectare? O infidelis, nonne tibi manus tunc cecidérunt? Quid autem, si illa non fuisset adeo constans et fidelis?* Tune *vivere posses in tam magno scelere? Tu mihi corpus aut gladio aut veneno interime; te tantummodo remove a mea amica. Sinam te libenter participem esse animæ et corporis,* ac *fortunarum mea-*

7 *Menelai* Groning. Reg. 2.—8 *Est* nescit Franc. 1. F. scripserit Poëta, judice Burm. *sponte sec.* deleta nota interrog. *Ignotum Colchis,* deleta copula, transponebat Franc.—9 ' Groning. et Palatt. *potuisti, perfide, curam Tangere?* Sed erectior est vulg. atque efficacior.' *Broukh.* Cur ita censeat Broukhusius, non percipit Lachmannus, qui ita ac Groning. legere dicit bonos libros omnes, unof. Mentel. excepto, certe Neap. Bon. Guarn. cum multis aliis id habere. Id habet Ed. pr. et exhibet Lachm. *Nonne meam* Mentel.—10 *Nunne* Dorv. 2. *Tum* ex Regio Guyetus, quod habent Vat. Neap. Borr. Leidd. tres Voss. Dorv. 1. Burmm. et pr. edd. et edidit Lachm.—11 Regius *tum c.* probante Guy. *Tum* deest in Burm. 1. Legebat Livin. *Si non tam con. illa, et jam vecta f.* sed *certa puella* Propertio etiam usitatum esse observat Burm.—12 ' *Posset et in t.* Regg. Colbertt. *Posses in t.* alii, quod verum videtur.' *Broukh. Possis in t.* Frut. v. c. *Possisne* Perr. v. c. et in aliis. *Posses et* Mentel. Exc. Scal. Groning. Burmm. h. e. (judicante Burm.) *Posset et,* ut in Voss. 4. et a m. pr. in 3. Ask. et edd. plerisque. *Possisne* conjecerat Perreius. Heinsius *Posses tun' tanto,* vel *Posseme in tanto. Posses in* Dresd. Neap. Borr. idque ex cod. Palat. et aliis edd. probat Gebhardus, sed ineptum

NOTÆ

7 *Hospes adulter*] Paris, qui quidem a Menelao, rege Spartanorum, hospitio exceptus, Helenam reginam, ipsius conjugem, corrupit rapuitque, ac in Phrygiam abduxit.

8 *Colchis*] Medea Æætæ, Colchorum regis, filia, quæ Jasonem peregrinum, ipsius amore correpta, in Græciam secuta est.

9 *Lynceu*] Lynceus ille Propertii nostri sodalis idem esse putatur qui supra 1. 7. dicitur Ponticus.

Tangere curam] Amica seu puella, sicut et amor dicitur cura, ut dixit 1. 1. ' Sua quemque moretur Cura:' et Eleg. 8. ejusdem lib. ' Nec te mea cura moratur:' ac Eleg. 20. ' Nullæ curæ debita poma:' i. e. nulli amori, aut amicæ.

14 *A domina tantum*] Illud a Propertio de amica deposcitur, quod de uxoribus apud Christianos affirmat Tertullian. Apologetic. ' Apud nos,' inquit, ' omnia sunt indiscreta præter uxores: in hoc uno loco consortium solvimus.'

Lecto te solum, lecto te deprecor uno:
Rivalem possum non ego ferre Jovem.
Ipse meas solus, quod nil est, æmulor umbras,
Stultus, quod stulto sæpe timore tremo.
Una tamen causa est, qua crimina tanta remitto,
Errabant multo quod tua verba mero.
Sed nunquam vitæ fallet me ruga severæ.
Omnes jam norunt, quam sit amare bonum.
Lynceus ipse meus seros insanit amores.
Solum te nostros lætor adire Deos.

rum dominum te facio; te tantum a meo lectulo depello: ego nequeo Jovem ipsum *pati rivalem. Ego etiam umbram meam, quod inane quoddam est, timeo.* In hoc sum *insanus, quod insano metu tremisco. Una tamen ratio est, propter quam tam magnis sceleribus* tuis *ignosco; quia nimirum lingua tua præ nimio vino titubabat. At nusquam me severitas austeræ vitæ decipiet: omnes nunc sciunt, quam suave sit amare. Lynceus etiam amicus meus ad insaniam, licet senex, amat meam puellam:*

notat Livineius, qui præfert *Posset et. Posses* ta *t.* Markl. Francius conjecerat *Posset ut*, vel *In tanto posses.*—15 Novit Burm. virum eruditum, qui conjecerat *carminis*, sed *corporis socium* interpretatur Burmannus pro eo, qui continuus comes lateri adhæret.—17 *Te lec. so. te l. d.* Bon. *De lec. so.* vnlt Heins. *Te so. lec.* Franc. quod admitteret Burmannus, si cum Dorv. 2. transponeremus *Te l. d.* sed parum interesse pronuntiat.—18 *Possem* Burm. 1. Palat. ed. Græv. *Possim* Voss. 3. quod præferebat Franc.—19 *Solum* Dresd. —20 'Palatt. Gebhardi *tremore tr.* quod ille præfert: habebat enim aures mire poëticas. Mihi a vulg. lect. abire non libet.' *Broukh.* Id rejecit etiam Burm. P. ad Ov. II. M. 186. *Et stulto* Borr. *Quid st.* Dresd. Dorv. 2. *Qui st.* alii ap. L. Lat. Facile admitteret Burmannus conjecturam Heinsianam N. Prop. p. 711. *Stultus et in nullo.* Heinsius quoque ad oram ed. Ald. tentaverat, et liberius, judicante Burm. *Atque inconsulto.*—21 *Cui crim.* Heins. In Neap. *U. t. tanta rem. cr. causa.*—22 Heins. *Errabat...dextra*, f. ob vs. 9, judice Burm.—23 '*Fallet me* Borr. noster 1. Groning. Vaticanus Livineio collatus; et hoc Franc. meus malebat, non pessimus arbiter vss. bonorum.' *Broukh.* Sic expressere B. B. B. L. Sic edd. vetustæ. *Me f.* Leid. 1. Heinsian. Burm. 2. et vulgg. monente Barth.—24 *Quid* Palat. 1. *Quod* C. Com. Hunc vs. sibi suspectum esse ed. Aldinæ Heins. annotaverat.—25 'Unus Colb. cum nostro 2. *sacros ins.*: 1. *meos servus.* Groning. *meos seros.* An scriptum fuit *meos insanit servus?* Tamen nihil solicito. Ab h. vs. novam El. orditur Barth. XXV.

NOTÆ

16 *Rivalem Jovem*] Ut supra Eleg. 13. 'Possum inimicitias tunc ego ferre Jovis.' Sic etiam Ovid. Art. III. 'Non bene cum sociis regna Venusque manent.'

23 *Vitæ fallet me ruga severæ*] Monet nemini esse fidendum, etiam si quis in vultu præ se ferat severitatem, ac vitæ sanctitatem. Sæpe etenim sub ovis habitu lupus delituscit, ut ait Hieronymus.

25 *Seros amores*] H. e. serus ac ætate provectior Lynceus meam puellam efflictim deperit. Seri namque amores sunt, qui sero ac tarde veniunt, ut supra I. 7. dixit: 'Sæpe venit magno fœnore tardus amor.'

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit? aut rerum dicere posse vias?
Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta?
Nil juvat in magno vester amore senex. 30

gaudeo te nostros Deos solum rogare. Quid te modo sapientia tua cum Socraticis chartis juvabit, vel rerum causas reddere posse? vel quid Lucretii te versus legisse juvat? vester senex in amore ardenti nihil prodest. Tu potius deberes imitari Phi-

---

Advers. 4. invitis membr. quæ, quod rarum, hic nihil turbant; invito ipso sensu.' *Broukh.* Burm. damnat *sacros*, quod habent et Leid. 1. Burm. 2. et Ed. pr. 'Probo conjecturam Broukhusii. Certe *serus* in meo 1. et *meos* Exc. Mod. *Serus jam ins.* Franc. Vulg. est ap. Nestor. in Vocab. p. 75.' *Burm.*—26 *Insolitum* n. Heins. *Lector* Posth. solenni errore, observante Barth. J. Gulielmius in Quæst. Plautin. ad Pseud. cap. 6. p. 238. emendand. censuit *sector*, quod rejecit Gebhardus, nec immerito, pronuntiante Burm. *Olim te* n. conj. Broukh. *Solum* defendit Burm.—27 *Chartis* legebat Franc.—28 *Duc.* Dorv. 1. *Disc.* Borr. Burm. 1.—29 *Pros. tibi* Vat. Groning. Borr. sed videtur scribend. *possunt.* Pro *Cretæi* legend. esse *Lucreti* bene evicerunt Turnebus VII. Advers. 26. et Scaliger ad h. vs. Nec lubet repetere tot aliorum affanias. In nostro 1. lacuna est h. l. unde videas scripturam tum quoque valde fuisse diversam, neque ausum pudentem librarium explere quod non intelligebat. ... Omiseram monere Barthium reponere *Cittæi:* qua mutatione poteramus sine dispendio carere.' *Broukh.* '*Cretæi* est in codd. etiam Dresd. et edd. omn. præter Broukh. Leid. Gött. quæ *Lucreti* exhibent. *Erithei* C. Com. *Erethei* Posth. Brix. habet *cretei.* Venet. *critei. Tyrtæi* reponebat Beroaldus, quod et Heins. in mentem venerat, cui et *Erechthei* placebat, aut *Ascræi*, vel *Smyrnæi*. Tentabat etiam *Cretæi..tecti.* Vulpius *Cretæi* tuetur, et Epimenidem intelligit. Ego libentius Turnebi emendationi accesserim. Gesnerus in Thes. Lat. L. hanc lect. probavit. Potuit l. mutilus fuisse: *Aut quid .. cretei*, ut prima syllaba deperierit in cod. vetusto, cum legi deberet *Lucretei.*' Barth. '*Lucreti* Passeratius et Guy. probarunt; idque prorsus admirabile ac verisimum esse in Animadv. suis dicit Hemsterhusius; f. quia præcedit 'rerum dicere posse vias.' *Erecthei* Leid. 1. *Erethei* Exc. Mod. *Erechthei* Mentel. Leid. 2. Voss. 1. 3. *Crethei* Voss. 4. Groning. Dorv. 1. et meus 2. *Eretei* Dorv. 2. *Cretæi*, quod in priscis aliisque edd. legitur, non displicebat Oudendorpio, ut f. Rhianus, Cres, intelligatur, qui Heraclea composuit. Epimenidem indicari putabat Canterus. Scaligeranum *Lucreti*, ut ante eum Turnebus legebat, f. non sine ratione quis in dubium vocare posset. Omnes lubricæ et incertæ conjecturæ sunt. Certe *Smyrnæi* et *Erechthei* ead. de causa rejiciendum, quæ *Cretæi* repudiavit Scaliger, et Barthianum *Cittæi*, i. e. Zenonis, explosit Broukhusius; quia sic patria tantum poëtæ, non vero ejus nomen exprimitur. Quam ob rem Oudendorpianum *Cretæi*, s. Rhiani, etiam improbandum

NOTÆ

27 *Socraticis libris*] Libros vocat Socraticos, qui de Philosophicis rebus agunt, ut Platonis, Xenophontis, aliorumque; Socrates enim nullum reliquit librum, ut ait Cic. lib. III. de Orator. 'Socratis ingenium, variosque sermones, Plato immortalitati commendavit, cum Socrates ipse nullam literam reliquisset.'

28 *Rerum vias*] 'Rationem mundi' vocat inf. vs. 51. hujus Elegiæ, quod quidem est, rationes et causas afferre, cur, unde quodcumque fiat, seu qua vi ac ordine progrediatur natura.

29 *Cretæi*] I. e. Epimenidis Cretensis poëtæ, qui res Philosophicas carmine dicitur scripsisse: sed alii

Tu satius Musis meliorem imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.

letam Musis celebratum, quam somnia Callimachi ampullati. Quamvis enim rursum

est. Itaque *Tyrtæi* præ ceteris conj. Heinsianis magis arrideret, quod ex vet. codice ad marg. ed. Ald. ascripserat etiam Perreius, et a Colot. ac duobus Vat. confirmatur: et sic legend. conjecerat Beroaldus, sed postea *Critæi*, h. e. Cretæi, prætulit, Epimenidem intelligens. *Critei* in alio Vat. *Cretheis prosunt tibi* Borr. *Aut quid Erecthei tibi prosunt carmina lecti* in aliis haberi notavit L. Lat. *Prosunt tibi* etiam in Leid. 2. tribus Voss. et meo 1. *Possunt* male in Dorv. 2. Altero vs. *noster senex* in Palatino Gebhardi et meo 2. F. aliquid latet in alterutra voce. Per 'senem' intelligunt vel Socratem, vel Homerum, vel denique Epicurum. *Tyrtæum* igitur si admittamus, duos diversos significabit, dicetque: Neque bellica Tyrtæi Carmina neque Epicuri Philosophica te in amore aliquid juvabunt; licet etiam de Epicuri Carminibus, quæ de Amore scripsit, intelligi possit, qui senex non sine causa dicitur. Si vero Epicurum intelligamus, favebit correctioni *Lucreti:* ut Latinum poëtam Græcis inseruerit: et huc inclinasse videtur Dousa P. qui ed. Rouill. margini ascripserat: 'Beroaldus hic *Cretæum* pro Epimenide Cretensi dictum putat. Constat autem eum scriptorem Carminum fuisse. Aut *Lucreti* legend. est. Probabilior tamen Beroaldi sententia videtur.'' *Burm.* 'Ast. conjecit *Aratea*. Existimaverim non librarios, sed Poëtam ipsum, ut sæpius, h. l. plures interpp. correxisse. Lego *Cretæi. Tyrtæi* grammaticis vel etiam librariis originem suam debere videtur.' *Kuin. Cretæi* exhibet Barth. *Lucreti* Burm. et Lachm. qui, 'Ita,' ait, 'Turnebus, pulchre quidem, f. tamen non vere. Frustra sunt qui probant *Cretæi. Erechthei* VV. DD. pariter rejiciend. esse recte judicant.' *Tibi prosunt* exhibent B. B. B. *Pr. tibi* Lachm.—31 '*Meliorem*. Ita Scaliger. Antiqua lect. erat *memorem Musis*, quam exponere conatur Gulielm. in Plaut. Aulul. cap. 6. p. 63. sed parum efficaciter.' *Broukh. Mu. me.* exhibent B. B. B. *Memor Musis* tamen exponit Barth. qui docet *immittere* esse in Dresd. 'Schradero Emend. p. 141. placebat *potius*, nullis Mss. addicentibus, et alterum Propertio usitatissimum est. *Meliorem Mu.* Leid. 1. Dorv. 2. *Memorem Mu.* Regg. Colbertt. [Dresd.] Exc. Scal. Heinsian. Ask. Groning. et priscæ edd. *Mu. mem.* Borr. [Bon. Guarn.] Leidd. tres Voss. et meus uterque. Vitiose in Voss. 3. *immitte. Mirere* Leid. 2. Voss. 1. *Musis memere imitere Phileten* cod. suum habere testatur Dorvill. in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 22. additque se *Musis meliorem* non intelligere. [Vid. tamen, ait Barthius, num huc faciat Meleagri locus, in Cor. vs. 23. p. 236. Notitiæ Poët. Anthol. Reiskii: quem l. attulit V. D. in 'der Goëtting. philol. Biblioth.' Vol. I. p. 378.] Neque se assequi notat Gebhardus, quid acumiuis sit in hac lectione, vulgatam *mem. Mu.* longe venustiorem censens. *Meliorem* vero legi voluit Scaliger: neque aliter Dalecampius in Notis marginalibus ad Athenæum IX. p. 401. [et recte, pronuntiante Kuin.] Ed. Græv. alleverat

NOTÆ

legunt, *Lucreti*, quod sane magis probatur; Lucretius enim poëta res naturales eleganti carmine scripsit, ubi etiam amoris quædam remedia lib. IV. tradidit.

30 *Vester amore senex*] Quis sit ille senex non potest divinari. Nonnulli putant Epicurum intelligi, qui senex de amore scripsit; alii de Homero dici putant, qui dicitur 'Mæonius senex.' Ovid. 'Præferor Ascræo, Mæonioque seni.'

31 *Philetam*] Philetas poëta fuit Cous, qui tanta macie dicitur fuisse, ut calceos haberet ferro, aut plumbo, ut vult Athenæus XII. 29. suppactos, ne a vento raperetur. Elegias, epigrammata, aliaque plura scripsit.

Non cursus licet Ætoli referas Acheloi,
Luxerit ut magno fractus amore liquor;

narras quomodo unda Acheloi Ætoli amore debilior ierit; nescio quomodo aqua

Markiandus: 'Scaliger edidit *Musis meliorem*; et post eum fere omnes: male: quomodo enim dici possit Philetas melior Musis? hoc omnem arrogantiam superat. Consentiunt Mss. exhibentes *memorem Musis*. Lege *Tu satius memorem Musas imitere Philetam*. Musas, τῆς μούσης, Græca terminatione.' Sed in his Markiandi acumen criticum valde desidero, ne dicam meram hanc esse cavillationem, quia Scaliger *meliorem Callimacho*, non *meliorem Musis*, jungendo cogitavit: quamvis tertio casu *Musis* accipi posset. Philetas Musis melior, quam præcedens ille senex poëta philosophus. *Musis memorem imitare Philetam* Gulielm. ad Plaut. Pers. II. 1. 1. *Tu satius Musas numeros imitere Philetæ*, tentabat Struchtmeyer. in Anim. Critic. p. 98. Cogitabam aliquando, an restitui posset *Tu satius mollem Musis imitere Philetam*. Ita conjeceram ipse, cum postea vidi id quoque in mentem venisse Andreæ Schotto Notis ad Procli Chrestom. p. 29. Aliter Eldikius, qui in suis ad me literis tentabat *Tu satius teneri lusus imitere Philetæ*. [Quod defendit Burm.] Possis etiam cum Sant. *Tu, satius, Musam leviorem imitare Philetæ*: quod epitheton poëtæ elegiaco et erotico non minus convenit, quam *mollem*. His tamen conjecturis, suæ licet laude non fraudandis, præferenda semper, licet liberior, sed Propertio digna, mihi visa est Heinsii emendatio, *Tu satius Mimnermum, aut Coum imitere Philetam*. Heinsio adhærens Wassenberg. pro *satius* substituebat *face*, formam antiquam affectatam Propertio. Kopp. in Obs. Philol. cap. 11. p. 148. et seqq. substituebat, *Tu satius Mimnerni, aut Musam imitere Philetæ, Et non i. carmina C.* vel, *Tu satius Mimnermum aut Musam imitere Philetæ*. Certe *Mimnerni* nomen hic restitutum debetur Heinsio, neque dissimulare possum, *Coum Philetam* valde mihi blandiri.' *Burm.* Lachmanno ita corrigend. videtur, *Tu Battus mem. Mu. imitere Philetan: satius mem.* exhibet, at asterisco posito ante *satius*.—32 *Infantis* C. Com. Guarn. Borr. Heinsian. Voss. 1. *Infantis nomine* Leid. 2. Voss. 3. *Infantis omnia* Neap. Groning. *Infatis omnia* Berm. 2. *Somnia* defendunt Burm. et Kuin. contra Koppiersii *carmina:* quod reponend. censet Ast.—33. 34 'Canter. [Nov. Lect. cap. 16.] legebat *fractus*. Sane C. Com. habebat *farctus*, quæ potuit esse culpa librarii aberrantis. Bernaldus aperte *fractus* habet, neque meminit ullius mutationis: unde non vane colligas ita in suis codd. invenisse. [Hæc iterat Barthius.] Ejus verba, quamvis scopum non feriant, abunde tamen ostendunt germanitatem τοῦ *fractus*. Addo *Luxerit* videri legend. non *Flux*. .... Rectum omnino videtur τὸ *Lux*. neque minus τὸ *fractus*.' Broukh. 'Illud *Lucreti* [vs. 29.] prorsus admirabile ac verissimum. Alia Scaliger haud satis feliciter tractavit. Quorsum enim *Non rursus*, cum cuncti veteres defendant *Nam rursus?*' Hemst. *Non r.* lacessit etiam Douza. '*Nam r.* Dresd. [Leidd. tres Voss. Dorvv.] Brix. Venet. Aldd. cett. sensu sat bono. *Non r.* Scalig. Broukh. Vulp. al. *Nunc* Guy. prob. V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 22. ironice. *Cursus* pro *rursus* Groning. C. Com.

NOTÆ

32 *Somnia Callimachi*] Callimachus poëta fuit ex urbe Libyæ notissima Cyrene, Ptolemæo Philadelpho, Ægyptiorum regi, carus. Plura scripsit, inter quæ sunt Ætia, quæ vocat Propertius hoc in loco Somnia, quia nimirum opus illud est obscurum; unde Martialis cuidam, qui rebus obscuris delectabatur, consulit, ut legat 'Ætia Callimachi.'

33 *Ætoli Acheloi*] Achelous fluvius est Ætoliæ et Acarnaniæ, ut refert Strabo lib. VII. et VIII. Acheloum fabulantur olim cum Hercule pro Dejanira Œnei, regis Calydoniæ, filia decertasse, qui cum victus esset, in fluvium sui nominis mutatus est. V. Ovid. Metam. IX.

Atque etiam ut Phrygio fallax Mæandria campo
Errat, et ipsa suas decipit unda vias;
Qualis et Adrasti fuerit vocalis Arion,
Tristia ad Archemori funera victor equus.

Mæandria Phrygiis in agris ludens evagetur, ac suos etiam cursus fallat; qualis etiam fuerit humana voce præditus Arion, equus Adrasti, qui fuit victor tristis in

Nam luctam emendat Heins. qui et sic corrigit, Advers. p. 358. *Jam cursus.... Flexerit ut m. tactus a. l.* Wakker. reponit *Nam r. ... Fluxerit ut m. fr. a. l.* probante Hemst. *Fluxerit* est in omn. libb. *Lux.* est ex emend. Broukh. a Vulp. et Gött. adoptata. *Et* pro *ut* Posth. *Factus* libb. *Farctus* C. Com. quod jam Gebh. pro *fractus* accipiend. putabat. *Fractus* Brix. Venet.' *Barth.* 'Jam Heinsian. *Num* Exc. Scal. *Casus* conjecerat Markl. *Fluxerit* in plerisque codd. et edd. vetustis: idque defendit Pontanus ad Macrob. p. 641. Heinsius N. Prop. p. 712. sic constituebat: *Nam luctam ... Lux. ut m. fractus a. l.* vel *tactus:* sed *fractus* præfero, quod Passeratio placebat. *Factus* pessime Barth. ad Gratii Cyneg. 337. quam vitiosam scripturam hausit ex antiquis edd. eaque plurimos etiam codd. obsidet. Vera lect. est *Lux. ....fractus.*' Burm. '*Cursus* in aliis legi notavit L. Lat. Quam lect. etiam probavit Ast. qui tamen minus recte legit *Nam c.* pro *Non c. Cursus* mihi unice vera videtur.' *Kuin.* 'Scripti meliores *Num* pro *Non*, rectissime. Tum *rursus*, quocumque modo accipiatur, ineptum est. *Fluxerit* in omnibus. *Cursus* et *flux.* firmat Ov. M. IX. 17. *Fractus* Calph. jam dedit A. 1481. et Volse. 1. cum Beroaldo.' *Lachm.*—35 *In phrigio* Guarn.—36 '*Erret ... refluat* ... mallet Wakker. Amœn. Lit. cap. 12. p. 91. sed et III. 5. 26. sqq. similis varietas modorum obviat.' *Barth.*—37 '*Adrastum tulerit* Heins. recte.' *Broukh.* Quod defendi posse judicat Burm. Hoc distichon sequenti postponend. censet Heins. Damnat Burmannus *Orion*, quod habent Groning. Mentel. et Burmannianus.—38 '*Tristis* non scripserat Poëta, sed *Tristia.*' Broukh. *Tristia* legebat et Heins. *Tristis* edd. vetustæ. *Tristis et* Brix. *Tristis et A. funere* Leid. Voss. Groning. Dorv. Burmm. *Equos* Dresd. *Equis* Brix. 'Nisi argutias captare volumus, præ emend. *Tristia* codd. scriptura spernenda est.'

NOTÆ

35 *Mæandria*] De Mæandro, flumine Phrygiæ, jam sæpius. Fluviorum omnium dicitur sinuosissimus, ita ut etiam ad fontes sæpius redire suis anfractibus videatur. Non longe a Mileto in mare mediterraneum devolvitur.

37 *Adrasti vocalis Arion*] Equus fuit Arion nomine Adrasti regis Argivorum, quem ipsi dono dedisse Neptunus dicitur. De hoc equo plura refert Pausan. in Arcadicis. 'Vocalis' autem dicitur, quia voce fuit humana præditus, sicut et Xanthus Achillis equus domino suo mortem prædicit ap. Hom. Il. XIX. sub fin.

38 *Tristia* [*tristis*] *ad Archemori funera*] Lycurgus, rex Nemææ, ex uxore Eurydice filium sustulit nomine Ophelten; cujus nutrix Hypsipyle, cum fontem Adrasto socilsque monstratum iisset, puerum in apio deposuit, ne terram tangeret, quod oraculo prohibebatur. Interea draco puerum devoravit: quod cum rescivissent Adrastus sociique, draconem interfecerunt, puerumque vocarunt Archemorum, eique ludos funebres instituerunt, quos Nemæos dixerunt, a regione ipsa Nemæa. In his ludis cum decertasset Arion, equus Adrasti, palmam retulit, victorque extitit. 'Tristis' autem dicitur, quod excusso Polynice, quem invitus gerebat, Adrastum dominum requisierit.

Amphiaraëæ nil prosunt fata quadrigæ,
Aut Capanei magno grata ruina Jovi. 40
Desine et Æschyleo componere verba cothurno;
Desine; et ad molles membra resolve choros.

exequiis Archemori. Nihil juvant fatales equi Amphiarai, vel Capanei mors jucunda Jovi. Absiste quoque versus scribere Æschyleo socco, corpusque tuum refringe ad

Lachm.—39. 40 ' *Non non A. tibi f. q. Prosint, aut C. g. r. J.* Ita Scaliger hos vss. constituit, ex prava lect. sui cod. a qua non abeunt Regg. Colbertt. Groning. Borr. noster 1. In 2. est *Non Amphiareæ post' tibi f. q. Aut C. m. g. r. J.* Pentameter vs. iisd. omnino verbis legebatur in codice Mureti. [Sic quoque in Dresd.] Hexameter ita erat conceptus: *Amphiaraëæ nil prosunt tibi f. q.* unde si quis sustulerit *tibi*, probabilem scripturam fecerit. [Id censet Barthius noster.] Nescio unde habuerit Barthius, nisi ex illo suo mirifico cod. quem aliquoties laudat in Advers. *Non Amphiareæ prosunt tibi f. q. Aut C. m. g. r. J.* Ita enim extat in Animadv. ad II. Th. Statii, vs. 7. Heinsius ad Ov. I. F. 287. refingit, *A. nil prosunt f. q. Aut C. irato g. r. J.* Illud *irato* non frustra defendi possit ex fine Theb. XI. [Id. censet Barth.] Verum, cum addit *magno* non apparere in vetustis codd. scias Virum sagacissimum tum temporis nondum possedisse illum bonæ notæ librum, quem ego ' secundum ' vocare soleo: fuit enim ille ipsius quondam Heinsii, et antea J. Mentelii. Non video cur dubites de proba illa Mureti restitutione; et sic, puto, sanus erit locus misere interpolatus.' *Broukh.* ' *Non amphiare* Bon. Palat. 1. *Prosint* Palat. *N. amphiareæ pr. tibi facta* Guarn. Brix. Venet. *N. amphiaraæ* Dresd. *Magno* abest a Brix. Venet. Aldd. cett.' *Barth.* ' Metro vim inferunt codd. vetusti, in quibus *Non Amphiareæ*, aut *Amphiariæ*, vel *Nil Amphiareæ prosunt*, ut in Vaticanis, Regg. Colbertt. Leidd. Vossianis, Dorvv. Groning. Borr. Ask. meo utroque, et priscis edd. *Haud Amphiareæ* Perr. v. c. *Non Amphiaræ prosint* Palatinus et Dorv. 1. *Prosint tibi* Leid. 2. Voss. 1. 3. Dorv. 1. et meus 2. *Amphiarea nil prosunt* Neap. *Possunt tibi* Leid. 1. *Possunt tibi* [Exscribit hæc Kuin. sic: *Possunt. tibi:* cf. enim sup.] Voss. 1. 3. Leid. 1. Dorv. ac meus 2. *Prosunt tibi* Voss. 4. et meus 1. *Tibi prosunt* Dorv. 2. Nil mirum igitur vetustis edd. deceptum sic quoque advocasse Barthium. Verissime Heins. *Amphiaraëæ.* Nimis licenter Markl. tentaverat *Non non A. tibi f. q.* deleto *prosunt. Magno* omittitur in multis Mss. et priscis edd. in quibus legitur *Aut C. g. r. J.* Sed *magno* ex v. c. reposuit Mur. quod firmatur a Mentel. Voss. ceterisque. *Irato* conjecit Heins. N. Prop. p. 712. vel potius *Aut Capaneus spreto:* sed prius præfero.' *Burm.* Ast. legend. censuit *Amphiarai et nil prosunt tibi f. q. Aut C. m. Magno* recte reposuisse Muretum judicare Kuin. videtur. Legit Lachm. *Non magna Amphiaraëæ prosunt tibi fata Quad. aut C. m. r. J.*—41 ' *D. Achilleo.* Ita liber

NOTÆ

39 *Amphiaraëæ quadrigæ*] Amphiaraus vates fuit, qui cum in bello Thebano præliaretur, in terræ hiatum cum curru delatus periit, ut narrat Stat. Theb. VII. sub fin.

40 *Capanei grata ruina Jovi*] Capaneus, filius Hipponoi, fuit unus e septem ducibus qui ad Thebas decertarunt. Hic Deos omnes, ipsumque Jovem contemnebat, adeo ut se contra voluntatem Jovis Thebas capturum auderet affirmare. Unde in ipsa expugnatione Thebarum fulmine percussus interiit. Sic vero de Capaneo Veget. IV. 21. ' A Capaneo scalarum oppugnatio perhibetur inventa, qui tanta vi extinctus est a Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur.'

41 *Æschyleo cothurno*] Æschylus fuit poëta tragicus, qui primus apud

Incipe jam angusto versus includere torno;
Inque tuos ignes, dure poëta, veni.
Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.
Despicit et magnos recta puella Deos.

choreas molliores. Incipe nunc tenui torno carmina concludere, tuque, o *Vates dure, ad tuos amores* canendo *accede. Non securior Antimacho neque Homero prodibis.*

Scaligeri. Reliqui, tanquam in velabro olearii, *D. et Æschyleo: frustra.' Broukh.* '*Et Æsch.* Dresd. cum rell. codd. quod cum vulgg. prætulere ed. Græv. Lond. Leid. et tuentur Vulp. et Wakker. Amœn. Lit. p. 92.' *Barth.* '*Et Æsch.* textui reddend. censui pro *Achil.* ut edidit Broukh. [cum Barthio, qui tamen *et Æsch.* defendit:] secutus emendationem Scaligeri. *Achil.* etiam placebat Marklando. Obnituntur omnes fere libb. scripti et editi vetustiores, in quibus constanter *et Æsch.* Proxime accedit Neap. in quo *Æchileo*, et Dorv. 1. in quo *echileo*. In Leid. 2. *et esculeo. Et Æsch.* omnium verissimum existimo: idque prætulisse videtur Livin. et Fulv. Ursinus in Virgilio cum Græcis collato ad Ed. VIII. 10.' *Burm.* 'In his vss. transpositionem factam esse, qui attenderit, facile animadvertet.' *Lachm.* qui transponit hoc et seq. distichon, et vss. 45. 46. facit ut sequantur vss. 47—50. *Et Æsch.* exhibet Lachm.—42 *Mem. referre* Dorv. 2. quod ex aliis etiam notavit L. Lat. Heinsius *solvere mem.* Nihil se mutare monet Burm. et vulg. tuetur. *Toros* vel *thoros* damnat Burm. quod habent nonnulli Mss. et edd. antiquæ. *Choros* tamen in Ed. pr. *Deos* Leid. 2. Dorv. 2.—43 '*Componere* Scaliger, qui putat versus *torno includi* recte dici non posse. *Componere* habet noster 2. *includere* 1. Groning. Regg. Colbertt. cum Veneta. *Torno includ.* est, puto, funibus comprehendere et torno rotundare. Altero abhinc versu habuimus *compon.* quæ repetitio nimis foret vicina.' *Broukh.* '*Compon.* Dresd. e vs. 41.' *Barth.* '*Incipe et* Dorv. 2. *Augusto* in meo 2. *Arguto* conjecerat Heins. *Compon.* Mentel. Dorv. 2. et meus: sed *includ.* ceteri, et pr. edd. quod verum est. Ita ex aliis etiam *Incipe et ang. v. compon.* affert L. Lat. *Turno* in meo 2. unde *angusto gyro* hariolari quis posset.' *Burm.*—44 'P. Scriverius malebat *Dore p.* Animadv. ad Libr. Spect. Epig. 31. deceptus puto Lyncei nomine.' *B. B.* qui addit: '*Meos i. crude* legebat Heins. *Crudus*, qui recens et novus est in amore: *durus* est, qui huc usque non amavit.' '*Dure* non solicitand. videtur, neque cum aliis *pure*, aut cum Heins. *crude:* multo minus *Dore* substituend. est. Deinde *meos* Heins. et sic Markl. cui etiam in mentem venerat *tuos gyros.*' Burm.—45 Sententia ita jubente, ait Lachm. scribi debet *Tu n. Antimachus, n. t. i.*

NOTÆ

Græcos personas variaque ornamenta adinvenit. Juxta illud Horat. in A. P. 'Post hunc personæ pallæque repertor honestæ Æschylus et modicis instravit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.' Cothurnus autem calceamenti genus est, quem in theatrum invexit Æschylus. 'Æschyleo' autem 'componere verba cothurno,' idem est ac carmen grandiloquum tragicoque stylo scribere, cujusmodi scripsit Æschylus, qui sublimis, gravis, et grandiloquus fuit.

43 *Angusto torno*] Metaphorice præcipit scribendos esse Lynceo versus elegos, qui molliores ac minores versibus tragicis, qui sunt heroici. Horatius impolitos et inconcinnos versus vocat 'male tornatos' in A. P. 'Et male tornatos incudi reddere versus.'

45 *Antimacho*] Antimachus poëta fuit Græcus, cui in genere heroico secundas detulit consensus grammaticorum, ut ait Quintilianus. Hunc

Sed non ante gravi taurus succumbit aratro,
Cornua quam validis hæserit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores:
Trux tamen a nobis arte domandus eris. 50
Harum nulla solet rationem quærere mundi,
Nec cur fraternis Luna laboret equis;
Nec si post Stygias aliquid restaverit undas,
Nec si consulto fulmina missa tonent.

Formosa mulier majores etiam Divos aspernatur. Verum non prius bos fortis jugo colla summittit, quam firmis vinculis fuerit irretitus: neque tu tam graves sponte perferes amores: licet **sis *durus et ferox, attamen prius a nobis superandus eris. Iterum nulla consuevit inquirere causas rerum, neque qua de causa Luna fraternis equis laboret, aut hebetetur; neque utrum aliquid ex nobis post Stygias aquas supererit, neque utrum adhibito consilio ac ratione missa tonitrua dissultent. Intuere***

Homerus.—46 *Decipit* marg. Voss. 3. An *Despuit* reponend. quærunt Addenda ad fin. ed. Burm. *Tecta* Mentel. Voss. Dorv. et Burmannianus a m. sec. *Spreta* Heins. qui etiam ad oram ed. Ald. pro *puella* conjecerat *favilla. Rara* mihi aliquando arridebat, sed *recta*, ut etiam in meo 2. est, bene se habet.' *Burm.*—47 'Donsa P. legebat *gravi:* quia id epitheton aratro quam tauro convenientius videbatur: et sic etiam visum Val. Acidalio in Vell. II. 40.: sed *gravis* hic est, grandis, adultus, validus.' *Broukh.* Et sic interpretatur Gebh. *Gravi* emendarunt etiam Passeratius et Heins. ad Val. Fl. VII. 555. His assentitur Burm. et ita expressum habent Barth. Burm. Lachm. Leid. Id habet et Guarn. quod recte dedisse Vulpium pronuntiat Lachm. *Gravis* reliqui omn. Mss. *Succumbat* Voss. 3. *Succurras* 4.—48 '*Hæserit* perperam mutatum ivit in *læserit* Cauter. v. Nov. Lect. 16.' *Broukh.* Hoc damnat et Barth. '*Læserit* Dorv. 2. *Exerit* Vat. 5. *Cornu quam hæs.* præfert Gruterus XII. Suspic. ined. 8. Sed *cornua hæs.* recte per Græcismum exponit Broukh. *Læs.* rejecit etiam Gebh. et Passeratii dispunctionem, *succumbit aratro Cornua*, activo sensu, recte improbavit. Sed præstiterit hic f. *S. n. a. gravi t. summittit aratro Cornua. Summittit* certe in aliis legi testatur L. Lat. [quod glossema redolere pronuntiat Kuin.] Posset etiam *subjungit* legi cum Ruhnken. quod propius ad *succumbit* accedit.' *Burm.*—49 *Hæc tu* Guarn. *Jam d.* Palat. 1. *Pane* pro *per te* Brix. *Patiere labores* Markl. Censor operis Burmanniani in Bibl. Amstel. Crit. Vol. II. P. II. p. 19. corrigit *potieris amore*, citra necessitatem, ut putat Kuin.—50 *Vobis* Dresd. *Erit* id. et Guarn. *Arte* pro *arte* legend. opinatur Burm. et recte, pronuntiante Kuin. cui non arridet emendatio Censoris operis Burmanniani l. c. *T. ante a nobis arte d. e.*—51 Hunc et tres seqq. vss. censebat Vulp. transponendos esse post vs. 58.—52 *Hæc cur* Burm. 1. *Quare fr.* Voss. 1. Damnat Burm.—53 'Noster 2. et Palatinus

NOTÆ

tumidum vocavit Catullus: 'At populus tumido gaudeat Antimacho.' Ingens Antimachus composuit Thebaidos volumen, quod cum olim legeret convocatis auditoribus, et omnes eum deseruissent præter unum Platonem, 'Legam,' inquit, 'nihilominus: Plato unus mihi est instar omnium.' De hoc jam diximus in notis ad Catull.

52 *Fraternis Luna laboret equis*] 'Laborare' Luna dicitur, cum deficit. Virg. Ge. II. 'Defectus Solis varios, Lunæque labores.' 'Fraternis equis,' i. e. ob equos fraternos, nempe Solis, qui frater dicitur Lunæ, a quo etiam lumen mutuatur.

53 *Post Stygias undas*] I. e. an post

Aspice me, cui parva domi fortuna relicta est,
Nullus et antiquo Marte triumphus avi;
Ut regnem mixtas inter conviva puellas
Hoc, ego quo tibi nunc elevor, ingenio.
Me juvet hesternis positum languere corollis,
Quem tetigit jactu certus ad ossa Deus;

me, cui tenuis admodum res familiaris superest, et cui *nullus olim gesto bello majorum* est *triumphus, ut ego convivæ admistas inter puellas regnem,* eodem *isthoc ingenio quo a te deprimor. Me juvet hesternis in floribus languidum jacere, quem Deus* ille *potens indevitato telo* usque *ad ossa vulneravit. Virgilium* juvet canere *littora*

---

restabit erumnas. Recta lect. est in Donss. *restabit ad undas.'* Broukh. *'Nec sic* Guarn. *Restaverit und.* id. cum edd. vett. quam lect. probat Heins. *Restabit ærumnas* Dresd. *Restabit errnas* est in ora cod. V. D. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 28. cum in ipso contextu sit *restaverit:* et quidem utrumque ead. manu scriptum videtur V. D.' *Barth. Restabit ad undas* exhibent B.B.B. L. et sic Perr. v. c. Colot. duo Vat. Sed durum et contortum videtur Burmanno et Lachm. *Nec si p. S. a. restaverit undas* Leid. 2. tres Voss. Groning. Ask. Dorvv. et Burmm. cum Vicent. Venet. 2. Rheg. Volsci, Addd. Colin. Gryph. aliisque edd. Sed malit Burm. *umbras. Restabit erumnas* Mentel. Vat. 5. Leid. 1. marg. unus Dorv. unde *Erinys* castigabat Scharfleisch. ad Juv. VII. 52. p. 94. Novit quendam Burmannus qui eliciend. putabat *arenas:* sed *erumnas* natum esse ex glossa existimat Dorvil. Misc. Obs. [l. c.] Ov. ex P. IV. 14. 12. confirmet, judice Burmanno, *restaverit undas,* ut præferebat Markl. et recte, pronuntiante Kuin. Sed veram f. lect. substituemus, judice Burm. si *restaverit* interpretationem statuamus verbi Propertio hic, ut opinatur, reddendi, *superaverit undas* vel *umbras. Restabimus undas* est conjectura Wassenbergii, quam ingeniosam vocant Addenda ad fin. ed. Burm. Putat Lachm. esse scribend. *restans erit undas.*—54 Hunc vs. Guellius ad Virg. IV. Æn. 209. connectit cum vs. 51. et affert *rationem quærere mundi, Et si consulto, &c.* Damnat Burm. *flumina,* quod in Neap.—55 *' Est* non apparet in quibusd. libb. neque hic valde requiritur.' *Broukh. Est* legitur in plerisque Burmanni codd. Leidd. tribus Voss. Dorvv. Burm. 2. et reliquis, excepto solo Heinsiano: neque aliter in vetustis edd. Itaque id reposuit Burmannus, a Broukh. deletum.—56 Heins. *Nullius et prisco,* nimia licentia, pronuntiante Burm. *Tr. erit* Voss. 4. *Axi* Mentel.—57 *Et r.* Heinsian. *Regimen* pr. edd. *Miseras* perperam Dorv. 2. censente Burm.—58 *Hoc ego, quo* interpungit Lachm. *Quod* Regg. Colbertt. Burm. 2. edd. antiquæ.—59 'Stewichius ad Apul. p. 61. legebat *æternum positis* [et perperam, pronuntiante Burm.] *Hesternis* reposuit Lips. [probante Gebh.] ex Vaticano et Ursin. II. Ant. Lect. 10. quod et nostri duo præferunt, et unus Gebhardi. *Externis* habet Groning. Borr. Colb. 2. quod est *esternis.*' Edd. vulgg. τὸ *æternis* acriter tuetur Barth. Animadv. ad Stat. IV. Th. 831. Non audio, Vir docte. *Hesternas* vocat corollas, cum quibus pernoctaverat.' *Broukh.* '*Juvat* Dresd. *Hest.* Scaligeri liber, Palat.

NOTÆ

mortem durent animæ, et aliquid e nobis supersit; an vero simul una cum corpore sensus omnis ac spiritus intereat, quod existimabant Epicurei, quodque opinatur et credit Lucretius.

56 *Antiquo Marte*] Olim gesto bello celebri ac nobili; Mars enim, belli Deus, hic pro bello sumitur.

57 *Ut regnem*] Exemplo sui probat Poëtas Elegiarum scriptores florere apud puellas, quibus ingenium amatorium placet, non philosophicum.

60 *Certus ad ossa Deus*] Amor, qui et

Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Cæsaris et fortes dicere posse rates;
Qui nunc Æneæ Trojani suscitat arma,
Jactaque Lavinis mœnia littoribus.
Cedite, Romani scriptores; cedite, Graii.
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Actiaca Phœbi rei Romanæ *servatoris, et posse celebrare validas Cæsaris* Augusti *naves, qui jam revocat in lucem bella Æneæ Trojani, conditamque* ab ipso *urbem in littoribus Laviniis. Romani scriptores,* illi *cedite; cedite, Græci. Iliade nescio*

C. Com. Guarn. *Externis,* quod habent Bon. Dresd. id. est quod *esternis,* i. e. *hest.* Italica scriptura. *Æternis* Brix. Venet. Aldd. cett. *Corolis* Bon.' *Barth.* '*Ext.* Vat. 1. Neap. Dorv. 2. ut ex suis codd. etiam affert Nestor in Vocab. p. 37. b. in '*Corona.*' *Extremis* Ask. et unus Colb. *Æternis* Regg. et Colb. 2. quod Marklando placuisse miror. *Æternum positum* in meo 2. *In vernis corollis* conjecerat Heins. ad marg. ed. Ald. sed *hest.* recte Perr. v. c. et Fruterii, Colot. Vat. 2. 5.' *Burm.*—60 Damnat Burm. *tactu,* quod in Voss. 3. *Jactus* C. Com. Borr. Burm. 1. sed *jactu* tuetur Burm. *Cernis* Palat 1. unde Gebh. *jactu (cernis?) ad.* Amabat ille, ait Barth. singularia ejusmodi. Hanc correctionem damnat Broukh.—61 'Libb. fere *Virgilio:* quod, puto, fuerat *Virgilium.* [Id. censet Burmannus.] Groning. clare ex primit *Virgilium.*' Broukh. '*Virgilio* cod. Scalig. Guarn. Dresd. male.' *Barth. Virgilio* v. c. Perr. et Fruterii, Leldd. tres Voss. Borr. Burmm. et Dorv. cum priscis edd.—62 'Barth. XXV. Advers. 4. refingit, *Cæsare sit f.* Non video cur a recepta lect. discedere debeamus: neque acuminis laudem invideo suo auctori. Gebh. *ducere* reponit ex suo Palat. invitis omn. aliis.' *Broukh.*—63 'Alii maluerunt *Æneam Trojanaque,* ut alludatur '*Arma virumque cano.*' Sane ejus lect. vestigium est in Groning. *Ænea Trojanaque.* Ceteri nihil mutant. Habet autem nescio quid majestatis *Æneæ Trojani.*' Id. '*Æneam Trojanaque suscitet* Dorv. 2. et ita [at *suscitat* memorat Barthius Passeratium voluisse,] Passeratius ex Mss. *Æneæ Trojanaque* in aliis.' *Burm.*—64 'Noster 1. *Lavinio:* quanquam illud *o* nescio quis videtur transformare voluisse in *s.* Consulere debes quæ Pierius Valerianus notavit ad Virg. 1. Æn. 2. Non enim defuerunt, qui *Lavinis* mallent: quo ibat noster liber cum

NOTÆ

Cupido, cui est certa manus ac sagitta, quæ ad medullas Propertii penetravit.

61 *Actia Virgilium littora*] Delectet, inquit, Virgilium scribere bellum Actiacum, ab Augusto adversus Antonium gestum, quandoquidem versibus heroicis ingenium habet accommodatissimum; ego vero tenui mollique Elegiarum stylo scribam amores. Alludit ad VIII. librum Æn. in quo Virg. Actiacam pugnam luculentissime, ac laudes Augusti descripsit. Bene autem dixit 'littora,' ut duos exercitus significaret, alterum in mari, alterum in continenti; nam terra marique pugnatum est.

Custodis Phœbi] Alludit ad Augustum, qui sæpius sub nomine Phœbi latuit; unde et Horat. 'Custode rerum Cæsare,' &c.

62 *Fortes rates*] Classem seu milites classiarios intelligit.

63 *Æneæ Trojani arma*] Hoc est, Æneam ipsum veluti sepultum reduxit in lucem. Alludit autem ad Æneidos principium, 'Arma virumque cano.'

64 *Laviniis littoribus*] Lavinium urbem ab ipsis fundamentis conditam intelligit, alluditque ad illud Virgilii Æn. 1. 'Lavinia venit Littora.' La-

Tu canis umbrosi subter pineta Galæsi
Thyrsin, et attritis Daphnin arundinibus;
Utque decem possint corrumpere mala puellam,
Missus et impressis hædus ab uberibus. 70
Felix, qui viles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias.

quod opus *majus nascitur*. O Virgili, *tu celebras Thyrsin ac Daphnin politis calamis inter pineta Galesi obumbrati; et quomodo puellam queunt corrumpere decem poma, ac capreolus raptus a mammis non mulctis.* O te *beatum, qui pomis facilem tibi paras amicam, quamvis ipse Tityrus illi frustra canat nihil curanti. Beatus* ille est *Corydon, qui conatur illibatum Alexin heri villici delicias corrumpere. Quan-*

suo *Lavinio*.' Bronkh. Quem vulg. recte defendisse pronuntiat Burm. *Factaque* emendand. censet Salmasius ad Solin. p. 219. Vulg. tuetur Burm. —67 'Revoca huc illud distichon, quod in libb. omn. inf. ante vs. 85. legitur nullo sensu nulloque cum ceteris nexu, etiam post Scaligeri emendationem.' *Lachm.* qui ergo hic in textu collocat vss. 83. 84. Ceterum *Spineta* Borr. Groning. Dorv. 2. Burm. 1. An f. *vineta* legend. quærit Burm. Valens Guellius ad Virg. IV. G. 126. prolato h. Propertii loco, *spineta* affert. *Umbrosis* Neap.—69 'Omn. libb. præferunt *puellas*, perperam et insubide.' *Broukh.* Rectissime dictum, pronuntiante Lachm. F. librarii, ait Burm. inepte conjunxerunt *decem puellas*. *Puellas* in priscis quoque edd. Ex Virg. Ecl. III. 71. vir doctus in ora ed. Scal. *puellum* f. hic legend. ascripserat: sed hoc quoque, ait Burm. ut alia in his vss. mutasse videtur Propertius. *Atque* damnat Burm. quod habent Leid. 2. Dorv. 2.—71 '*Mercatur* verissime emendabat Schraderus Emend. cap. 7. p. 143. laudante Kopp. in Obs. Philol. cap. 11. p. 143. *Vili pomo* recte id. legebat Kopp. ut dudum ipse conjeceram: sic etiam legisse videtur Heinsius, ut colligi potest ex ejus imitatione, II. El. 7. p. 190.' *Burm.*—72 *Ingrate* Vat. Palat. 1. C. Com. Brix. *Ipse* iid. cum Guarn. Reponit Lachm. *canam*, rejecta vulgatæ interpretatione, quam

NOTÆ

vinium porro fuit oppidum ab Æneæ conditum in Latio, non procul a littore maris, quod hoc nomine voluit Æneas ab uxore sua Lavinia vocari.

67 *Umbrosi Galæsi*] Galæsus fluvius est Calabriæ, non procul a Tarento, circa quem Virgilius habuisse secessum dicitur, ac poëmata panxisse, maxime vero pastoralia. Galæsi meminit ipse Virg. in Georgicis: 'Qua niger humectat flaventia culta Galæsus.'

68 *Thyrsin et Daphnin*] Alludit ad Eclogas Virgilii V. et VII. quibus Thyrsis ac Daphnis celebrantur.

69 *Utque decem mala*] Attingit hos Virgilii versus Ecl. III. 'Quod potui, puero sylvestri ex arbore lecta Aurea mala decem misi; cras altera mittam.'

70 *Impressis hædus ab uberibus*] Cujus nempe mater capella non mulgetur, ut fœtus seu capreolus sit pinguior. 'Impressa ubera,' h. e. non pressa. Virgilianus autem pastor mittit etiam et hædos: 'Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.'

72 *Tityrus ipse*] Nomine Tityri Virgilium significari certum est ex Ecl. I. et VI. 'Pastorem, Tityre, pingues Pascere oportet oves.'

73 *Felix Corydon, qui tentat Alexin*]

Quamvis ille suam lassus requiescat avenam,
  Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poëtæ,
  Quo seges in campo, quo viret uva jugo.
Tale facis carmen docta testudine, quale
  Cynthius impositis temperat articulis.
Non tamen hæc ulli venient ingrata legenti,
  Sive in amore rudis, sive peritus erit.
Nec minor his animus, nec se minor ore canorus
  Anseris indocto carmine cessit olor.

quam iste canendo fessus deposita fistula quieti sese dedat, prædicatur tamen *a celebratur inter suaves Hamadryades. Tu tradis documenta Ascræi senis vatis, quo in agro seges,* et *quo* in *colle racemus proveniat. Tales perita* tua *lyra versus canis, quales* ipse *Cynthius adhibitis digitis modulatur. Attamen hæc* nostra *nunquam erunt injucunda lectori, seu ille sit in amore indoctus, sive doctus. Neque istis minor vis* est *ac spiritus, etsi vero minor* esset *argutus cycnus cantu, non* tamen *cessit miseris versibus Anseris. Similia etiam scribebat Varro*

dat Heyn. in Vita Virgilii ad A. 717. p. CXIV.—75 '*Suam avenam*] *Sua avena* habent libb. sed nihil certius hac emend. Scaligeri.' *Broukh.* '*Suas avenas* jam Passeratius tentabat e vestigio libri vet. in quo *suas avena*, quomodo et Brix. et Venet. expressum habent.' *Barth.* 'Scalig. lect. merito probarunt et receperunt viri eruditi. *Suas avena* antiquiss. edd. *Sua avena* Regg. Colbertt. Borr. Groning. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. mei.' *Burm.* Hic quidem, ait Lachm. satis bonum est, quod libb. scripti exhibent, *sua avena*.—76 *Facilis* Neap. Mentel. Heinsian. alii, priscæ edd.—78 *Herba j.* Guarn. Voss. 1. Leid. Burmm. alii. *Viget* unus Colb. *Venit* emendat vir doctus ap. Schrader. Emend. cap. 7. p. 143. et recte, pronuntiante Burm. sed male, pronuntiante Kuin.—79 Distinguit Wassenberg. *T. f. carmen, d. testudine q.* et rectius, consentibus Addend. ad fin. ed. Burm.—81 *Illi* Borr. Burm. 1. *Virent* a m. pr. in Neap. *Terenti* ad marg. ed. Colin. conjecerat Broukh. quod in ejus Notis non comparet: itaque id ipse postea repudiavit, judice Burm.—82 '*Huic in a.* meus 1. et pro *sive peritus* in Leidensi *parvus*. In Voss. 1. *paratus*.' Burm.—83 '*His an.* vet. lib. Passerat. *Aut si m.* Brix. Venet. Aldd. *Aut sum m.* C. Com. *Sim* Vat. Bon. Guarn. *Aut si minus* Dresd. *Nec si m.* retineri posse contendit Cant. ex Horat. IV. Od. 10. 8.' *Barth.* '*Nec memor* in meo 2. *His animis* omittit 1. *Animus* Exc.

NOTÆ

Attingit illud Virgilii Ecl. II. 'Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.' Ubi Corydonis nomine Virgilius significatur.

74 *Domini delicias*] Amores suavissimos ac carissimos.

76 *Inter Hamadryadas*] Licet, inquit, Bucolica scribere desierit, celebratur tamen a Nymphis sylvestribus. Hamadryades enim, seu Dryades, sunt nemorum ac sylvarum Nymphæ.

77 *Ascræi veteris*] Imitaris, inquit, Hesiodum, scribisque, sicut ille, carmen Georgicum. Dictus autem Hesiodus Ascræus senex ab Ascra patria, Bœotiæ vico. De hoc jam supra sæpius.

81 *Non tamen hæc*] Nostri versus amatorii, inquit, licet leniores sint ac molliores heroicis ac Virgilianis, legentibus tamen non erunt injucundi.

83 *Nec minor his animus*] Hoc est, non minor vis est his carminibus no-

Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro, 85
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.

absoluto Jasone, Varro nimirum ille *summus amator suæ Leucadiæ. Similia quoque*

Scal. pro varia lect. *His animus* v. c. Fruterii. *Aut si minor* Regg. Colbertt. Ask. Leid. Dorv. 1. meus 2. et vetustæ edd. *Etsi minor* tentaverat Markl. *Aut sim minor* Vat. 5. Borr. Groning. Leid. 2. Voss. 1. 4. cum meo 1. *Nec sim* Voss. 3. Dorv. 2. Heinsius N. Prop. p. 713. conjecerat *Nec m. h. animos, aut his minor ore*, quod probat Dorvill. Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 24. *Nec minor his animi, nec segnior ore* Heyn. ad Donati Vitam Virg. § 67. Certe procacem fuisse illum Anserem patet ex Ov. II. Tr. 435. Recte vero Scaliger legit *nec se minor.*' Burm. Diximus hæc collocasse Lachmannum ante vs. 67. Hic monet Neap. omittere *minor ore canorus*, et exhibet et tuetur *Nec minor his animis, aut, si minor ore, canendo A. i. c. c. olor, Tu canis &c.* In Addendis tamen dicit *canorus* recte se habere. *His animis* exhibent B. B. B.—84 *Cessat* Borr. Heinsian. *Cesset, ol.* Bon.—85 *Hoc* Voss. 4. *Profecto* male, judice Burm. affert Nestor in Vocab. in 'Proficiscor' p. 164. *Laudabat* Guarn. Exc. Scal. Leid. 2. Voss. 1. 3. Burmm. Sed '*ludebat*,' ait Burm. 'optime se habet, et a reliquis firmatur, a quibus una tantum litera superflua abit Dorv. 2. in quo *laudebat*.'—86 '*M. cura* noster 1. quomodo etiam legitur ap. Gyrald. Dial. 4. Hist. Poët. itemque in Borr.' *Broukh.* Sic Leid. 2. Guarn. tres Voss. quod probasse putat Burmannus Heinsium in Not. p. 713. 'F. minus recte,' ait Burm. 'Varro dicitur *maxima flamma Leucadiæ*, quæ aptius diceretur *m. fl. Varronis:* ideo præferend. videtur cum Markl. *m. fama.*'

NOTÆ

stris amatoriis, quam heroicis ac grandiloquis ; sed quamvis illis esset minor vis ac spiritus, sua tamen laude non carerent, cum argutus voce tenui cycnus non cedat Anseris indocto et obstrepero clangori. Non potest alius esse sensus, si Poëta consequenter loqui censeatur. Qui vero locum hunc aliter exponunt, mentem Propertii non assequuntur ; qui sua carmina, licet amatoria, gloriatur semper in pretio ac honore futura, sicut et Virgilii Bucolica, ac Varronis, Catulli, Calvi, Galliquæ, qui suos amores ac puellas scriptis tradiderunt, versus laudantur.

84 *Anseris indocto*] Potest etiam iste locus de Virgilio exponi, qui, licet bucolica cecinerit, non fuit tamen ob hæc minore spiritu ac vi : si vero in iis minor fuisse videatur, non ideo tamen olor et vates præstantissimus tenui ac deducta voce canens cessit indocto carmini Anseris poëtæ. Olor autem Virgilius, quia poëtæ olores vocantur, et ingenio candidi, et voce canori. Anser autem fuit malus ac miserabilis poëta, Virgilii æmulus, a quo graviter et invidiose lacessitus Virgilius non respondit.

85 *Hæc quoque ludebat Varro*] Similiter etiam, absolutis Argonauticis, amatorios versus ac Elegos scribebat Varro Atacinus, a patria Atace, Galliæ Narbonensis vico, sic nuncupatus ; de quo Horat. Sat. I. 10. 'Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino,' &c.

Perfecto Iasone] H. e. absolutis Argonautis, quorum dux ac princeps fuit Jason, unde et 'Iasonia carina' pro Argo supra Eleg. 24. huj. Lib. vs. 45. Varro namque Atacinus scripsit Argonautica, ut testatur Ovid. Eleg. ultima Lib. I. Amor. 'Varronem primamque ratem quæ nesciat ætas, Aeroque Æsonio terga petita duci?' et Lib. III. Art. 'Dictaque Varroni fulvis insignia villis Vellera, germanæ, Phryxe, querenda tuæ.'

86 *Leucadiæ maxima flamma*] H. e. qui summo flagrabat amore Leucadiæ

Hæc quoque lascivi cantarunt scripta Catulli,
  Lesbia quis ipsa notior est Helena.
Hæc etiam docti confessa est pagina Calvi,
  Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.
Et modo formosa qui multa Lycoride Gallus
  Mortuus inferna vulnera lavit aqua.

cecinerunt versus parum pudici Catulli, quibus Lesbia magis est celebrata quam Helena. Similia etiam cantavit docti Calvi pagina, cum infelicis Quintiliæ mortem defleret. Quam multa etiam vulnera a pulchra Lycoride impressa *non ita pridem vita functus Gallus abluit in undis Stygiis! Præterea etiam Cynthia Propertii*

Laochad. Regg. Mentel. Burm. 2. alii, pr. edd.—87 'Turbatum hic a librariis fuisse olim suspicatus erat Broukhusius, et in primis Notarum formis ascripserat transponendum, *Hæc etiam docti cantarunt scripta Catulli*, et mox, *Hæc quoque lasciri confessa est pagina Calvi*. Sed, quia hoc in Commentarium postea non retulit, sententiam mutasse videtur, inductus procul dubio alio Nasonis loco II. Tr. 427.' *Burm.*—88 *Quin* C. Com. Guarn. Borr. Leidd. Vossiani, Burm. 1. Sed *quis* margine Voss. 3. 4. uterque Dorv. et pr. edd.—89 *Docto* Brix.—90 '*Vulnera* male in Vossiano, et vs. 92. perperam *funera* in aliis.' *Burm.*—91 '*Quam multa* vulgg. Aldd. Gryph. cett. cum Dresd. *Cum m.* Passerat. *Qui m.* Scal. 2. sed et sic ante jam Passerat. conjecerat. *Quo m.* Neap. ap. Heins. tentantem *qui fleta* vel *multa*. Prius longius a scriptis libb. Posterius durum atque insolens est.' *Barth.* 'Locus manifeste corruptus. *Quam m.* Leidd. Voss. Groning. Dorvv. mens 1. *Qua* ed. Scal. *Qui* Colot. Vat. 5. *Quo* Neap. *Quis* Vat. 1. Notat Dorvill. in Misc. Obs. Vol. v. T. III. Heinsium legere *qui multa*, pro, permulsa, et *mulcere vulnera* dicantur, quod aliter 'fovere vuln.:' idque non improbabat Oud. ad Suet. Aug. cap. 66. p. 273. Sed hoc sensu *mulsa* non videntur placuisse Grævio, qui in Epistolis

NOTÆ

suæ. Ex hoc loco constat Leucadiam adamasse Varronem, ipsamque versibus celebrasse, quemadmodum Catullus Lesbiam, Tibullus Deliam, Lycoridem Gallus, Quintiliam Calvus, ac Propertius Cynthiam celebrarunt.

87 *Hæc quoque scripta Catulli*] Similiter quoque Catullo celebrata sunt amatoria carmina.

88 *Lesbia*] Catullianis sane versibus amatoriis facta est notissima.

89 *Hæc etiam pagina Calvi*] Doctus etiam Calvus Elegos ac versus amatorios composuit. Fuit porro Calvus poëta Catulli amicissimus, ad quem Epigramma scripsit XCVI. de morte immatura Quintiliæ. Unde et Ovid. de morte Tibulli: 'Et tu cum Calvo, docte Catulle, tuo.'

90 *Funera Quintiliæ*] Quintiliam amicam immatura morte sublatam Calvus poëta carmine funebri deflevit, utpote quam amore summo prosequebatur. Unde Catull. Epig. supra laudato: 'Certe non tanto mors immatura dolori est Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.'

91 *Formosa Lycoride Gallus*] Cornelius Gallus, Forojuliensis, elegantissimus poëta, de quo Virgilius in Bucolicis, amicam suam Lycoridem versibus illustravit. De Gallo ac Lycoride Martial. VIII. 73. 'Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.' Ovid. Lib. I. Amor. Eleg. ultima: 'Gallus et Hesperiis, et Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.' Idem Lib. III. Art. 'Vesper et Eoæ novere

Cynthia quin etiam versu laudata Propertî,
Hos inter si me ponere Fama volet.

carminibus decantata est, *si me* quidem *fama dignabitur istis annumerare.*

ad Heins. T. IV. Syllog. p. 641. &c. exemplum simile produci desiderabat; ut verbum insolentius esse ibidem notat Dorvillius, qui ipse tentabat *qui inulta*, ut *qui* corripiatur. Franc. tentaverat *deserta*, sed nimia licentia. Marklandi nota, quam editioni Grævv. in qua excusum est *quam multa*, alleverat, minime præterecunda est: 'Feliciter, credo, confeci; *Et m. f. qui flente L.* Quoquo te vertas, vix aliam vocem inveneris, quæ tam apte quadret sensui et constructioni.' Hanc conj. propius ad loci huj. sanationem accedere opinor, eamque sine mora amplectar, si vel ab uno Ms. confirmatur. Barth. XLI. Advers. 26. frustra sic solicitat: *De m. f. quam m. L.*' Burm. '*Pasnus* Wakker. Amœn. Lit. cap. 13. p. 94. *Galli* nomine omisso, qui satis designatur. Sed quod in ceteris poëtis hic memoratis locum etiam habere posset, etiamsi eorum nomina non fuissent addita. Sed cur Varronis, Catulli, Calvi nomina etiam exprimit, satis ceteroquin ex iis quæ adduntur nota?' *Addend. ad fin. ed. Burm.* Mita. p. 165. ita emendat, *Et m. formosam qui multa Lycoridæ questus Mort. &c.* 'Omnium VV. DD. conamina non attingunt elegantia Marklandianum. Quid vero si hic quoque Itali criticis fucum fecerunt, vera scriptura temere ejecta? Ita sane videtur. Nam *qui m.* et *quis m.* e tribus tantum libb. (si modo tres sunt Vat. 1. 5. Colot.) enotatur. Ceteri omnes, Neap. quoque, ne Burmanno fidem habeas: *Et m. f. quam m. L. G.*' Lachm. qui sic edidit; at B. B. B. Kuinoelis lect. expressam habent. —94 *Me si* Bon. *Explicit liber secundus Propertii Aurelii Monunicnsis* Guarg. habere dicit Barthius. At vid. VV. LL. ad ipsum initium Libri proximi.

NOTÆ

Lycorida terræ.' De Lycoridis Gallique amoribus legenda Virgilii Ecloga decima, quæ nihil aliud sonat. De Gallo scribit Eusebius, quod primus Ægyptum in provinciæ formam redactam ab Augusto tenuerit, sibique manu propria mortem consciverit, hostis a senatu judicatus. Ovidius autem testatur ipsum sibi maledica effrænique lingua mortis causam comparasse: 'Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, Sed linguam nimio non tenuisse mero.'

92 *Vulnera lavit*] Tum ea quæ sibi ipse sese occidendo intulit, tum etiam ea quæ ex Lycoridis consuetudine amoribusque contraxerat, Gallus infernis aquis abluit.

98 *Cynthia*] Propertii amica, quam suis ubique celebrat carminibus, quamque semper constanterque adamavit; ut ipse testatur: 'Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.' De Cynthiæ et Propertii amoribus Ovid. Rem. Amor. 763. 'Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli, Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?'

94 *Hos inter si me ponere Fama volet*] Si me, inquit, illis, Virgilio nimirum, Varroni, Catullo, Calvo, Gallo, aliisque voluerit annumerare Fama.

SEX. AURELII PROPERTII

ELEGIARUM

LIBER TERTIUS.

ELEGIA I.

CALLIMACHI manes, et Coi sacra Philetæ,
In vestrum, quæso, me sinite ire nemus.

O *umbræ Callimachi*, vosque, o *manes Philetæ Coi, oro, mihi permittite vestros*

Propertii Aurelii Mevaniensis L. III. Guarn. *Ad Calimachum et Philetan veteres elegiographos* præmittit Elegiæ 1. Dresd. Reliqui libb. nihil tale habent. Ceterum hic incipit Lachmannus Lib. IV.—1 *Choi* Brix. et Venet. ap. Barth. *Coum fama, Philetæ* Wassenberg. Solet aliquando Propertius, aiunt Addenda ad fin. ed. Burm. ita genitivos adhibere contractos. *Philitæ* Dresd.—3 *Purus*

NOTÆ

1 *Callimachi manes*] Amores scribere pergens, Callimachi Philetæque umbras invocat Propertius, ut eorundem sacrorum, quorum fuerant antistites, possit esse particeps; h. e. optat annumerari inter elegiacos poëtas, quales fuerant apud Græcos Callimachus et Philetas; de quibus diximus II. 34. Ambo nimirum isti poëtæ Elegiarum Amorumque iusores fuerunt; ut testatur Ovid. Rem. Amor. 759. 'Callimachum fugito; non est inimicus Amori: Et cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.' Deinde seipsum commendat, quod primus apud Latinos elegorum poëmatum genus excoluerit, unde sibi immortale nomen auguratur.

2 *In vestrum nemus*] Ut supra II. 13. dixit: 'Jussit et Ascræum sic habitare nemus.' Quia scilicet, ut ait Horat. Epist. II. 2. 'Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes.'

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.
Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quove pede ingressi, quamve bibistis aquam?

lucos adire. Ego antistes primus incipio aqua munda lotus orgia Italica portare per choros Græcos. Docete me, oro, *qua* vos *in spelunca versus* vestros *simul una limastis, et quo pede* illuc *accessistis, et ex quo fonte aquam hausistis. Ah! facessat*

Vat. 5. *Puro* tuetur Burm. *Vestro* legunt alii, et sic in marg. lib. sui conjecerat Markl. qui *vro* scriptum fuisse putabat, (i. e. *vestro,*) unde *puro* enatum fuerit. Sed præcessit 'vestrum nemus,' monente Burm.—5 'Ten. primus ex suis libb. feliciter [et sic judicat Barth.] emendavit Beroaldus; nam in aliis membranis fere est *tenuistis* .... Sed nihil est tricandum, cum et ante Beroaldum *tenuastis* scriptum fuerit. Ecce Volsci verba, isto prioris: '*Tenuastis:* tenui dicendi stylo perfecistis." *Broukh.* *Quod* Groning. *Quid* Dresd. *Cantu tenuistis* in aliis legi notat L. Lat. *Tenuistis* constans fere libb. vett. scriptura est, C. Com. Groning. Palatt. Bon. Regg. Colbertt. Borr. Ask. Guarn. Dresd. Leidd. trium Voss. Burmm. Vicent. Venet. 2. Rheg. Brix. et Venet. ap. Barth. unde absurdo judicio, pronuntiante Burm. *tenuistis* Gebhardus, quod non immerito irridere putat Broukhusium, et Barthium ad Stat. IV. Sylv. 7. 9. *Tenuastis* Dorv. 2. et hanc lect. jam probavit F. Flor. Sabinus Lect. Subsec. cap. 15. Tom. I. Facis Crit. p. 1073. neque aliter editum in Aldd. Collin. Rouill. Gryph. aliisque. Hanc lect. Passeratio etiam probatam, bene tuetur Broukhusius, censente Burm.—6 'Quidam libb. *quove b. aqua:* utrum-

NOTÆ

3 *Primus ego sacerdos*] Sic etiam Horat. 'Carmina non prius Audita Musarum sacerdos Virginibus puerisque canto.' Primum igitur sese fuisse gloriatur inter Romanos, qui versus elegos ad Græcorum consuetudinem et morem scripserit.

4 *Itala per Graios orgia*] Orgia dicuntur apud Græcos omnium Deorum sacra, sicut cærimoniæ et ritus apud Latinos; unde, licet orgia Bacchi sacra abusive nominentur, omne tamen negotium cærimoniale sacrorumque mysteria vocitantur orgia. Vocat autem hic Propertius orgia Musarum sacra. Habent enim et Musæ suas cærimonias, ritus, et sacra, quæ etiam ab Statio Lib. v. Sylv. epicedio in filium vocantur orgia: 'Quæ vestra sorores Orgia Pieriæ, quas incestavimus aras?' Cum autem poëtæ sint Musarum sacerdotes, significat Propertius se primum inter Latinos poëtas Elegiarum scriptores ferre mystica Latini carminis Elegi sacramenta per Græcorum poëtarum choreas docentium cœtus, quasi ante Propertium nemo Latinorum Elegiam illustrasset, sed a solis Græcis fuisset celebrata.

5 *Carmen tenuastis in antro*] Nemorum secessus et antra Nymphis Musisque sacra dicuntur; quia silentium scribentibus maxime convenit, secessusque studia cogitationemque meditantis intendit. Fuerunt autem plura antra peculiariter Musis dicata; quorum celeberrimum fuit in Parnasso Corycium, unde Corycides Nymphæ vocantur ab Ovidio Musæ, sicut et Libethrides ab antro Libethro, iisdem in monte Helicone sacro. 'Tenuare' porro 'carmen' est illud ad stylum tenuem et mollem characterem, quali usi sunt Callimachus et Philetas, in pangendis Elegiis concinnare.

6 *Quove pede ingressi*] Bono an malo, dextro an læva.

Ah! valeat, Phœbum quicumque moratur in armis.
Exactus tenui pumice versus eat,
Quo me Fama levat terra sublimis, et a me
Nata coronatis Musa triumphat equis;
Et mecum in curru parvi vectantur Amores;
Scriptorumque meas turba secuta rotas.
Quid frustra missis in me certatis habenis?
Non datur ad Musas currere lata via.
Multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperii Bactra futura canent.

quicquis Phœbum in bellis canendis *detinet. Accurate expolitum gracili mollique pumice fluat carmen, quo me humo attollit sublimem fama nobilis, ac ex me nata Musa laureatis equis triumphat, mecumque* una simul *in curru parvi vehuntur Amores, ac poëtarum multitudo currum meum prosequens. Quare adversum me lasciviis ineptiis? Non est latum iter ad Musas properandi. O Roma, plurimi* scriptores *augebunt historias tuis laudibus, qui Bactra fore terminos imperii Ro-*

que ferri potest.' *Broukh.* Id. pronuntiat Barth. Sic legunt Guarn. Borr. Voss. 1. Dorv. Burm. 1. C. Com. ed. Volsci. *Quave pedem i. quamve tulistis aquam* in aliis ap. L. Lat. In Vicent. Venet. 2. *quave b. aquam.* In reliquis vett. excusis *quamve b. aquam.*—7 *Requirit* Dresd.—8 *Erat* Heinsian. Borr.—9 *Quoi* Frut. *Levet* et mox *triumphet* Heins. et Markl.—10 'Passerat. e libro vet. *Nota* repositum ivit. Non placet: et nostri omnes habent *Nata.*' Broukh. qui cum Barth. tuetur *Nata*, quod exhibent B. B. B. *Nota* habet et Ask. quod tuetur et exhibet Lachm. *Musa vehitur c.* affert Barth. ad Claud. 2. in Rufin. 297. damnante Burm.—11 *At* Burm. 1. *Currum* codd. Palat. Dorv. *Vectentur* Heins. Markl. *Vectantur* C. Com. *Nectentur* edd. Douss. Long.—13 'Aur. malebat *immiss.* Sed nihil mutand.' *Broukh. Immiss. mecum*

NOTÆ

Quamve bibistis aquam] Quo ex fonte hausta aqua vos effecit poëtas Elegiacos. Alludit ad fontes qui plurimi quondam fuere Musis dicati, ex quibus fingebantur bibisse qui poëtæ fiebant. In his celeberrimus fons Hippocrene seu Caballinus et Aonius in Bœotia. Statius: 'Da fontes mihi, Phœbe, novos.' Itemque: 'Et de Pieriis vocalem fontibus undam.' Persius in Prologo: 'Nec fonte labra prolui Caballino.'

8 *Exactus tenui pumice*] H. e. tenui gracilique stylo accurate expolitus. Alludit autem ad consuetudinem, qua solebant veteres expolire pumice libros suos. Plin. XXXVI. 21.: 'Pumices in usu sunt corporum levigandorum atque librorum.'

10 *Nata Musa*] Quasi primus ipse sit apud Latinos carminis Elegiaci scriptor, natam a se dicit Musam amatoriam curru vehi triumphali, in quo Cupidines secum pariter una vectentur, poëtarum turba subsequatur.

14 *Non datur ad Musas lata via*] Angusta siquidem et arcta via conceditur ad Musas tendentibus. Alludit ad viam arctam et arduam virtutis, et ad Pythagoræ literam, ut IV. 10. 'Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.'

15 *Laudes annalibus addent*] Annales historiæ Romanæ scripserunt Ennius, Fabius Pictor, Piso, Livius, Volusius

Sed, quod pace legas, opus hoc de monte sororum
Detulit intacta pagina nostra via.
Mollia, Pegasides, vestro date serta poëtæ;
Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi, quod vivo detraxerit invida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet Honos.

mani *cantabunt*. *At libellus noster semita nulli hactenus trita attulit de monte sororum istud opus, quod* in *pace legas*. O *Pegasides, affundite vati vestro blandos flores; non* enim *fronti meæ conveniet laurea bello parta. Sed quod mihi viventi detraxit malignum vulgus*, illud mihi *post mortem Fama duplo aucta cum usura*

---

cert. Heins.—16 *Canant* Groning. quod volebat Heins. et præstare putat Lachm. id quod exhibet.—17 *Fonte* Perr. v. c. Vat. 1. 2. quod non improbasse videtur Burmanno Passeratius. *De monte futurum* ap. alios legi notat L. Lat.—18 *Retulit* Burm. 1.—19 'Hunc verborum ordinem habet Groning. Reliqui *date vestro*, numero minus suavi et magis laxo.' *Broukh.* Nostrum ordinem vocat Barthius suaviorem et concinniorem, et sua imitatione præstulit Lotichius 1. El. 6. 53. *Pegasea* Comel. notante Barthio, et significante f. C. Com.—20 *Faciat* Heins.—21 'Solus 2. *detraxerat*: sed potior videtur recepta lect.' *Broukh. Detraxerit* v. c. Fruterii, Exc. Scal. Groning. Dorvv. Burm. 1. Venet. 2. Vicent. Volsci, Ber. Colin. Ald. 1. Junt. ut legend. notavit Gebh. *Detraxerat* in Leidd. tribus Voss. Guarn. Ald. 2. Rouill. Gryph. Canter. aliisque. *Detraxit* Dresd.—22 *Onus* vel *honus* multi Mss. *Onus* legere Guarn. Brix. et *reddit onus* Dresd. monet Barthius. *Opus* Dorv. 1. ut in aliis legi testatur L. Lat. Placet valde Burmanno emendatio Marklandi,

NOTÆ

apud Catullum, Cornelius Tacitus. Plures autem alii Rom. historiam scripserunt; sed annales non sunt historia, sed potius historiæ species, qua res gestæ, observato cujusque anni ordine, describuntur. Quid vero differant annales ab historia, plane docet Aulus Gellius v. 18.

16 *Bactra*] Seu Bactrum, oppidum est primarium et regio Scythiæ, ab amne Bactro præterlabente nomen habens. Bactriana regio quondam ad Persarum imperium spectabat. Hanc describit Curtius Lib. VII.

17 *De monte sororum*] Ex Helicone, vel Parnasso, monte Musis sacro: sorores enim Musæ dicuntur, ut II. 30. 'Illic aspicies scopulis hærere sorores.'

18 *Intacta via*] Quam nimirum nullus Romanorum ante Propertium ingressus est, ut mox dixit, 'Primus ego ingredior,' &c. Virgil. Geo. III. 'Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis Raptat amor. Juvat ire jugis, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo.'

19 *Pegasides*] Musæ dicuntur Pegasides a fonte quem Pegasus ictu ungulæ dicitur aperuisse, qui dictus est Hippocrene. Pegasis etiam dicta est Œnone Nympha, quæ Paridem adamavit.

Mollia date serta] Molles blandosque petit flores, quia Elegos versus scribit amatorios. Ita etiam Tibull. I. 7.

20 *Dura corona*] Vel duro labore ac bello parta, vel ex foliis asperioribus, ut querneis, ob cives servatos. Sed videtur intelligi versus gravis, et bellis canendis accommodatus ac duratus.

21 *Quod vivo detraxerit invida turba*] Ad mentem etiam Propertii canit Ovid. Lib. I. Amor. Eleg. ult. 'Pasci-

Omnia post obitum fingit majora vetustas:
Majus ab exequiis nomen in ora venit.
Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?
Fluminaque Æmonio cominus isse viro?
Idæum Simoënta Jovis cunabula parvi?
Hectora ter campos, ter maculasse rotas?

restituet. Post mortem posteritas omnia fuisse *majora imaginatur: majus nomen post obitum sermone hominum incipit celebrari. Quisnam enim sciret* fuisse *pulsatas arces equo ligneo? ac fluvios cum duce Æmonio fuisse congressos?* Quis nosset *Idæum Simoëntem Jovis infantis incunabula? Hectorem*que *per agros ter currus*

Ut mihi . . reddat h.—25 Barthius *æquo*, Kuinoel *æque*, legere dicunt Dresd. *Pugnas . . actas* Bon. *Ab regno* Guarn. Regg. Colbertt. Mentel. Borr. Dorv. 1. Livineii codex, Brix. Damnant Barth. Burm. qui et damnat *artes*, quod habent Regg. Colbertt. Neap. Ask. Leid. 2. Voss. 1. 4. Dorv. 1. Burm. 2.—26 Improbat Burm. *Fulmina*, quod in Voss. 3. *Hæmonium . . virum* Heins. N. Prop. p. 714. Alterum tueri Silium v. 560. censet Lachmannus. *Esse* Borr. Heinsian. Voss. Leid. 1. Burm. 2. *Ipse* Dorv. 1. *Comminuisse* Guarn.—27 *Xanthumque et Sim.* Guy. Videsis Burmannum. Multa dicit Lachm. ad hunc vs. fraudis convincendum: tandemque, 'Quæ cum ita sint,' ait, 'minus quam ceteri culpandus erit nostri cod. [Neap.] scriptor, qui certe *cunabula parvi* omisit: rem optime aget, qui totum versiculum abire jubeat.'—28 'Argute Frut. et Livin. *ter campos*. Etiam in membranis quibusd. ita legi Pas-

NOTÆ

tur in vivis Livor: post fata quiescit, Cum suus ex merito quemque tuetur honor.' Admodum etiam eleganter dixit Vell. Paterc. 'Præsentia invidia, præterita veneratione prosequimur.'

23 *Post obitum fingit majora vetustas*] Illud est hominibus insitum ac innatum, ut semper magis quæ præterierunt venerentur. 'Vivos,' ait Sallustius, 'sæpe invidia fatigat: ubi anima naturæ cessit, demtis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisque extollit.' De Rep. ord. II. ad fin.

25 *Equo pulsas abiegno nosceret arces*] Pergama seu Trojam intelligit, quam equus ille ligneus, seu abiegnus, a Græcis fabricatus evertit et excidit, ut refert Virg. Æn. II. 'Abiegnus' porro dicitur ille equus, quia erat ex abiete ligno conflatus, ut idem ait Virg. 'Sectaque intexunt abiete costas.'

26 *Fluminaque*] Xanthum et Simoëntem significat, qui referuntur ab Homero, junctis simul aquis, Achillem Trojanos trucidantem obruere tentavisse.

Æmonio viro] 'Vir Æmonius' dicitur Achilles, ab Æmonia, quæ et Thessalia, ex qua fuit oriundus.

27 *Idæum Simoënta*] Simois fluvius est Phyrgiæ, non procul a Troja, ex Ida monte vicino fluens, unde dicitur Idæus. Fuit autem mons duplex nomine Ida: alter fuit in Phrygia, non procul a Troja, alter in Creta. Utrobique autem a variis scriptoribus dicitur Jupiter nutritus. In Ida Phrygiæ vult Jovem educatum Propertius, cum dicit; 'Jovis incunabula parvi.' Ovidius vero cum pluribus aliis scribit ipsum nutritum in Ida Cretæ, Metam. VIII. 'Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten.' Idem Amor. III. 10. 'Cretes nutrito terra superba Jove.' Alii vero, litem dirimere cupientes, Jovem dicunt in Ida Phrygiæ

Deiphobumque, Helenumque, et Polydamanta sine armis ?
Qualemcumque Parin vix sua nosset humus.
Exiguo sermone fores nunc, Ilion, et tu
Troja, bis Œtæi numine capta Dei.

cruentasse? Deiphobum, et Helenum, ac Polydamantem sub armis cecidisse? *Qualemcunque Paridem vix sua patria cognovisset. O Ilion, tenuis de te et obscura esset fama, ac de te* etiam, o *Troja, iterum numine Dei Œtæi expugnata. Ille*

seratius auctor est.' *Broukh.* Recte hos *ter c.* restituisse censent Burm. Lachm. et id jam probasse videtur Burmanno Passeratius. In codd. et edd. vetustis legebatur *per c.*—29 ' Noster 1. cum Borr. *Deiphobum Helenumque:* uti et Veneta [et pr. ed. Brix.]. Deinde omn. pariter libri *Polydamantes in a.* cum edd. pr. Scaliger correxit, *Polydamanta sine a.* Passeratius [ex vet. lib.] malebat *sub a.* Verum hoc longius abit a ductu literarum, τὸ *sine* haud difficulter præ se ferentium. Est autem scribend. *Pulydamanta.* Monuit Passeratius, et Heins. ad Ov. XII. M. 547.' *Broukh.* ' *Polydamantes in a.* Brix. Aldd. cett. et Veneta Bronkhusii, [ubinam hoc didicit?] sed in mea Venet. 1500. legitur *Polydamanten in a.* Et sic fere Palat. membr. et C. Com. nisi quod *Polydamantem* scribunt [cum Ask.]. In Palat. 1. desiderantur hæc tria verba. *Polydamantos in a.* Dresd. [At Dresd. habere *Polydamantas* dicit Kuin.] *Sub a.* malebat Heins. sed hoc longius a ductu lit. abit quam *sine,* quod Broukh. Vulp. et Gött. receperunt, ut et *Polyd. Polydamanta, sine armis Q. &c.* legit Marcilius ad Pers. Sat. 1. 7.' *Barth. Sine a.* probatum a Guy. et ab editore Elector. Etonens. Min. p. 116. et exhibent B. B. B. qui id defendit. *Polydimantes in a.* Borr. *Polydamanta sub a.* Perr. v. c. ut legend. notat et Markl. ad Stat. Sylv. p. 264. *Polydamantas in* Leid. 2. Voss. 3. Neap. et priscæ edd. ' *Pulud.* edidit Broukh. [non *Pulud.* sed *Pulyd.*] præeunte Heins. in N. Ovid. sed qui ipse id postea rejecit: et prævalent quæ pro *Polud.* notavit Drakenb. ad Sil. XII. 212.' *Burm. Polyd.* defendit Kuin. *Pulyd.* edidit Vulp. Reponit Lachm. *Polydamanta, et in armis Q. &c.* Notam interrog. post ' armis ' habet et Barth. sed punctum minimum expressam habent Broukh. Burm.—30 *Nescet* Brix. et Venet. ap. Barth.—31 ' Malim *Ilios;* non quo ignorem crebro hæc nomina confundi, sed vero propter exilem sonum literæ *n:* nam id, ni fallor, observarunt Veteres in huj. nominis diversa scriptione.' *Broukh.* ' Parum referre patebit ex Heinsii Notis ad Ov. Ep. 1. 48. Et, quod ad sonum auribus gratiorem attinet, mihi *Ilion* proband. videtur.' *Burm. Pergamon* vult Guy.—32 *Evecti* Mentel. corrupte, judice Burm.

NOTÆ

natum, in Ida Cretæ fuisse educatum; sic utraque Ida dici potest ' Jovis incunabula parvi.'

28 *Ter maculasse rotas*] Quia nimirum ter circum urbem Trojam interfectum Hectorem ad currum alligatum raptari jussit, ut refert Virg. ' Ter circum Iliacos raptaverit Hectora muros.'

29 *Deiphobumque, Helenumque*] Deiphobus Helenusque Paridis fratres, filiique Priami, Trojanorum regis, fuerunt, carminibus Homeri Virgiliique notissimi.

Polydamanta sine armis] Polydamas vir fuit Trojanus, Panthi filius, prudentia ac sapientia singulari præditus, qui, ut retulit Homerus, præsentia noverat et futura.

30 *Qualemcumque Parin*] Formosum quidem, sed imbellem et adulterum, vix patria civesque sui cognovissent.

32 *Troja bis Œtæi numine capta Dei*] Troja et Ilion hic a Poëta separantur, licet sint idem, nisi forte Ilion sit urbs, et Troja regio dicatur. Œtæus vero Deus dicitur Hercules

Nec non ille tui casus memorator, Homerus,
  Posteritate suum crescere sentit opus.
Meque inter seros laudabit Roma nepotes.
  Illum post cineres auguror ipse diem.
Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro,
  Provisum est, Lycio vota probante Deo.
Carminis interea nostri redeamus in orbem,
  Gaudeat ut solito tacta puella sono.

etiam auditi tui narrator Homerus sensit suum opus majus fieri vetustate. Me quoque apud posteros suos olim Roma laudabit. Illud tempus post mortem fore auguror. Ut solus lapis corpus meum in cili monumento non indicet prospectum et a me, Lycio Deo votis meis annuente. Interim in versus nostri gyrum revertamur, ut amica concincto cantu capta delectetur.

Œtæ unus Colb. Borr. *Œte* Neap.—33 *Memorabit* Ask. *Memoratur* alii, posita in fine vs. distinctione.—34 *Sensit* Leidd. tres Voss. Dorvv. Burm. 2. et reliqui fere, cum vetustis edd. *Sentit* Franc. 1. quod esse veram scripturam pronuntiat Broukh. et receperunt Vulp. Gött. B. B. B. sed *sensit* exhibet Lachm. *Prosperitate* Borr. Burm. 1. inepta lect. judicante Burm.—35 *Teque* Burm. 1. Damnat hoc Burm. ut et *laudavit* in Regg. et priscis edd.—36 '*Esse* capit Passerat. pro, fore: sed duo nostri, Colb. 2. Borr. legunt *ipse*, quod et in Palatt. Gebhardus invenerat: recte, si quid sentio.' *Broukh.* qui *ipse* recte tuetur, pronuntiante Burm. *Ipse* servant et Vat. 1. 2. Perr. v. c. Dresd. Bon. Guarn. *Ipse dea* Neap. *Ipse* defendit Barthius. *Esse* præferunt vetustiores edd. *Cinerem* Mentel. Dresd.—37 *Non* Leid. 2. Borr. Burm. 1. et alii ap. L. Lat. *Nec* Mentel. Dorv. *Me . . indicer* pr. edd. *Contento* Guarn. veteri scriptura, monente Barth.—38 *Promissum* Vat. 5. Leid. 2. Voss. 1. *Promissum lytio* Posth. monente Barth. at *Promissum est* habere eum cod. monet Burm. *Promissum est latio* Palat. 1. unde Gebh. vult *Latio*, improbantibus B. B. B.—39 'In Posth. Vat. Dresd. Brix. Venet. Paris. in unum Delph. distinguitur hoc distichon a superiori El. Dresd. addit inscriptionem *Ad librum suum. Ad Cynthiam* Paris. ed.' *Barth.* 'Novam El. inscripto titulo *Ad l. s.* hic inchoant plerique codd. et edd. vetustiss. et sic Ald. 1. cum inscriptione, *Poëmata solum vacare morte*, ut in Junt. et Colin. Sed in Ald. 2. Rouill.

NOTÆ

ab Œta, monte Thessaliæ, in quo conflagravit. Dicitur autem bis 'capta Troja' ab Hercule, seu nutu Herculis, quia nimirum Hercules ipse eam cepit, postquam ei denegasset equos promissos Laomedon rex. Iterum vero ejusdem Herculis numine capta fuit Troja, cum, Agamemnone duce, Græci post decem annorum obsidionem ipsam expugnarunt, postquam Herculis ipsius sagittis, in quibus fatum Trojæ fuit positum, Paridem occidisset Philoctetes.

35 *Nepotes*] Proprie sunt filiorum filii, sed hic posteri significantur.

38 *Lycio vota probante Deo*] Lycius Deus dictus est Apollo a Lycia Asiæ provincia, ubi imprimis colebatur, clarissimumque templum habuit; unde et Lycias sortes a Virgilio dicta sunt Apollinis oracula. Templum porro Apollinis Lycii in civitate Patara fuit; unde iste Deus etiam dictus est Patareus. De ipsoque dixit Ovidius: 'Patareæque regis servit.'

Gryph. 1551. ejusque heredum 1561. tum C. Plantini Antverp. 1580. et Scal. hæc præcedentibus connectuntur. In Gryph. 1573. Canter. et Douss. novæ El. initium est a vs. 41. [nobis II. 1.] quod secutus est Vulpius.' *Burm.* —40 *Et* emendavit Pucc. *G. insol.* Bon. Dresd. Palatinus, v. c. Fruterii, Neap. Regg. Colbertt. Dorv. 1. et priscæ edd. unde Heins. *hinc sol.* sed Burmanno, quod connectunt codd. separandum videtur, *in sol.* et docte, et vere, consente Lachm.

ELEGIA II.

POEMATA SOLUM VACARE MORTE.

Orpheu, te lenisse feras, et concita dicunt
Flumina Threicia sustinuisse lyra.

Orpheum narrant belluas immanes ad se traxisse, ac rapidos amnes Thracie

Ald. 2. et ed. Mur. ex hac et sup. El. unam faciunt, monente Barth. qui cum Kuinoele novam hinc orditur El. 'Rectissime Mur. et Scaliger hæc, quæ sequuntur, cum superioribus conjunxere, quos Vulpius potius sequi debuit, quam Douss. et Gryph.' *Lachm.*—1. 2 '*Orpheu detin. f. . . . . detin. lyra.* Hæc est lectio libri 1. cum quo facit Borr. [et Guarn.] In pentametro 2. habet *sustin.* quod etiam Regg. Colbertt. Groning. [Dresd.] agnoscunt, et monuerunt Lips. II. Ant. Lect. 10. Modius Novant. Ep. 18. Gebhardus, ac Passeratius. Contendunt illi *sustin.* id. valere quod, inhibuisse; non nego; sed et *detin.* id. valet. Itaque in vs. minore nihil mutand. videtur. In longiore Heinsius ad Ov. II. M. 2. reponit *Orpheu, te duxisse f.* ingeniose, nec dubito quin vere.' *Broukh.* '*Orpheu te ten.* Aldd. catt. *Orpheu te dux.* recepit in context. Broukhusius, quem sequitur unica Leid. [*Orpheu,*] *te traxisse* conj. Harles.' *Barth.* '*Orpheu detin.* Exc. Scal. Vat. 1. 5. Neap. Leidd. [Palat.] tres Voss. Groning. Ask. Dorvv. aliique ap. L. Lat. *Orpheu te ten.* in Regg. Colbertt. et meo 2. in Vicent. Venet. 2. Rheg. [Brix.] Volsci, Aldd. [at vid. sup.] Junt. Colin. aliisque, et ap. Oct. Mirandulam in Virid. Illustr. Poët. fol. 188. verso. *Orpheu te ten.* Bor. *Orpheu te ten.* et minore vs. *sustin.* Guy. ex Regio, ut Lips. Modius, aliique. Pravo judicio Vulpius [sic edidit et Barth.] *detin.* primo vs. et altero *sustin.* edidit. *Detin. ferus* librariorum oscitantiæ debetur. Neque vennsta videtur repetitio, si utroque vs. *detin.* legatur, ut censebat Scaliger. Cogitabam aliquando *Orpheu, te mulsisse* vel *flexisse.* Sed mox sequitur 'flexit equos,' nisi illic *duxit* ex nonnullis codd. substituend. videatur. Præstat admittere *Orpheu, te duxisse.* Heins. etiam *domuisse* conjecit. Altero vs. pro *sustin.* quod in v. c. Fruterii, Dorv. Neap.

NOTÆ

Cynthiæ esse significat Poëta nihil esse carminibus perennius, nullasque esse moles ædificiorum, aut pyramidum et monumentorum superbas structuras, quæ non aliquando finem sint habituræ, ac destruantur; sed solam virtutem, viribusque ingenii partam gloriam, et famam semper victuram.

1 *Orpheu, te lenisse feras*] Quomodo Orpheus ad se feras lyræ cantu traxerit, narrat Ovidius Metam. X. et XI. Nos etiam de hoc supra sæpiusque diximus.

Saxa Citheronis, Thebas agitata per artem,
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.
Quin etiam, Polypheme, fera Galatea sub Ætna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Miremur, nobis et Baccho et Apolline dextro,
Turba puellarum si mea verba colit?

cithara fuisse remoratum. Aiunt etiam *rupes Citharonis per cantum* Amphionis *attractas e sedibus suis sponte sua Thebas in muri formam convenisse. Insuper, o Polypheme, Galatea ad tuos versus sub inculta Ætna equos suos madidos convertit. Admiremurne* igitur, *si totus puellarum chorus, cum mihi Bacchus Apolloque fave-*

Mentel. Exc. Scal. Ask. aliisque, et primis edd. legitur, et a multis probatum fuit, Broukh. *detin.* recepit, quod ejusd. notionis est. Tamen h. in l. præfert Patrnus mens ad Val. Fl. III. 100. et ita affert Oct. Mirandula l. c. ' Burm. *Orpheu, te dux..... detin.* edidere Broukh. Burm. ' Vulp. recte *sustin.* [sc. in vs. 2.] Ayrm. in Sylva Emend. Crit. p. 7. conj. *Orpheu delinisse f.*. Mihi legend. videtur *Orpheu, te lenisse f.*' Kuin. Reponit Lachm. (qui dicit solum Ayrm. veram lect. vidisse,) *Orpheu delinisse .... sustin.*—3 *Thebis* Dorv. 1. *Thebes* ap. Oct. Mirand. *Thebanam* Heins. *Phœbeam* Britannus in Misc. Obs. Vol. II. p. 109. et musicam Amphionis artem intelligebat, ut ' Phœbeus Amphion ' Statio III. Sylv. 2. 41. Sed in Notis illic subjectis Burm. P. nihil immutand. contendit. Reclamavit et Dorvillius in Misc. Obs. Reclamat et Barthius. Ruhnkenio *Thebas* e glossa provenisse, veramque lect. suo l. movisse videbatur. Ast. conj. *S. C. blandas.* ' Semper vero scribend,' ait Burm. ' *Citharonis:* nam male inf. *Cytharonis* in ed. Broukh. Pejus adhuc *Citheronis* et *Cytheronis* in Indice tanquam diversi ponuntur montes.'—5 *Ferox* . . . *equas* conj. Wakker. Amœn. Lit. cap. 12. p. 28.—6 *Duxit* Borr. C. Com. Burm. 1. *Ad te* ed. Græv. et *flumina fl.* alii ap. L. Lat. Utrumque damnat Burm. *Ror.* vel *parcites equas* conjecerat Heins. *Æquas* olim Broukhusio in mentem venisse monet Burm. sed de eo nullam facit mentionem Broukhusius in Notis. Eld. suis ad Burm. literis refingend. suspicabatur, *Pol. aures . . . aquis.* Sed *fera* tuetur Burm. Forte, ait Barth. *duxit*

NOTÆ

3 *Saxa Citheronis*] Mons est Bœotiæ, Parnasso vicinus, Musis Bacchoque sacer, cujus saxa fabulantur e sedibus suis convulsa et attracta lyræ Amphionis cantu sponte sua coaluisse, ut Thebarum, quæ civitas est Bœotiæ, omnibus suis partibus mœnia componerent.

5 *Polypheme*] Polyphemum Cyclopem, Neptuni filium, sub Ætna Siciliæ monte degentem, Galateam Nympham fabulantur adamasse.

6 *Rorantes flexit equos*] Ad Polyphemum Galateam Poëta dicit ' equos rorantes ' ac madidos flexisse, quia nimirum ipsa fuit marina Nympha, Nerei filia, quam curru vectam per aquas maris ad amatorem venisse fingit. Equis enim marinis Dii marini vehuntur. Tibullus I. 5. 46. ' Vecta est frænato cærula pisce Thetis.' Stat. Theb. II. ' Illic Ægæo Neptunus gurgite fesses In portum deducit equos.'

7 *Baccho et Apolline dextro*] Bacchus et Apollo Dii sunt poëtarum tutelares, præsantque carminibus: unde, cum faveant propitiique sint Propertio, non est mirum si puellis carus sit, ejusque versus jucundi. Dixit etiam infra Eleg. 9. 45. ' Hæc pueri curent, hæc curent scripta

Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes;
Nec mea Phæacas æquant pomaria sylvas;
Non operosa rigat Marcius antra liquor:
At Musæ comites, et carmina cara legenti,
Et defessa choris Calliopea meis.

ant, meis carminibus capiatur? Quod si *mihi non est domus subnixa columnis Tænariis, neque cubiculi fornix deauratis trabibus interjecto ebore* nitens; quod si *neque mea pomaria adæquant hortos Phæacios, neque* mihi *cryptas magnis sumtibus laboribusque excultas aqua Marcia perfundit:* sunt *tamen* mihi *Musæ comites, versusque* mei *jucundi* sunt *lectoribus, meisque choreis et cantibus lassata* est *Calliope.*

aquas posset a Prop. profectum videri.—9 *Quid? non* Ayrm. l. c. *Non quod* Vat. 5. quod Scaliger clarius putabat. Damnat Burmannus *Si non*, quod conjecit Guy. et est ap. Oct. Mirand. *Mea* pro *mihi* Reg. 2. *Tænareis* Dresd. —10 'Ita libb. Alii omnibus viribus contendunt *camara* scribi debere. Sane utroque modo scribebatur.' *Broukh. Camera* etiam libb. Barthii. *Camara* Burm. 1.—11 '*P.* i. e. Phæacias. Inconsulte *Phæacias*, quod est in vulgg. defendit N. Erythræus Ind. Virg. Inconsultius etiam retinuit Silv. nam Passeratius ut ne retineretur pridem monuerat.' *Broukh.* '*Phæacidas* Voss. 1. *Feacias* Mentel. *Phæatias* Regg. Colbertt. et pr. edd. *Phocacias* Borr. *Phæacias* ap. Oct. Mirand. ut in Groning. Leidd. Voss. 3. 4. meo 2. Aldd. Junt. Colin. aliisque, sed metro adversante. *Phæaces* affert Nestor in Vocab. p. 99. Vera script. est *Phæacas*, ut in Exc. Scal. quomodo Livin. et Heins. ad Prop. p. 715.' *Burm.*—12 *Atque op.* Guy. *Non nemorosa* Heins. sed vulg. non videtur Burmanno solicitanda. Schrader. Emend. cap. 8. p. 147. legebat *arva*. *Antra* defendi posse censet et defendit Burm. *Ante* Neap. *Martius* Leidd. tres Voss. Dorvv. Burmm. *Marcius* amplectuntur B. B. B. qui ita cum Lachm. ediderunt.—13 'Groning. *grata l.* verum hoc nescio quid minus notat, quam *cara*.' Broukh. Voss. 4. *rura*, quod non spernend. judice Burm. *Grata* Dorv. 2. et alii ap. L. Lat. quod aut verius esse aut certe rectius pronuntiat Burm. Distinguebat Franc. *At M. comites, et carmina, cara l. Ut M.* Burm. 2. *Et* Borr. Schopp. 1. Verisim. 10. substituit *At M. c. at ... At def.* et recte, ut videtur Burmanno.—14 *At def.* Burm. 1. *Decessa*

NOTÆ

puellæ; Meque Deum clament, et mihi sacra ferant.'

9 *Tænariis domus fulta columnis*] 'Tænariæ columnæ' sunt ex Laconico marmore. Tænarus enim mons est promontorium Laconiæ in Peloponneso, unde nobilissimum quondam eruebatur marmor; de quo etiam Statius Sylv. III. in Epithalamio Stellæ et Violantillæ: 'Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum Saxa virent.' De Tænaro jam diximus, tum in notis ad Tibullum, tum ad Propert. I. 13.

10 *Nec camera*] Pars est superior cubiculi in fornicis formam constructa.

11 *Phæacas sylvas*] Insula Corcyra dicta est Phæacia a Phæaco Alcinoi filio, qui ibidem habuit hortos, quibus tota antiquitas nihil vidit mirabilius. De his Hom. Od. VII. et XXII. Virg. Ge. II. 'Pomaque et Alcinoi sylvæ.' Pomaria loca sunt consita pomis, ac etiam aliquando sunt pomorum repositoria. Hic vero est id quod Gallice dicitur, *un verger.*

12. *Marcius liquor*] Dixit Tibull. Eleg. ult. Lib. III. 'Martia lympha.' Marcia porro aqua laudatissima fuit:

Fortunata, meo siqua es celebrata libello; 15
Carmina erunt formae tot monumenta tuae.
Nam neque Pyramidum sumtus ad sidera ducti,
Nec Jovis Elei cœlum imitata domus,
Nec Mausolei dives fortuna sepulcri,
Mortis ab extrema conditione vacant: 20

O felix Cynthia, *quae meis es libris celebrata, si mei versus erunt tot monumenta tuae pulchritudinis. Non enim Pyramides sumtuosae ad caelum usque surgentes, neque templum Jovis Elei coeli formam speciemque referens, neque pretiosa opus tumuli Mausolei sunt immunes ab ultima fati sorte.* Namque vel *illis ignis, vel*

Regg.—15 'Liber 1. cum Borr. *cantata*. Tum omn. ceteri *est*. Utrumque frustra.' *Broukh.* Assentit Barth. '*Est* Regg. Colbertt. Groning. Leidd. tres Voss. Dorvv. meus 1. et priscae edd. *Cantata* Voss. 1. ut et 2. in marg. quod praefero: et favet Livineii Vaticanus, in quo *est cant*. *Numerata* Fruterii v. c. Leid. 2. Voss. 1. 3. Dorvv. et meus 1. quam vocem librarii codicis Borr. et Heinsian. [et Guarn.] ingesserunt seq. versui.' *Burm.* 'Scripti *est*, bene.' *Lachm.*—16 *Sua* Voss. 3. Dorv. 1. et alii codd. L. Latinii. *Fortunae* Voss. 1. *Tum* pro *tot* Dorv. 2.—17 *Coli* pro *ducti* Groning. *Moles ad s. ductae* legebat Heins. *Montes ad s.* olim divinaverat ad Lotich. p. 14. et 296. *Sumtus* tamen defendit ad h. l. Defendit et Barth.—18 *Ælei* Venet. ap. Barth.—20 'Libb. fere *vacant*, quod amplector.' *Broukh.* Id recte editum judicat Burm. *Vacat* est in Guarn. Dresd. Leid. 2. tribus Voss. Dorv. 2. et primis aliisque antiquis edd. et ap. Oct. Mirand. *Vacant*

NOTÆ

Marciamque aquam, aquarum omnium maximam et praestantissimam, in urbem Romam perductam a P. et Q. Marciis, e gente regis Anci Marcii, ait Frontinus Lib. II. de Aquae ductibus. Hanc fere collapsam restituit M. Agrippa.

14 *Calliopes*] Seu Calliope, una est ex Musis, quae versibus heroicis praesse dicitur.

17 *Pyramidum sumtus*] Pyramides fuerunt in Ægypto turres fastigiatae, celsitudinem superantes omnem quae manu fieri possit. Has fuerunt inter orbis septem miracula numeratae, fuerantque regum Ægyptiorum sepulcra. De his scripserunt Herodotus, Diodorus, Strabo, Plinius, Solinus c. 35. Ammian. Marcellin. Lib. XXII. Quanti porro fierent sumtus pyramidibus illis fabricandis docet Plin. XXXVI. 12. ubi scribit unam Pyramidem a 360. millibus operariorum per viginti annos fuisse constructam.

18 *Jovis Elei domus*] Intelligitur Jovis Olympii templum, quod apud Eleos populos in Elide fuit celeberrimum oraculo ac ludis Olympicis. Ibi fuit solidum ex auro ipsius Jovis simulacrum, ac statua Jovis eburnea incredibili magnitudine a Phidia fabrefacta.

19 *Mausolei dives fortuna sepulcri*] Mausolus rex fuit Cariæ, cui mortuo sepulcrum construxit uxor Artemisia celebratissimum, quod in altitudinem attollebatur viginti quinque cubitorum, columnis triginta sex cingebatur. Tanta opera, tantis sumtibus, tanta fuit industria elaboratum istud opus, ut fuerit inter septem orbis miracula recensitum, omniaque pretiosa sepulcra ex ejus nomine Mausolea nuncupentur; ut apud Suetonium Cæsarum sepulcrum, quod exstruxit Augustus, Mausoleum vocatur.

Aut illis flamma aut imber subducet honores;
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quæsitum nomen ab ævo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.

aquarum illuvies gloriam et ornatum auferent, vel eorum *moles temporum injuria fracta destruentur. Sed laus et fama mentis viribus parta nunquam e memoria delebitur hominum.* Ceteris extinctis, *semper vivit sine metu fati ingenio partus honor.*

habent Mentel. unus Colb. Neap. Groning. Burmm.—21 *Subducit* Bon. Neap. Leid. 2. Dorv. 2. Damnat Burm.—22 '*Armorum* duo nostri et Colb. 2. perperam. F. *actu:* de quo cogitandum.' *Brouck. Arm.* Vat. 5. 'Male ed. Græv. *Annorum aut tractu:* quod merito improbat Auctor Elect. Eton. Minor. p. 117. qui in tribus codd. *Armorum* legi testatur. Neque mihi placet Broukhusii *aut actu:* tamen non improbandam censebat Ruhnkenius, si *actus* ea notione accipiatur, qua annus 'agi' et 'circumagi' passim dicitur. Possis etiam cum Sant. *Annorum aut ipso pondere*, vel *Annosa aut ipso. Arvorum* Voss. 1. *Ictus* in meo 2. Heinsius tentaverat *Ventorum aut ictu*, vel *Annorum aut numero:* sed hæc minus arrident. [Tertiam Heinsii conj. memorat Barthius: *Ingenii aut ævo.*] *Pondere* Leidd. Voss. 1. 4. Dorvv. et meus 1. unde legend. diu arbitratus sum *Annorum aut ictu, pondere victa, ruent:* quam emend. pluribus firmavi ad Tom. 1. Anth. Lat. p. 315. ubi *ruent* etiam asserui contra codices, in quibus hic *jacent:* quanquam defendi id nonnihil posset aliorum locis, quæ ibid. produxi p. 247. sed *ruit* nunc præfero. *Pondera victa* h. in l. placuisse videntur Patruo meo ad Petron. cap. 83. p. 409. et ad Val. Fl. 1. 331. Withofius conj. *Ann. aut ictu aut pondere.* Eld. *Ann. aut tacito pondere.*' Burm. Vulg. non solicitand. pronuntiat Kuin. *Ruunt* est in Bon.—23 *Ingenium* Guarn. Dorv. Burm. 1. *Ingenii* Voss. 4. et Vat. Conjecerat Heins. *At non ingenti*, et ascripserat ed. Aldina *ingenii q. n. Homeri Exc.* Burmanno non probante.

NOTÆ

22 *Annorum ictu*] Sic etiam Virg. Æn. XII. 'Seu turbidus imber Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas.'

23 *Non ingenio quæsitum nomen*] Sic etiam Albinovanus in obitum Mæcenatis: 'Marmora Mæonii vincunt monumenta libelli. Vivitur ingenio: cetera mortis erunt.' Martialis X. 2. 'At chartis nec furta nocent, et sæcula prosunt; Solaque non norunt hæc monumenta mori.'

ELEGIA III.

PROPERTII SOMNIUM.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontei qua fluit humor equi,

Mihi videbar reclinato corpore quiescent sub umbra suavi Heliconis, qua parte

Tertium insomnium Propertii ed. Græs. *Somnium Propertii* inscribitur in ple-

Reges, Alba, tuos, et regum facta tuorum,
Tantum operis nervis hiscere posse meis;
Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,
Unde pater sitiens Ennius ante bibit,
Et cecinit Curios fratres, et Horatia pila,
Regiaque Æmilia vecta tropæa rate;

fons equi Bellerophontei scaturit, conari reges tuos, o Alba, regumque tuorum gesta, tanta molis erat, fidibus meis canere; meumque exiguum os adeo magnis aquis applicueram, ex quibus olim Ennius ipse parens sitibundus potavit, ac statim Curios fratres armaque Horatia cantavit, ac regales triumphos Æmilia nave vectos,

risque codd. et edd. vetustis.—1 *Visus* Burm. 1.—3 *Et res, Alba, tuas* conjecerat Heins. Frustra, judice Barth. Nec probat Burm. qui nec probat *fata* Marklandi. *Gesta* Dorv. 2. et alii ap. L. Lat.—4 *T. o. verius viscera* cod. Palat. *Numeris ducere* Heins. Vulg. defendit Barth. *Dicere* legebat Schrader. Emend. cap. 8. p. 148. quomodo si scripsisset Propertius, pro illo vulgari verbo librariis hisce in mentem venire vix potuisset, ut putat Burm. *Dic.* legend. etiam arbitratur Hemst. Not. ad II. 31. 6. Quidam ap. Gebh. legebat *Quantum operis! nervis h. &c.* quod si admittatur, sic distinguend. erit, monente Burm. *tuorum (Q. operis!) nerv. &c.*—5 *Jam* Guy. Heins. quod blanditur Burmanno. Pro *admoram* in Mentel. *admittens:* in Palatino *admittam*, unde putabat Gebh. quiddam cedro dignum posse extundi: sed posthabita, ait Burm. cedri illius

NOTÆ

1 *Visus eram*] Somnium narrat Poëta, quo sibi per quietem ac somnum in monte Helicone dormire visus erat; cumque heroico carmine ac grandiori stylo bella scribere meditaretur, a Phœbo admonitum se dicit, ut a graviori carmine ad amatorios versus elegosque sese converteret: quod idem etiam sibi consuluisse Calliopen Musam refert. Helicon porro mons est Bœotiæ Baccho Musisque sacer, de quo jam sæpius.

2 *Bellerophontei humor equi*] Ad Heliconem montem fons est Caballinus, seu Hippocrene, quem dicitur ungula sua produxisse Pegasus equus, quem Bellerophonteum dicit, quod a Bellerophonte Neptuni beneficio fuerit deprehensus, ut eo contra Chimæram pugnaturus uteretur.

3 *Reges, Alba, tuos*] Albanos reges, a quibus Romani duxerunt originem, enumerat Liv. lib. I. ac etiam Ovid. Metam. XIV. Somniabam, inquit, me non imparem esse regibus Albanis sublimi carmine celebrandis, meamque ad tantum opus citharam abunde sufficere posse.

6 *Pater Ennius*] Quintus Ennius, poëta Tarentinus: alii Rudiensem dicunt. Dicitur pater, tum honoris ac dignitatis causa, tum quia poëtarum Latinorum primus res Romanorum, seu annales ac historias, heroico carmine scripsit. De hoc Lucret. lib. I. 'Ennius ut noster cecinit, qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.' Porro dicitur Ennius articulari morbo perisse, quem immodico vino potando siccandisque calicibus contraxerat, unde Q. Serenus: 'Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.' Horatius etiam Epist. III. 19. 'Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosiliit dicenda.'

7 *Curios fratres, et Horatia pila*] Pugnam intelligit tergeminorum Curiatiorum adversus tergeminos Hora-

Victricesque moras Fabii, pugnamque sinistram
Cannensem, et versos ad pia vota Deos;
Hannibalemque Lares Romana sede fugantes;
Anseris et tutum voce fuisse Jovem;

ac victrices Fabii cunctationes, ac infelix prælium Cannense, flexosque tandem *ad pias preces Divos, et Lares Hannibalem Romanis sedibus expellentes, Jovemque ser-*

ambitione vulg. minime solicito. *Amoram* Borr.—9 'Elegantius libb. scripti *Victricesque moras*, atque id jam expresserant edd. ante Scaligeranam.' *Broukh.* Sic verissime restitutum dederunt viri docti, judice Burm. idque firmant Regg. Colbertt. Groning. aliique castigatiores, et edd. antiquiss. et sic legit Merula ad Ennium p. 465. *Victorisque moram* Exc. Scal. quod margini ed. Græv. etiam ascripserat Markl. *Victoresque* Voss. 1. et Burmannianus. *Victoresque mora* Palat. cod. *Victoresque moras* C. Com. *Victoremque moram* Franc.—10 *Cannarum* Heins. correxerat. *Ad sua* legend. censebat Markl. Vulg. tuetur Burm.—11 'Passerat. ait in quibusd. libb. *eade* legi; atque

NOTÆ

tios. Hi nempe Horatii fuerunt Romani, Curiatii vero Albani. Primo statim conflictu duo Horatii cecidérunt, unusque superstes contra Curiatios tres ita fortiter ac strenue pugnavit, ut eos superaverit ac trucidaverit; unde factum est, ut Albani Romanis obsequerentur. Historiam illam pluribus referunt Liv. Lib. I. ac Dionys. Hal. Lib. III.

Horatia pila] Ita dicta est columna quæ fuit erecta in istius pugnæ monumentum, cuique imposita et affixa fuerunt Curiatiorum spolia. Fuit etiam locus Romæ dictus Horatia Pila, de quo Publius Victor.

8 *Regiaque tropæa*] Triumphum Macedonicum intelligit, quo Perseus Macedoniæ rex ductus est Romam captivus a Paulo Æmilio, postquam esset bello superatus. Triduanum Pauli Æmilii de Perseo triumphum retulerunt Liv. Lib. XLIV. Plut. in vita Pauli Æmilii, Justin. Lib. XXXIII. Vell. Paterc. Lib. I. Aur. Victor de Vir. Illustr. c. 56. Eutrop. Orosius, et alii. Tropæa porro proprie dicebantur spolia hostium stipitibus affixa, &c.

Æmilia rate] Navem illam significat, qua Paulus Æmilius post devictum Perseum per Tiberim sexdecim remorum ordinibus instructa, armisque ac spoliis hostilibus ornata, Romam vectus navigavit.

9 *Victricesque moras Fabii*] Fabium illum Maximum intelligit, qui moras nectendo, prœliumque declinando, Hannibalem hactenus invictum fregit vicitque; unde scripsit Ennius: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.'

Pugnam Cannensem] Cannensis pugna populo Romano funesta fuit: nam ibi Paulum Æmilium ac Terentium Varronem consules ingenti clade superavit Hannibal, cæsis quadraginta Romanorum millibus, tantoque equitum numero, ut tres annulorum modios in signum victoriæ Carthaginem transmiserit. V. Liv. Lib. XXII. Flor. II. 6. Cannæ porro parvus vicus est Apuliæ, ad Aufidum amnem, ad quem commissum est illud prælium tantopere Romanis luctuosum.

10 *Versos ad pia vota Deos*] Tandem enim Dii post cladem Cannensem ex iratis facti sunt Romanis propitii, piorumque preces et vota exaudierunt.

11 *Hannibalemque Lares*] Scripsit etiam Ennius Lares, seu Deos Romæ tutelares ac domesticos, Hannibalem ex Italia fugavisse; progressum fu-

Cum me Castalia speculans ex arbore Phœbus
  Sic ait, aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali, demens, est flumine? quis te
  Carminis heroi tangere jussit opus?
Non hinc ulla tibi speranda est fama, Properti.
  Mollia sunt parvis prata terenda rotis,

votum anseris clamore; cum me Phœbus prospiciens ex arbore Castalia, citharæ suæ leviter incumbens juxta antrum, ita locutus est: O *stulte, quid est tibi cum tam magnis fontibus? quis est iste, qui tibi fuit auctor, ut heroici poëmatis materiam attingeres?* O *bone Properti, inde tibi nullum nomen est exspectandum.*

---

inde conjicit *R. ex ede.* Nostri nihil mutant. *Romana sedes* est ipsa urbs *Roma.*' *Broukh.* *Alueres* pro *laves* Leid. 2. Borr. tres Voss. Dorv. 2. Burmann. Guarn. *Aeres* Dorv. 1. *Lacies* Neap. *A sede* Dresd. Recte vulg. defendere Broukh. censet Burmannus.—13 *Spectans* Borr. Harl. Heinsian. Vulg. tuetur Burm. *Castalio e culmine* Guy. quod recte improbare Heinsium censet Burm. *Castalio ex agmine* Kopp. Obss. p. 146. Vulg. defendunt Barth. Burm. In literis ad Burm. Eldikius conj. *Castalio ex æthere.*—14 *Verus* Dresd. *Vicus* Regius. *Jussus* pro varia lect. in marg. Burm. 2. *Ab antro* Ask.—15 Heins. *demens, molimine?* Vulg. defendit Burm. *Quive* Regg. Colb. 2. Brix.—16 *Epos* hic legebant Heins. Franc. Heinsius tamen ad Ov. Rem. Am. 396. h. l. *opus* prætulit, ut et Burm. P.—17 'Sensus et Latinitatis ratio postulant *hinc:* quomodo ad marg. sui lib. notaverat Douza P. et legitur in editione [altera] Volsci.' *Broukh.* *Hinc* amplectuntur Frut. Vulp. Heins. Franc. Barth. Burm. *Hic* vetustæ edd. et varii codd. quod tuetur et exhibet Lachm. *Illa* Neap. a m. pr. et *tua* Exc. Scal.—18 'Plana hæc et sana: sed libet mirari acumen Gebhardi, producentis ex cod. Palat. *formis* pro *parvis.* Adeo commodum est semper cum sapientia habitare.' *Broukh.* Du-

NOTÆ

isse usque ad Herculis fanum extra portam Collinam Hannibalem cum exercitu suo, ut Romam oppugnaret, sed inde, visis quibusdam terriculamentis, perterritum celeriter abcessisse, exercitumque reduxisse. Livius autem Lib. XXVI. Romam accessisse ad eundem locum Hannibalem scribit, sed de fuga nihil.

12 *Anseris et tutum voce fuisse Jovem*] Capitolium intelligit, cui præerat Jupiter. Quod cum aliquando oppugnarent Galli, Romaque jam capta nocturno silentio ad summam jam arcem pervenissent, nemine prorsus id sentiente, cum etiam canes fefellissent, anseres fallere non potuerunt, quorum clangore et strepitu Manlius excitatus Gallos deturbavit, et ita anserum ope et auxilio servatum Capitolium est; unde scripsit Lucret. 'Romulidarum arcis servator candidus anser.' Historiam hanc referunt Liv. Lib. v. Plin. x. 12. et XX. 3. Plut. in Camillo, pluresque alii.

13 *Castalia speculans ex arbore*] 'Castalia arbor' laurus est, quæ plurima fuit in Parnasso monte, in quo et Castalius fons, ita dictus a Castalia virgine, quam se in eundem fontem præcipitavit, Apollinem sibi vim inferre volentem fugiens.

15 *Cum tali flumine*] Ex quo nimirum Ennius carminis heroici scriptor bibit.

16 *Mollia prata*] Per 'mollia prata' elegos versus reseque amatorias significat, quas unice Propertio tractandas consuluisse fingitur Apollo.

Ut tuus in scamno jactetur sæpe libellus,
  Quem legat expectans sola puella virum.
Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros?
  Non est ingenii cymba gravanda tui.
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas;
  Tutus eris: medio maxima turba mari est.
Dixerat, et plectro sedem mihi monstrat eburno,
  Qua nova muscoso semita facta solo est.
Hic erat affixis viridis spelunca lapillis;
  Pendebantque cavis tympana pumicibus.

Tenera prata sunt exiguo curru tuo *decurrenda, quo tuus liber frequenter in sedili jaciatur, quem puella sola legat virum expectans. Quare carmen tuum præstitutos transiluit fines? Mentis tuæ navicula non est onere nimio premenda. Una palmula tibi vada* stringat, *altera verrat littora; securus eris a periculo naufragii; alto æquore maximæ sunt tempestates.* Hæc *erat locutus, ac* suo *pectine eburneo mihi locum indicat, ad quem recens iter angustum humo vestita musco factum est. Illic erat antrum vernans harentibus saxis, ac tympana demissa erant e cavatis pumici-*

---

rissime exponere Gebhardum *formas rotas* censet Barth. '*Tenenda* male in Palatino Gebhardi, cujus absurdam conj. merito explosit Bronkh.' *Burm.* —21 *Proscripto sev. e. p. gyro* Regg. Colbertt. Groning. Leidd. tres Voss. Dorvv. et vetustiss. edd. Sic et Burm. 1. nisi quod *libro* habeat pro *gyro*. Burm. 2. habet *præscripto sev. e. p. gyro*, ut Ask. Sed *præscriptos ev. e. p. gyros* legend. monuerunt Lips. III. V. L. 12. et Gnellius ad Virg. Ecl. VI. 12. probantibus Scaligero, Burmanno, cett. et exhibentibus B. B. B. Veterem lect. tuentur ed. Cant. et Lachm. qui monet suum Neap. habere *perscripto sev. e. p. viro*, litera *g* super *viro* ab ead. manu ascripta.—23 'Sic optime emendatum ex melioribus codd. nam male in aliis *tradat aren.*' Burm. Kuinoelis lect. dant B. B. B. L.—24 *Est* nesciunt Borr. aliique ap. L. Lat.—26 'Auctoritate Mss. delevi *est*: nam in omn. fere edd. *solo est*, quod inconcinnius repetebatur.' *Burm.* *Est* abigit e textu et Lachm. sed exhibent B. B. et sine idonea ratione exulare a Burm. censet Kuin.—28 *Canis* Burm. 2. et in

NOTÆ

21 *Præscriptos pagina gyros*] Cur tuus libellus fines, spatium, ac orbem sibi præstitutum prætergressus est? Ut dixit Ovid. Rem. Amor. 397. 'Hactenus invidiæ respondimus: attrahe lora Fortius, et gyro curre, poëta, tuo.' Statius Sylv. IV. ad Maximum Junium: 'Jamdiu lato spatiata campo Fortis herois, Erato, labores Differ, atque ingens opus in minores Contrahe gyros.' Item Columella Lib. X. 'Curru leviore vagantem Jam revocat, parvoque jubet decurrere gyro.'

22 *Ingenii cymba*] Levis et exigua per cymbam significatur ingenii facultas, ut infra Eleg. 9. 'Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor? Non sunt apta meæ grandia vela rati.' Simili prorsus allegoria dixit Ovid. Trist. II. 329. 'Non ideo debet pelago se credere, si qua Audet in exiguo ludere cymba lacu.'

27 *Hic erat viridis spelunca*] Locum sibi demonstratum ab Apolline describit.

28 *Tympana pumicibus*] Tympana

Ergo Musarum, et Sileni patris imago
Fictilis, et calami, Pan Tegeæe, tui:
Et Veneris dominæ volucres mea turba columbæ
Tingunt Gorgoneo punica rostra lacu:
Et diversa novem sortitæ rura puellæ
Exercent teneras in sua dona manus.

bus. Illic etiam Musarum, ac Sileni patris simulacrum erat *e luto factum, ac* etiam *fistula tua,* o *Pan Tegeæe; Veneris etiam heræ aves columbæ, deliciæ meæ, punicea rostra rigabant aquis Gorgoneis; novem quoque sorores, quibus varia officia sorte data sunt, manibus suis mollibus elaborabant munera sua. Ista* porro *hederas decer-*

marg. *tempora* pro varia lect.—29 'Canter. tradit Lud. Carrionem in lib. quodam pro *Ergo* perspicue *Illic* legisse. Crederem, si legisset id Canter.' *Broukh.* 'Plectraque *M.* emend. Heins. vel *Regia*, it. *Orgia*, laudatque Canter. Nov. Lect. IV. 26.' *Barth.* 'Heins. *Plectroque*, vel *Cereæ*, vel *Orgia.* Eld. *Organa* conjecerat. *Illic M.* [quod habet Ferrarii liber,] vel *Hic et* Franc. Sed vetusta et rariori signif. *ergo* pro, deinde, exposuit Broukh. *Cylleni* Leid. Voss. 1. 3. *Origo* Exc. Scal. Leid. Voss. 1. corrupte.' *Burm.* Legit Lachm. *Ergo hic M.* et multis vulg. lacessit.—30 '*Futilis* cod. Palat. quod Gebh. in *Fusilis* mutat. Vitiosa potius scriptura firmat τὸ *Fictilis. Pan o Tegee* [Colb. Burm. 1.] Dresd. *Talami Pane tegæe tui* Brix.' *Barth. Fictilis* tuetur Burm. *Thalami pane tegæe tui* Regg. *O tegeee* Leid. 1.—31 '*Ne turba* Palat. 1. *Mea cura* Passeratius reponit, non male: sed nec vulg. male habet. [Id. dixerat ante Broukhusius.]' *Barth. Ut V.* Groning. quod f. non esse de nihilo judicat Lachm. *Vol. dom.* Groning. Voss. 3. Dorv. 2. *Cura* placet Burmanno, tam ob Virg. Ecl. 1. 58. quam quod firmatur a Colot. Hanc conj. ingeniosam, sed non necessariam, esse censet Kuin. Rejicit Lachmannus, et judicat Propertium dedisse *sacra*, vel *pia*, vel, quod verissimum f. esse putat, *sua turba.*—32 Damnat Burm. *Cingunt*, quod in suo 1. *Fing.* Voss. 3. Palat. 1. Harl. *Gorgonico* Burm. 2.—33 '*Jura* est a Scaligero. Sed *rura* video in quinque libb. Regg. et alter Colb. habent *turba*, quod et Veneta agnoscit. At rectum est *rura. Diversæque* legitur in omn. membr. Olim cogitabam *Et*

NOTÆ

præcipue dabantur Cybelæ matri Deorum, quæ, ut rotunda erant, orbem terræ referebant.

29 *Sileni patris*] Silenus vocatur pater, tum quia nimirum fuit educator ac nutritius Bacchi, tum quia pater nomen est dignitatis et honoris. Dicitur ibidem cum Musarum simulacris fuisse etiam Sileni patris imaginem fictilem, quia nempe poëtæ sunt præcipue Baccho sacri, eosque tutatur Bacchus qui in tutela fuit Sileni, et, ut vidimus supra, semper in medio choro Musarum choreas Bacchus ducit.

30 *Pan Tegeæe*] Tegeæus dicitur Pan, Deus pastorum, ab urbe quadam Arcadiæ, quæ Tegea, et Tegeæum dicitur, ubi præcipue Pan colebatur. Calami porro Panos sunt ipsius fistula, quam ex calamis pluribus confecit.

31 *Mea turba columbæ*] Alii melius, ut veteres libri legunt, *mea cura.*

32 *Gorgoneo punica rostra lacu*] Gorgoneus lacus fons ille est quem vocant Caballinum, quia ipsum Pegasus ungula terram feriens produxit, qui nempe Pegasus natus erat e sanguine Gorgonis Medusæ, unde etiam vocatus est equus Medusæus. 'Punica' porro rostra sunt punicei coloris, seu subrubentis.

33 *Diversa rura* [*jura*] Varia Musa-

Hæc hederas legit in thyrsos; hæc carmina nervis
  Aptat; at illa manu texit utraque rosam.
E quarum numero me contigit una sororum:
  Ut reor a facie, Calliopea fuit:
Contentus niveis semper vectabere cycnis;
  Nec te fortis equi ducet ad arma sonus.

pit, hastisque aptat, illa versus sociat chordis, illa vero ambabus manibus rosas nectit in serta. Ex quarum numero Divarum una me tetigit, quæ, *ut de oris corporisque habitu conjecturam facio, erat Calliope. Tibi satis erit, si jugiter candidis vehare cycnis, neque te equus acer et audax ad bella ferat. Ne cures raucisona tuba flebili-*

diversa non incommode posse scribi. Vidi deinde Passeratium id proferre ex aliquo cod. vetusto. Verum, cum bene expendo, satius videtur nihil mutare.' *Broukh.* ' *Diverseque rura* Guarn. *Turba* est e vs. 29. In mea Venet. legitur *rura*, sed Brix. *turba*. *Rura* posset quis defendere e vss. 35. 36.' *Barth.* ' *Jura* a Vat. 5. [et C. Com.] firmatur, et a Markl. probabatur. *Et diversa* Colot. *Novæ* Borr. *Turba* unus Colb. *Rura* in altero. [Cf. sup.] *Turba* quoque in edd. pr. Sequor Broukhusium. Legend. *Et diversa n. s. r.* et sic Franc. malebat.' *Burm.* ' Burmanni emend. meo judicio verissimam, in ordinem recepi. Ast. *diversæ* conjungit cum ' exercent,' et *jura* retinend. censet.' *Kuin.* *Diversæque* dant B. B. B. L. *Rura* Broukh. Burm. Lachm. *Jura* Barth.—35 Damnat Burm. *l. hæc th.* quod in C. Com. et Voss. 4. in quo superscript. *in*. *Et th.* Burm. 2. sed venustatem vulgatæ solicitare nefas censet Burm. Brix. habet *legit. in tyrsos h. c.* V. c. Scal. *carmine nervos*.—36 *Et* dant B. B. *At* Burm. Lachm. Sic Vat. Palat. 1. Guarn. Leid. 2. Borr. Neap. Voss. 1. 4. Dorv. 1. Burm. 2. Brix. Veneta ap. Barth. Et sic Livin. Franc. et Markl. ad Stat. IV. Sylv. 6. 57. annuente Schradero Emend. p. 88. *Rosas* Voss. 4. *Utramque* 1. Dorvv. Guarn. quam lect. ex suo cod. deductam amplexus est Palm. eamque probavit Frut. et Grut. XIV. Susp. inedit. 12. Rejecit Gebhardus, et recte, pronuntiante Burm. Rejecit et Ant. Volscus. Palmerium ob eam receptam sævissime vellicat Broukhusius. *Utrique* s. *utrinque* cod. Palat.—37 *Dearum* omn. fere codd. et edd. antiquæ. Id exhibent Barth. et Lachm. qui id defendit. Sed recte id ejecisse Broukhusium censet Burm. *Sororum* solus Franc. 1.—39 ' *Vect.* quod omn. membr. habent, nemo mortalium in dubium revocare ausus est, excepto Gebh. qui ex Palat. 1. *metab.* reponit, atque in eo palmariam correctionem statuit. Verum eam malæ Latinitatis postulavit J. F. Gronov. ad Liv. XXXVIII. 17.' *Broukh.* Damnant et Barth. et Burm. *Lætab.* Palat. 2.—40 *Non* dat Burm. errante typographo, ut censet Lachm.—

NOTÆ

rum esse officia significat. Melpomene quidem Thyrsos dicitur offerre poëtis tragicis, Clio et Polyhymnia Lyricos aptare vocem fidibus docent, Erato rosas amantibus texit ac mollia serta. Quæ quidem jura, seu Musarum Phœbique munera, nihil aliud sunt, quam varii generis carmina, quibus præesse finguntur.

38 *Calliopea*] Quæ et Calliope, ut supra jam vidimus.

39 *Vectabere cycnis*] In curru semper Veneris, quem cycni ducunt, veberis, et ob id semper eris Amori mancipatus, nihilque aliud præter res amatorias cantabis. Dixit etiam Ovidius, cum rebus amatoriis scribendis finem imponeret: ' Nunc cycnis descendere tempus.'

Ni tibi sit rauco prætoria classica cornu
Flare, nec Aonium cingere Marte nemus;
Aut quibus in campis Mariano prælia signo
Stent, et Teutonicas Roma refringat opes;
Barbarus aut Suevo perfusus sanguine Rhenus 45
Saucia mœrenti corpora vectet aqua.

ter bellica prætoria canere, neque Aonios lucos Marte eruentare, vel quibus in agris vexilla Mariana consistant ad prælium committendum, ac Roma Teutonicas vires et copias evertat, vel Rhenus barbaricus fero cruore tinctus tristibus undis secum de-

41 ' Ineptiunt qui *præconia* malunt, quamvis ita fere libri; neque possunt idoneis argumentis refellere certissimam [sic quoque eam vocat Barth.] Beroaldi emend.' *Broukh. Præconica* Leid. 2. Voss. Dorv. 1. Burm. 2. *Classe præconia* alii ap. L. Lat. quod pejus quam *reu. præc.* pronuntiat Burm. *Sint* Groning. ' Frut. ac Fr. Gronov. Obs. III. 3. p. 449. reponunt *Nec;* Passerat. Guy. [qui reponunt *Ne,*] Fonteinius, Huschk. Ep. Crit. p. 61. *Ne* vel *Ni.* Miror; cum repugnent futura ' vectab.' et ' canes.' Beroaldus primo dedit *prætoria;* ' Legimus,' inquit, ' in codice reverendæ vetustatis *præt.* quæ lect. mihi inprimis placet.' De illa cod. sui reverenda vetustate ipse viderit: certe omn. ceteri, quotquot aliis visi sunt, habent *præcon.* Hoc revocand. censeo.' *Lachm.* Brix. habere *præcon.* sed reliquas edd. sequi Beroaldum monet Barth.—42 ' Ils, quibus *Flare* displicet, *flere* libens redonabo. Veram lect. indicavit Dousa F. quam Heins. firmavit ad Ov. VI. F. 704. et firmaverat ante Hispanus II. Epig. 3. ' Quantaque Pieria prælia flare tuba.' Nihil poterat aptius dici quam *A. c. M. n.* et miror Passeratium ac Gebh. præferre mirificum suum *tingere* s. *tinguere.* Neque causa erat cur Gebhardus nostrum 2. ad partes vocaret.' *Broukh.* ' Pro *flare,* ut recte edidit Broukh. in omn. fere codd. et edd. vetustis *Flare,* quod legend. contendit Voss. ad Catull. p. 226. *Flare* probant Frut. Guy. et Scaliger. Male *tingere* v. c. Perr. Scaligeri, Neap. Vat. 1. Ask. aliique ap. L. Lat.' *Burm. Tinguere* Palat. membr. *Præconia Flare* astruit Lachm.—45 Ita ex v. c. correxit Scaliger, et ante eum Volscus in ed. 2. ac Beroaldus, probantibus Passeratio, Markl. B. B. et ita dant B. B. B. L. Consentiunt Perr. v. c. Vat. 1. 2. v. c. ap. Heins. monente Barthio, et Voss. 4. in marg. *Sævo* Regg. Colbertt. Borr. Groning. Bon. Dresd. Leid. 1. tres Voss. Dorvv. Burm. 2. et edd. vetustæ. *Scævo* Leid. 2. Burm. 1.—46 ' *Vertit* vel *vertet*

NOTÆ

41 *Prætoria classica*] Classicum est signum pugnæ committendæ, quod et bellicum dicitur. Significat autem hoc loco Poëta res bello gestas, ac imperatorum ac Ducum laudes. Prætor enim apud veteres in militia pro quovis imperatore ac duce sumebatur.

42 *Aonium nemus*] Musarum domicilium est, quæ dicuntur Aonides et Aoniæ, a fonte Aone in Bœotia, quæ etiam dicta est Aonia, ejusque incolæ Aones et Aonii.

43 *Mariano prælia signo*] Hypallage pro, Mariana signa stent prælio, seu ad prælium parata. Vel signa sumuntur pro acie. Significat autem Propertius Caii Marii præclare gesta contra Cimbros et Teutones, seu Teutonos, Aquilonares populos, quos cum ingenti exercitu Romam contendentes Marius profligavit, penitusque delevit, A. U. C. 640.

45 *Barbarus Rhenus*] Barbarum dixit Rhenum, id est, Germanicum ac peregrinum, qui barbaras gentes alluit, ad discrimen Rheni Bononiensis

Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
Nocturnæque canes ebria signa fugæ,
Ut per te clausas sciat excantare puellas,
Qui volet austeros arte ferire viros.
Talia Calliope, lymphisque a fonte petitis,
Ora Philetæa nostra rigavit aqua.

ferat occisa corpora. Cantabis siquidem amatores sertis redimitos ad alienas fores, nocturnæque rixæ ebriosa signa. Ut tua ope doctus sit fascinare magico cantu puellas inclusas, quicumque cupiet dolo tangere severos ac tetricos maritos. Hæc dixit *Calliope, et aquis e fonte haustis os meum ac faciem Philetæis fontibus proluit.*

Palat. cod. ap. Gebh. qui *cerrat* reponit, improb. Broukh. [et bene, judice Burm.]' *Barth.*—48 'Pro *fugæ* conjeceram *viæ*. Sed præfero ingeniosam emend. Marklandi, *Nocturnasque . . . faces.*' Burm. Vulg. non solicitand. pronuntiant Kuin. Lachm.—49 '*Exornare* Vat. 1. 4. Perr. v. c. qui magis sibi placere ascripserat lectionem cod. Pucc. *exorare*, quod etiam Heins. conjecerat, [id esse in cod. Heins. monet Barth.] et firmari posset. *Extaurare* Regg. Colbertt. pr. edd. et Palatinus [2.] Gebhardi, quomodo a librariis scriptum fuisse conjicit pro *externare*; sed *excant.* sinceram lect. esse affirmat, quam egregie tuetur Broukh. Non opus ut cum Livin. *expugnare* reponamus.' *Burm.*—50 'Vulgo *Philetea*; Dresd. *Philitea*. Sed *Philitæa* legend. monuit Sant. in Obss. ad Loca nonnulla Vett. Poët. Lat. *Philetæus* confirmant Exc. Lnp. penes ipsum.' *Kuin.* *Philetæa* edidit et Lachm. qui contra dat *Elei* El. 2. 18. pro *Elæi*.

NOTÆ

in ipsa Italia. Rhenus autem maximus est fluvius, qui ex Alpium jugis defluens, Galliasque a Germania disterminans, ad Batavorum fines, peragratis longinquis regionibus, in Oceanum delabitur. Est alius ejusdem nominis fluvius in Italia, qui ex monte Apennino oriens, ac per agrum Bononiensem fluens, in Padum supra Ferrariam delabitur. De hoc Silius Italic. VIII. 601. 'Parvique Bononia Rheni.'

48 *Canes ebria signa*] Cantabis, inquit, signa tantum Cupidinis, quæ amantes ebrii potique sequuntur. Ebria enim signa sunt hominum ebriorum, quæ sunt coronæ, faces, querelæ, rixæ. Ut habetur IV. 9.

49 *Excantare puellas*] Hoc est, vel cantibus exorare, vel incantamentis ac cantionibus magicis ad amorem attrahere.

51 *Talia Calliope*] Hæc cum dixisset Calliope, ex eo fonte, ex quo bibere solitus erat Philetas, Elegiarum scriptor, hausit aquam, propinavitque Propertio, qui, cum bibisset, factus est Elegiaci carminis poëta, imitatorque Philetæ.

ELEGIA IV.

DESCRIPTIO TRIUMPHI.

ARMA Deus Cæsar dites méditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere classe maris.
Magna viæ merces; parat ultima terra triumphos:
Tigris et Euphrates sub tua jura fluent:

Divus Cæsar bellum parat adversus Indos opulentos, ac classe cogitat sulcare mare gemmiferum. Ingens ducis præmium: extremus terrarum orbis triumphos præparat; Tigris Euphratesque per tuæ ditionis ac imperii regiones labentur, o

---

De triumpho Cæsaris inscribitur in Borr. Burmm. *De C. t.* Dresd. *Descriptio triumphi* edd. vetustis.—1 Heins. conjecerat *A. meus:* sed vid. Rhodium ad Scribon. Larg. p. 12. jubente Burm. '*Meditaris* Heins. ed. Aldinæ ascripserat, quia in illa, ut in pluribus aliis, legebatur vs. 4. *sub tua;* et sic I. Advers. 9. quandoquam *sub nova* legend. eid. ed. annotaverat. Sed in tota El. sermo ad ipsum Augustum non dirigitur. *Meditantur* ex membranis Basileensibus excogitaverat acumen Barthii XXXVII. Advers. 9. Recepta lect. proba est.' *Burm.*—2 *Clausa* ed. Græv.—3 'Amplector bonam ac veram emend. Heinsii, *M. viæ.*' Broukh. '*Viæ* recepere Broukh. Vulp. Gött. Omnes libb. *viri,* quod propter vs. 1. locum habere negat Broukh. quasi vero heros non simul et Deus et vir sit. Adde quod *tua* in pentam. sic melius habet, quo referatur.' *Barth.* qui tamen dat *viæ.* '*Viri* in omn. fere codd. et edd. antiquis male legebatur. Heins. in marg. ed. Ald. etiam conjecerat *viris:* sed *viæ* præferend. licet recipere non audeat editor Elect. Etonens. Minor. p. 118.' *Burm.* '*Viæ* pulcherrima emend. *Magna viri* m. codd. scriptura, improbanda foret, etiamsi 'Deus Cæsar' non præcessisset. Barthius

NOTÆ

1 *Arma Deus Cæsar*] Hac Elegia Propertius expeditionem, quam Cæsar Augustus adversus Orientis populos apparabat, prosequitur, Romanisque armis felicitatem victoriamque precatur. Vocat autem Augustum Deum, quia nempe Romani divinos ipsi honores, etiam dum viveret, largiti sunt. Unde etiam Virg. Ecl. I. 'Namque erit ille mihi semper Deus: illius aram Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.' Ad quem locum hæc habet Servius: 'Semper, i. e. post mortem, et dum vivit. Alii namque imperatores post mortem in numerum referuntur Deorum; sed Augustus etiam vivus templa meruit.' Horat. etiam dixit Od. III. 5. 'Præsens Divus habebitur Augustus.' Itemque Epist. II. 1. 'Præsenti tibi maturos largimur honores, Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.'

Ad Indos] Indi populi sunt Asiæ, vastissimas regiones trans Indum flumen occupantes, ad Oceanum Orientalem positi. Hos Ganges fluvius medios secat. Dites porro dixit Indos, quia nimirum auro, gemmis, ebore, sicut etiam frumento, vino, fructibus, ceterisque non ad vitam modo, sed ad delicias etiam, necessariis abundant.

2 *Freta gemmiferi maris*] Mare significat Eoum, seu Orientale, quod et Erythræum, et Indicum dicitur, ubi lapides pretiosi, margaritæ, gemmæque reperiuntur.

Seres et Ausoniis venient provincia virgis: 5
Assuescent Latio Partha tropæa Jovi.

Roma. *Terra illa sera quidem subjicietur, attamen subjicietur tandem, fascibus Ausoniis. Parthica tropæa assuescent Jovi Latio. Ite, agite,* o *naves rei milita-*

---

autem inepte cavillatur. Nihilominus illa codd. lectio, interpunctione mutata, optime se sustinebit: *Magna, viri, m.* Sed ita quidem in minore vs. Broukhusii emend. retinenda est, *sub sua.* Nam, si *viæ merces* scribimus, *tua jura* tueri poteris.' *Lachm.*—4 'Tua non habet quo referatur. Noli dubitare quin corruptum fuerit ex *sua.*' Broukh. 'At refertur utique *tua* ad *virum* vs. anteced. per apostrophen. *Eufrates* Aldd.' *Barth.* *Tua* omn. fere codd. et edd. vetustæ: quod probat Burm. P. ad Lucan. III. 151. *Sub tua colla* in aliis haberi notat L. Lat. quam lect. absurdam vocat Burm. qui *sua* dat.—5 '*Sera sub A. veniet, &c.* ineptiss. lect. et unde nullum elicias sensum commodum. Sagaciter vidit J. Gulielm. latere mendam, ideoque restituit cap. 6. in Pseudol. *Seres et A. veniet, &c.* (legebatur enim *sera sed;* neque istud *sub* unde irrepserit, exputare possum, nisi si a Scaligero est,) quam bellissimam lect. miror cur nugarum postulaverit Passeratius: nam de Gebhardo minor curatio est. Sed nondum ita persanatum est vulnus; refingebat Heins. [ad Claud. IV. Cons. Hon. 317. I. Advers. 9. et N. Prop. p. 716.] *Seres et A. venient,* optime ac veriss.' *Broukh.* '*Sera sed* lect. omn. libb. sat bona. Ita Passerat. et Livin. J. Gulielm. *Seras et* legit, ut sit *Seras* eo modo dictum quo, Sogdias; quod tamen exemplo carèt. *Seres et A. venient,* (quæ postrema vox erat in cod. Voss.) recep. Broukh. Gött. *Sera sub* legit Scaliger in sua ed. nihil tamen annotat in Castig.' *Barth.* '*Seres et A. venient* egregia restitutio, cum antea in omn. editis legebatur *Sera sed A. veniet,* ut etiam Regg. Colbb. Leidd. Ask. Vossiani, Dorvv. mei, reliquique, et pr. edd. quam lect. frustra tuentur Passerat. et Gebh. et Dorleans ad Tac. In illa tamen scrupulum restare inquit editor Elect. Etonens. Minor. p. 118. 'quam bene perdomitis jam Seribus Parthicos triumphos pollicetur!' Sed quæ objectio facile vel solo Horatii loco I. Od. 12. 'Me seu Parthos' &c. amovetur.' *Burm.* 'Barthius recte judicat veram esse libb. lect. Ultima terra, inquit, sera fiet provincia, sed fiet tamen.' *Lachm.* qui minimum dat punctum post *Sera.*—6 'Ita recte emendatum pro *parta,* ut legitur in pr. edd. et Aldd. Junt. Colin.

NOTÆ

4 *Tigris et Euphrates*] Maximi sunt Asiæ fluvii, qui ex Armeniæ montibus orti, postquam varias regiones perlustrarunt, Mesopotamiam efficiunt; deinde in unum alveum junctis simul aquis coëuntes per Babyloniam currunt; deinde post aliquot dierum spatium duobus ingentibus ostiis, quæ Scriptura sacra Gehon et Phison vocat, in mare Persicum delabuntur. Per flumina porro Tigrim et Euphratem, Medos, Parthos, Persasque populos intelligit Propertius.

5 *Seres et* [*Sera sub*] *Ausoniis virgis*] Tardius, inquit, juris erit Romani regio ista Orientalis, seriusque in provinciæ formam accedet, sed tamen tandem hoc eveniet sub Augusto Cæsare. Per virgas enim Ausonias Romanos fasces significat, quos ante se, qui prætores in provincias cum officio mittebantur, gestari jubebant, quemadmodum et Romæ magistratibus præferri solebant.

6 *Partha tropæa*] E Parthis populis spolia bello relata.

Latio Jovi] Capitolium intelligit, cui præerat Jupiter, ubi et templum habebat. Potest etiam intelligi de Jove Latiali, qui in Albano monte colebatur, ubi etiam triumphabatur: ut referunt Cicero, Dionysius, Livius,

Ite, agite, expertæ bello date lintea proræ;
Et solitum armigeri ducite munus equi.
Omina fausta cano: Crassos cladesque piate;
Ite, et Romanæ consulite historiæ.
Mars pater, et sacræ fatalia lumina Vestæ,
Ante meos obitus sit, precor, illa dies;
Qua videam, spoliis onerato Cæsaris axe,
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.

ris peritæ, vela pandite, vosque, o *equi bellatores, officium* vestrum *consuetum facite. Omina prospera lætaque vaticinor: Crassos* eorumque *cædes expiate; properate, ac Romanæ prospicite historiæ.* O *Mars nostri generis auctor*, vosque, o *fatales ignes Vestæ sanctæ, oro*, ut *illa dies adveniat, antequam moriar, qua conspiciam, onusto hostium exuviis curru Cæsaris, ad acclamationes populi equos non*

Gryph.' *Burm.*—7 'Versus artificiosus, et qui bene exprimit festinantes in æquore nautas. Noster 2. [Dresd. et unus cod. Editoris Elector. Etonens.] præfert *exp. d. bel.* qui numerus omnem celeritatem elumbat.' *Broukh.* Id. fere dicit Barth. *Littora* Vat. 5. corrupte, censente Burm.—8 *Pondus e.* conj. Heins. in marg. ed. Ald. *Armigeræ .. aquæ* legebat Editor Elect. Etonens. p. 118. Burm. P. ad Val. Fl. III. 13. voluit *discite.* Mallet Burm. *sumite. Ad .. currite* Eld.—9 'Noster 1. *clademque* habet: unus Reg. [et Borr.] *classesque:* Groning. *classes clademq.* C. Com. *classes cladesq.* Non libet de *classibus* quicquam argutari: cum constet Romanos nunquam huj. tantæ calamitatis meminisse, quin et simul meminerint infelicium Crassorum.' *Broukh. Omĩa* Vat. Posth. Palatt. *Omnia* Guarn. Dresd. Aldd. cett. Ed. pr. et Douss. tuente Gebh. cum Dousa. *Classis clad.* Posth. C. Com. [cf. sup.] *Crassos cladēq.* Ed. pr. *Clademq.* Bon. *Classemq.* Guarn. *Crasso cladesq.* Dresd.' *Barth.* '*Omnia* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. Leidd. Voss. 1. 3. Dorv. 1. mei, et edd. priscæ. Recte *Omina* Ask. et alii codd. *Clademq. piate* Neap. Leid. 2. tres Voss. meus 1. *Classes clademq.* Groning. *Classem clademq.* Dorv. 1. *Cladesq. piatæ* male in meo 2. Markl. suspicabatur vocem *Carras* hic latere, sed *Crassos* recte astruxit Broukh.' *Burm.* '*Crassos cladesq.* Rectius paulo Groning. cum aliis *clademq.*' Lachm. et sic edidit: at B. B. B. id. ac Kuin.—11 *Satiæ* pro *sacræ* unus Voss. unde *Latiæ* conjecerat Heins. *Numina* Groning. Dorv. 2. ut in aliis legi notavit L. Lat. *Limina* Regg. Colbertt. Mentel. Borr. Voss. 3. in margine, Burm. 1. et edd. vetustiores. Veram lect. esse, pronuntiat Burm. et recte, judicante Kuin. *lum.* quæ in Colot. Vat. 2. 5. Burm. 2.—13. 14 '*Quom* Voss. 4. h. e. *Quum*, ut in Leid. 2. et meo:

NOTÆ

ac Sueton.

9 *Crassos cladesque piate*] Delete maculam infamiamque Crassorum cæde nomini Romano illatam. Crassi namque pater et filius contra Parthos pugnantes occubuerunt, ut jam supra diximus.

10 *Romanæ consulite historiæ*] Hoc est, Ea vos facite, quæ digna sint historia Romana, sempiternisque rerum monumentis.

11 *Mars pater*] Dicitur etiam Marspiter apud Varron. Lib. VII. de L. L.

Fatalia lumina Vestæ] Fatalis ille sempiternusque ignis, qui Romæ in æde Deæ Vestæ a virginibus, tanquam urbis tutela, diligenter servabatur.

13 *Cæsaris axe*] Curru triumphali.

14 *Resistere equos*] Pondere nimio oppressos nolle progredi.

Inque sinu caræ nixus spectare puellæ
  Incipiam, et titulis oppida capta legam.
Tela fugacis equi, et braccati militis arcus,
  Et subter captos arma sedere duces.
Ipsa tuam serva prolem, Venus: hoc sit in ævum,
  Cernis ab Ænea quod superesse caput.
Præda sit hæc illis, quorum meruere labores:
  Mi sat erit, Sacra plaudere posse Via.

progredi. Et in amicæ dilectæ gremio reclinatus pompam *cernere incipiam, ac ex titulis agnoscam urbes expugnatas, sagittas fugientis equitis, militisque braccis induti arcus, ducesque* hostium *sub* suis *armis captivos* videam *jacere.* O Diva *Venus, sobolem tuam* progeniemque *custodi. Vir iste, quem solum ex Æneæ gente superesse vides, in perpetuum vivat. Præda ista detur iis, qui militiæ laboribus* eam *meruerunt. Mihi vero satis erit, si in media via cum multitudine possim applaudere.*

sed recepta lect. ex usu Veterum. *Onerato axe* recte Mur. Scaliger, Douza, et Lips. quomodo etiam Heins. correxerat in ed. Ald. Olim enim in vetustis edd. *oneratos axes*, ut in plerisque etiam codd. [et edd. vett. omn.] Idque defendit Frut. III. Verisim. 2. Tom. v. Fac. Crit. Gruteri. Et hinc seq. versu etiam in meo 1. aliisque, et ap. L. Lat. *resistet equus:* sed hic elisio artificiosa est. Dorvill. conjecerat *onerati C. axe*, vel *ornato C. axe:* sed vulgata præstat.' *Burm.* 'Ac v. Bon. F. Prop. scripsit *oneratos axes, Ac v. plausu s. &c.*' Barth. Minimum punctum ponit Lachm. ad fin. vss. 12. 13. 14. 16. et dat *oneratos axes*, quod potest servari, deficiente copula, ut monet in Notis.—15. 16 'Aut 'spectare' referend. est ad currum Augusti triumphalem, quod tamen vix admittend. videtur; aut potius cum Heins. emendand. *Incipiam tit. opp. lata suis.*' Burm. qui tamen post defendit *capta*. Vulg. lect. tuetur Knin. Nullum punctum ponit Lachm. in mediis his vss.—17 *Brachati* Brix. Aldd. cett.—19 'Sic unus noster, Groning. Borr. quod concinnius videtur et magis modulatum.' *Broukh. Prol. s.* Leid. 1. Ask. Burm. 2. et edd. vetustæ. Reliqui, ait Burm. recte in vulgatam conspirant. *O sit* Heins.—20 'Groning. *super esse:* non male.' *Broukh.*—21 *Sit et ill.* Mentel. *Hoc* Voss. 3. *His* Frut. Damnat Burmannus. *P. s. illorum* Guyeti, et *hæc illis*

NOTÆ

16 *Oppida capta legam*] Simulacra fluviorum, oppidorum, montium, ac regionum bello devictarum, cum titulis quo nomine vocarentur indicantibus, curru triumphali ferebantur.

17 *Tela fugacis equi*] 'Equi' posuit loco equitis; Parthorum enim equitum, qui fugientes etiam pugnabant, arma significat.

Braccati militis] Quis fuerit ille 'braccatus miles,' an Gallus, nam Galliæ quædam pars dicta est Braccata, an Dacus, an Ponticus, an Persa, an Indus, an Medus, an alius, ignoratur: omnes enim illæ gentes apud scriptores uti *braccis* inveniuntur, sicut de Sarmatis idem testatur etiam Mela.

18 *Sedere duces*] Duces, reges, vel imperatores hostium bello capti in triumpho ita currui alligabantur, ut ipsorum capitibus arma tropæaque impenderent.

19 *Serva prolem, Venus*] Julia gens, ex qua oriundus erat Augustus, a Venere originem trahere dicebatur. Iulus enim, Julias gentis auctor, filius fuit Æneæ, Veneris et Anchisæ filii.

recte esse in reliqnis codd. et vetustis edd. pronuntiat.—22 ‘ *Me s. erit s.* Groning. cum nostro 2. quod jam pridem firmaverunt VV. DD. In Regg. Colbertt. et nostro 1. legitur *media via:* sed quomodo in media via planderet aliqnis, occupante omnem viam licentioso per triumphum milite? Mallem autem *Mi* quam *Me.*’ Broukh. ‘ *Me* Bon. Guarn. Mihi *sacra* videtur ex glossemate ; neque *medium* adeo stricte sumitur Latinis.’ *Barth.* ‘ *Me* Borr. Neap. Leid. 2. tres Voss. Dorvv. mei : sed *Mi* jure præfert Broukh. et in Regg. aliisque et primis ac vetustioribus edd. legitur. Male tamen in his *media*, quod etiam in Ask. et meo 2 : sed *sacra* in tribus Vat. Perreii et Fruterii codice, Neap. Palatino, C. Com. ceterisque, ut legend. jam monuit Volscus, et in suis codd. haberi notarunt Beroaldus et Passerat. licet *media* ediderint : sed alterum recte probatum Dousæ F. et Gebh. Markl. quoque cod. suo ascripserat *Mi s. e. s.* legend.’ *Burm.* ‘ *Mi s. e.* optime, nisi in libb. melioribus esset alia lect. non minus bona *Me s. e. s.*’ Lachm. *Mi* dant B. B. B.

NOTÆ

22 *Sacra* [*media*] *Via*] Scilicet triumphali. Nonnulli porro codices legunt *Sacra Via*, qua quidem via triumphantes Capitolium adibant. De hac jam supra diximus.

ELEGIA V.

AD AMICAM IRATAM.

Pacis Amor Deus est: pacem veneramur amantes.
Stant mihi cum domina prælia dura mea.

Amor Deus est pacis, nos *amatores pacem colimus: manent* tamen *cum amica*

Livin. in Notis, in contextu non item, et Heins. N. Prop. cum ed. Mur. continuant hanc El. cum superiore. Ita monet Barth. ‘ Novam hinc El. ordinntur plurimi codd. Regg. Colbertt. Borr. Ask. Leid. 2. tres Voss. Dorvv. et mei, ut et omn. edd. vetustæ, præscripto titulo *Ad amicam iratam.* Sed in ed. Scal. cum præcedente connectitur.’ *Burm.* Hæc copulant cum præcedd. Broukh. Burm. Disjungunt Barth. Lachm. qui tamen non mirabitur, si multi accedent Mureto.—1 Blandiri posset, ait Burm. Heinsii conjectura, quam ed. Aldinæ alleverat, *venamur.* Ast. legend. statuit *p. veneremur amantes!*—2.‘ Mirifica locutio, quam tamen Passerat. defendere voluit, necnon

NOTÆ

1 *Pacis Amor Deus est*] Significat Poëta se nolle sequi castra Martis, sed servire se velle jugiter Amori, qui Deus est pacis. Dicit etiam se magnorum ducum gloriæ divitiisque non invidere, cum divites pauperesque simul apud Inferos confundantur. Exordium Elegiæ sumsit a sententia Platonis, qui dicebat Amorem esse Deum qui pacem hominibus largiatur, mari tranquillitatem, ventis requiem. Avaritiam deinde insectatur, avaros detestatur, qui nihil ex congestis opibus post mortem ad Inferos asportabunt. Dicit denique in juventute esse amori indulgendum, in senectute philosophandum, quod se facturum pollicetur.

Non tamen inviso pectus mihi carpitur auro;
Nec bibit e gemma divite nostra sitis:
Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur;
Nec miser æra paro classe, Corinthe, tua.

mea aspera bella. Neque attamen auro mihi odioso angitur animus; neque mea sitis poculo pretioso potat; neque mihi fertilis et optima Campania mille paribus boum exercetur; neque ego *avarus cupio auferre navigio æs tuum,* o *Corinthe.* O

Huetius ad IV. Manil. 547. Adducor ut credam fuisse a manu Poëtæ *Sunt m.'* Broukh. *Stant* tuentur codd. et edd. vetustæ, et defendit Barthius. *Stent* Heins. vel *Sat*, quod et Livineio in mentem venerat, et tuetur et exhibet Lachm. *Sunt* (quod sane in Dresd. ex glossemate, monente Barth.) repudiat Burm. P. ad Val. Fl. II. 84. qui *stant* exponit, desinunt, finiuntur; quod admittere videtur Burmanno nostro (qui id et ipse defendit,) Dorvillius Misc. Obs. Vol. VII. T. I. p. 105. et sic fere Rob. Steph. in Thesaur. L. L. *P. dira* Markl.—3 'Groning. *Non t.* quod propius inspectum non displicebit.' *Broukh.* Hoc dant B. B. B. Gött. *Nec tantum* reponit Lachm. *Nec* omn. alii libb. *Nunc* tam hic quam tribus seqq. vss. Guy. Hoc per saturam damnat Burm. et h. l. damnat Barth. nec laudans nec improbans in seqq. vss. *Injusso* Leid. 2. Quærit Burm. an librarius voluerit *injusto*. Sed *inviso* dicit esse sanissimam lect. *Rapitur* Leid. et Voss. 1.—4 *N. venit* in aliis legi notat L. Lat. *Bibat* reponit Lachm. et mox *aretur*. *In g.* Franc.—5 *Aratra* Dorv. 1.—6 'Veram lect. servavit Groning. cum uno Colb. [Palatt. C. Com. cum melioribus edd. testante Gebh.] *æra paro clade*. *Clade* jam revocaverat Palm. sed nihil monuerat de *paro*, quod non neglexit Modii industria, Nov. Ep. 18. Noster 1. Regg. [Guarn. Dresd.] Borr. alter Colb. *ire paro classe:* noster 2. *ire pare clade.*' Broukh. '*Ire paro clade* Perr. v. c. Ask. Leid. 1. alter Colb. a m. pr. *Ire paro classe* Exc. Scal. Borr. Colb. 1. [cf. sup.] Leid. 2. tres Voss. Dorvv. mei, et priscæ edd. *Ire paro* Livineio displicebat. *Æra paro clade* Frut. v. c. Colb. 2. a m. sec. Vat. 1. 2. 5. aliique ap. L. Lat. *Ære* Neap. Pro *paro* in aliis *peto*. *Æra peto classe* Markl. Conjecerat Broukh. in ora ed. Colln. *Nec misera æra paro clade*. Ruhnken. conjiciebat *Nec mista æra peto clade*. Acidalius ad Vell. I. 13. legebat *Nec miser æra peto classe*, rejiciens emendationem Schoppii, *clade tua*, ut in Mss. invenit Palm. Spicil. p. 804. Fluctuat Acidalius an *miser Cor.* pro homine Corinthio, an vero *misera* scribend. sit. Illum refutavit Patruus meus ad Lucan. III. 287. qui præ ceteris præfert *Nec miser ire paro classe.*

NOTÆ

4 *E gemma divite*] Non bibo, inquit, poculis gemmatis, quibus utuntur reges, qui, ut ait Juvenalis, gemmas ad pocula transferunt. Vel expone in hanc sententiam, qua dixit Virgilius, 'Ut gemma bibat,' i. e. poculo ex una gemma confecto.

5 *Campania pinguis*] Campania felicissima Italiæ, tam aëris temperie tum feracis ubere glebæ, provincia. Ejus olim caput fuit Capua, sed nunc Neapolis Capuæ longe præcellit. In hac regione perpetuum summumque, ut ait Plinius, Liberi Patris Cererisque certamen est.

6 *Æra, Corinthe, tua*] Æs Corinthiacum scriptorum semper monumentis celebratissimum fuit ac pretiosissimum, quod nimirum ex auro, argento, æreque simul erat commistum. Fuit autem Corinthus civitas Achaiæ ad Peloponnesi Isthmum opulentissima, utpote duorum portuum commoditate ditata; unde, negotiatoribus ex Asia Italiaque illuc confluentibus, emporium fuit olim frequentissimum.

O prima infelix fingenti terra Promethœo!
Ille parum cauti pectoris egit opus:
Corpora disponens, mentem non vidit in arte:
Recta animi primum debuit esse via.
Nunc maris in tantum vento jactamur, et hostem
Quærimus, atque armis nectimus arma nova.

princeps limi, Prometheo hominem *formanti infauste! Ille effecit opus mentis parum providæ. Membra* namque simul *conjungens in arte menti non prospexit. Ante omnia mentis esse debuit recta via. Modo in tam vastum mare agitamur procellis, hostemque inquirimus, ac bellis alia bella serimus. Nullas*

Hanc lect. simplicissimam esse arbitror, certe præferendam conjecturæ Heinsianæ ad Prop. p. 717. *Nec mi serta paro clade.*' Burm. Hanc conj. improbat et Barth. qui monet Heinsium ad Advers. p. 418. tentasse *miseru.. Cor.* vel *miseræ.. Cor. tui.* Suam lect. tuetur Kuin. *Æru paro clade* dant B. B. B. L.—7 Damnat Burm. *frangenti*, quod in Neap. *Fugienti* Dresd.—8 *Cautæ* Mentel. Voss. 1. 4. Dorvv. Burmm. Bon. Guarn. Dresd. *Pectore* Voss. 2.—9 '*Passerat.* ac Gebh. volunt *arce*. Aiunt et aliam lect. inveniri, *videt inertem*. Sibi habeant has matteas.' *Broukh.* '*Componens* Leid. 2. Voss. 3. *Arte* codd. plerique et edd. vetustæ. *Vid. inertem* conjecerat Heins. in ora ed. Ald. quod legitur in Colot. Leid. 2. Voss. 3. Id. ad Prop. p. 717. *non addidit arti*; sed *vid.* est, providit. Vel acquiescend. explicationi Bronkhusianæ, vel f. castigand. *Ignem non induit arti.*' Burm. *Ignem non addidit arti* mallent Addenda ad fin. ed. Burm.—11 '*Vento* omn. membr. et edd. priscæ: quod quamvis pusillum, non debuit tamen negligi. Qui hic *infandum* reposuerunt pro *in tantum*, idque e Groning. abutuntur credulitate lectoris sui. In promtu est ille cod. et levi opera consuli potest.' *Broukh.* '*Infand.* in aliis, teste Passerat. quod probat Guy. et sic Frut. v. c. et Livineius ex conj. et e Ms. Palmerius. [*N. malus*] *intactum* Palatinus: unde *intacti* conjecerat Broukh. Sed quia in Notas editas non retulit, mutasse sententiam videtur; et sane *in tant.* in omn. codd. et edd. vetustis, quod non est solicitand. *Vento* Regg. Colbertt. Neap. Borr. Groning. Exc. Scal. Voss. Heinsian. ceterique codd. et pr. edd. non *ventis*, ut in Aldd. Junt. Colin. Gryph. aliisque.' *Burm.*—12 *Arvis.. arva* Voss. 4. Damnat Burmannus *Nectimus* pro *Quær.* quod in ejus 2.—14 '*Ita*

NOTÆ

7 *O prima infelix terra*] Hominis miseriam deflet, cujus formatio male Prometheo cessit, cum nulla sit habita ratio mentis ac prudentiæ, quæ majori tamen curæ debebat esse hominis auctori, quam corpus, cum animus sit longe corpore nobilior. Nota est Promethei de conditione hominis fabula, quam Ovid. Metam. lib. 1. pluribus prosequitur, refertque quomodo Prometheus e limo primum hominem in Deorum effigiem finxerit. Vide etiam Horat. Od. 1. 3. et 16.

8 *Parum cauti pectoris opus*] Parum diligenter a Prometheo mentem ac prudentiam fuisse perspectam in fingendo homine significat, cui providentiæ minus ac sapientiæ largitus sit.

9 *Mentem non vidit in arte*] In opere suo formando, inquit, non satis rationi prospexit, nec menti consuluit.

10 *Recta animi primum*] Inprimis, inquit, oportuit bonæ mentis curam habere. '*Animi via*' ratio est quam sequi maxime debemus.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas;
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.
Victor cum victis pariter miscebimur Indis;
Consule cum Mario, capte Jugurtha, sedes.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.
Optima mors parca quæ venit apta die.

divitias feres ad aquas Acherontis. O *demens, Stygia cymba nudus* ad Inferos *vectaberis. Victor simul cum hominum, quos vicit, umbris confundetur.* O *Jugurtha captive, jaces* una simul *cum Mario Consule. Crœsus* rex *Lydiæ nihil* in Inferis *differt ab Iro Dulichio. Optimus* est *interitus qui brevi tempore*

e suis libris Beroaldus ac Scaliger protulerunt. *Ad infernas rates* nostri omn. manifesto errore. [Id. judicat Barth.]' *Broukh.* Hoc habent plurimi codd. et antiquæ edd. et est ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. fol. 184. idque præfert Dorvill. in Misc. Obs. Vol. v. T. III. p. 7. et esse verissimum pronuntiat Lachm. Sed *ab inferna rate* tuentur Perr. v. c. Colot. et tres Vat. quod prætulit et Gebh. et placebat Marklando. Censet Burm. Schraderum Emend. cap. 8. recte emendasse *N. at inf.* sed dissentit Kuinoel.—15 'Passerat. legebat *miscebere Cimbris.* In Groning. est *miscebimur undis;* unde J. Gulielm. faciebat *Indis.* In C. Com. quoque *miscebimur.* Amplector etiam lubens bellissimam Gulielm. emendationem.' *Broukh.* 'Indis recip. Broukh. et Gött. male. *Miscebimur umbris* invenit Gebh. in C. Com.' *Barth.* 'Miscebitur umbris vetustæ edd. et Borr. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei, et ap. Oct. Mirand. fol. 184. *Umbris* Leid. 1. unus Voss. Ask. mei ac Dorv. 2. *Misceberis* Franc. sed *miscebimur* recte Livin. et Mod. ex Groning. *Undis* Leid. 2. Dorv. 1. Conjecerat Passeratius *Indis*, quod Gulielmius occupavit, vel *miscebere Cimbris*, improb. Gebh.' *Burm. Miscebimur Indis* veram esse lect. pronuntiat Kuin. et certissimam Lachm. Eam exhibent B. B. B. L.—17 Damnat Burm. *discat C. abire*, quod habent Borr. Mentel. Voss. Dorv. et suus. *Cressus* Dresd. *Ab Hyro* Venet. ap. Barth. et Ald. 2. Brix. habet *hyrro*.—18

NOTÆ

18 *Acherontis ad undas*] Acheron fluvius est Inferorum, qui mortuis omnibus est trajiciendus. Sæpius sumitur pro Inferis, ut hoc in loco, ubi testatur Poëta neminem ad infernos manes delaturum opes suas; ibi namque mors æquabit quos pecunia in vivis separaverit. Unde et Seneca; 'Impares nascimur, pares morimur.'

14 *Nudus ab inferna rate*] 'Inferna ratis,' est Charontis cymba, quæ est omnibus adeunda.

15 *Victor cum victis*] Mortuorum omnium una est conditio, nec ulla dignitatis, ordinis, aut gradus apud Inferos habetur ratio; omnia enim mors æquat.

16 *Cum Mario, Jugurtha*] Inferi Marium victorem cum victo captivoque Jugurtha confundunt: ibi omnes sunt æquales, nulla inter divites pauperesque distantia.

17 *Non distat Crœsus ab Iro*] De Crœso, rege Lydorum opulentissimo, jam sæpius dictum est. Irus autem fuit homo pauperrimus, e Dulichio insula maris Ionii, Ithacæ vicina, oriundus; unde dicitur Dulichius. Idem alio nomine Arnæus vocatus est. Hic passim apud omnes, tum poëtas tum scriptores alios, sumitur in exemplum mendici calamitosissimi. Martialis: 'Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus.' De Iro videsis Hom. Odyss. XVIII.

18 *Optima mors*] Quæ apto loco et brevi tempore venit. Alludit ad pro-

Me juvat in prima coluisse Helicona juventa,
  Musarumque choris implicuisse manus:
Me juvat et multo mentem vincire Lyæo,
  Et caput in verna semper habere rosa.
Atque ubi jam Venerem gravis interceperit ætas,
  Sparserit et nigras alba senecta comas;
Tum mihi naturæ libeat perdiscere mores:
  Quis Deus hanc mundi temperet arte domum;

accidit. Me juvat in prima juventute Heliconem frequentasse, ac Musarum choris manus inseruisse; juvat etiam me mentem copioso Lyæo ligare, ac in rosa vernanti jugiter caput reclinatum *habere. Et postquam tarda senectus Venerem totam abstulerit, ac cana anilitas* meos *omnes capillos asperserit, tunc me juvet naturæ mores penitus ediscere; qualis Deus istam mundi machinam ratione moderetur;*

Parta Palat. membr. Dresd. Burm. 1. *Parta . . acta* Palat. cod. *Acta* quoque Bon. Neap. Vat. 1. 5. et v. c. Fruterii: et sic affert Alb. Egb in Margarita Poët. cap. 13. et probat Passeratius. *Apta* Gebh. *Tarda . . acta* Guy. *Prospera* Heins. ad marg. ed. Ald. *Parca* est a Scaligero, et probatur a Gataker. ad Antonin. XII. 23. p. 356. Reponit Lachm. *Parcæ . . acta.*—19 *Juvet* Neap. Bon. Mentel. ut Guy. et disticho sequenti: et sic Markl. et Schrader. cap. 7. Emend. p. 145. et dat Lachm. F. etiam, ait Burm. *a pr.* corrigend.—20 *Comis* improbat Burm. quod est in uno Colb. et Dorv. 2.—22 Markl. suspicatur Prop. scripsisse *tenera.* Non improbo quidem, ait Burm. hanc conj. sed tamen illud 'semper' non tam stricte capiend. opinor. *Verna* enim et *semper* non inter sese convenire censuit Markl.—23 *V. caput* Dorv. 1. Quærit Burm. an f. librarius voluerit *cana;* sed vulg. esse sanissimam pronuntiat.—24 *Sp. integras* v. c. Fruterii, Exc. Scal. Leid. 1. Borr. Burmm. Voss. 1. 4. (in quo superscript. *in nigr.*) cod. Palat. Guarn. et Venet. ap. Barth. Aldd. Colin. cett. *Sp. ingratas* Vat. 5. Leid. 2. Voss. 3. *Sparsit et integras* Regg. Colbertt. Dorv. 2. Dresd. Palat. membr. Groning. (si fides Barthio: nam Burm. dicere videtur eum cod. habere *Sparserit int.*) Vat. Brix. Olim conjiciebat Burm. *Sparserit et niveas.* Sed tandem censuit Broukhusium recte vindicasse *Sparserit et nigras,* ut in Perr. v. c. Vat. 1. 2. Bon. aliisque; et ita Gebh. et Guy. et edidere B. B. B. L. Neap. habet *Sparserit et integras.*—25 *Liceat* Groning. *Perd. jura* Heins. Vulg. defendit Burm.—26 *Qua* Voss. 4. a m. sec. *Quis* recte se ha-

NOTÆ

verbium illud, 'Optimum non nasci, aut quam citissime aboleri.'

21 *Mentem vincire Lyæo*] H. e. indulgere genio, ac interdum ad ebrietatem usque vinum bibere, quo nimirum mens rationisque vigor quasi vinculo impediantur, ne suo fungantur officio. Hic autem mens loco curarum ponitur. Curas enim vinum quodammodo constringit, ne nocere possint.

23 *Venerem interceperit ætas*] Senectute libidines restinguuntur, paxque datur a rebus Venereis, ut ait Cicero de Senectute.

26 *Quis Deus*] An Sol, an Jupiter, an aliud quid Jove majus, totum hoc rerum omnium templum ratione moderetur. Hæc nimirum quæ Philosophia naturalis inquirit, cui velle se vacare dum senex erit Poëta significat, hoc loco persequitur.

Qua venit Exoriens, qua deficit; unde coactis
  Cornibus in plenum menstrua Luna redit;
Unde salo superant venti; quid flamine captet
  Eurus; et in nubes unde perennis aqua;
Si ventura dies, mundi quæ subruat arces;
  Purpureus pluvias cur bibat arcus aquas;
Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi,
  Solis et atratis luxerit orbis equis;

ac unde Sol oriatur; et ubi occidat, et quomodo collectis in orbem cornibus Luna menstrualis revertatur; cur venti in mari abundent; quid insidietur flatibus suis Eurus; ac unde perpetuus imber in nubes proveniat; *an sit* aliquando *dies adfutura, quæ mundi subvertat arces; quare arcus purpureus aquas cœlestes concipiat; vel quare Perrhæbi Pindi vertex contremuerit, ac totus mundus atratis*

bere pronuntiat Burm.—27 'Hoc distichon locand. videtur post vs. 34. Sed tutemet statues, lector erudite: ego nihil definio.' *Broukh.* 'Sed nostro vs. 'exoriens' est ipse Sol.' *Barth.* Transpositionem tuetur Burm. sed, si quis, ait, eam repudiet, necesse erit, ut, sublata majori distinctione post 'deficit,' 'exoriens Luna' hic conjungatur. Minimum ergo punctum ponit Lachm. post 'deficit,' et vulg. ordinem relinquit. *Deficit unda* Palat. cod. *Unda* quoque Dresd. *Peractis* in aliis legi testatur L. Lat.—29 '*Superent* Groning. Dorv. 2. quod admitti potest propter sequens *captet*, vel *captat* illic cum Franc. corrigend.' *Burm. Cuncti* pro *venti* Voss. 1. Guarn. *Cuntis* Dorv. 1. *Flumine* Mentel. et Dorv.—30 *Currus* Palat. 1. Gebh. inde refingit *Corus* vel *Caurus*. —31 *Si* correxerunt Passerat. Gebh. et Guy. e Passeratii libb. et receperunt B. B. B. L. *Sit* Leidd. tres Voss. Burmm. Dorvv. cum pr. edd. *Sic* Palatt. '*Arces*. unus Colb. habet *arcem*, quomodo et Gebh. in Palatino invenerat. Parum refert utro modo legatur.' *Broukh.* Id. censet Barth. *Axem* Dresd. *Substruat arces* Borr. *Qua* Leid. 1. *Qua subruat artes* Mentel. *Arcem* præfert Burm. *Arces τοιητικώτερον* pronuntiat Kuin. et dant B. B. B. L. —32 'Exponunt hunc vs. Lud. Cælius XXII. Lect. Ant. 29. et Hadr. Turnebus XXIX. Advers. 31. ubi producunt ambo *Cæruleus* pro *Purp.* errore, credo, memoriæ: nam neque in scriptis neque in cusis invenitur.' *Broukh.* Assentiunt Barth. et Burm. F. eorum memoriæ obversatum esse Virg. I. G. 452. observat Burmannus. *Bibat* Bon. Leid. 1. Dorv. 2. et sic Francius. Præfert Burmannus; at *bibit* dant B. B. B. L. *Arquus* Bon.—33 *Perherebi* Dresd. at in marg. *perhebi*. *Per herebi* Mentel. Borr. Burm. 1. *Perhebi* 2. *Per-*

NOTÆ

28 *Menstrua Luna*] Discam, inquit, causas, cur modo Luna tota sit luminosa, cur modo sinuetur in cornua, modo capiat incrementa discedens a Sole, modo decrescat ad Solem accedens. Menstrua porro Luna dicitur, quia mensis spatio cursum conficit, cœlique ambitum sibi præscriptum perlustrat.

30 *Eurus*] Ventus est ab ortu brumali spirans, de quo jam supra sæpius.

32 *Purpureus arcus*] Cœlestis arcus, qui et Iris dicitur, tribus maxime distinguitur coloribus, puniceo, viridi, cœruleo. Dicitur autem Iris 'aquas bibere,' quia nimirum nonnisi udo madidoque tempore apparens imbres semper significat; unde vocatur a Statio Theb. IX. 'imbrifer arcus.' De Iride vide Aristot. Lib. de meteoris, Lucret. Lib. VI. Plin. II. 59. Senec. Nat. Quæst. I. 3.

33 *Cur Perrhæbi Pindi*] Pindus

Cur serus versare boves et plaustra Bootes; 35
Pleiadum spisso cur coit imbre chorus;
Curve suos fines altum non exeat æquor,
Plenus et in partes quatuor annus eat;
Sub terris si jura Deum, et tormenta Gigantum;
Tisiphones atro si furit angue caput; 40

Solis equis luxerit; cur tardus Bootes septem triones et currum flectat; quare Pleiadum cœtus spisso lumine coalescat; vel quare suos terminos mare non prætergrediatur, ac partibus quatuor annus integer constet; cur etiam in *Inferis Deorum sint jura, ac Gigantum cruciatus;* an vere *caput Tisiphones nigris*

rhebi Ald. 2. Brix. Venet. ap. Barth. *Perebi* Neap. *Penei* Dorv. 2. a m. sec. *Pirrei tenuere c. mundi* Ask.—34 *Atractis* Guarn. *Attractis* Dresd. unus Colb. Groning. Leidd. Voss. 3. 4. Burmm. Dorv. 2. et in marg. *curatis. Actractis* Ask. *A tractis* Borr. *Astratis* Vat. 1. *Aratis* Dorv. 1.—35 'Omn. libb. scripti omnesque typis excusi ante Scaligeram habent *C. s.* quod non erat rejiciend.' *Broukh.* Sic ediderunt Volscus, Ber. B. B. B. L. *Seros* Neap. *Senis* Voss. 1. Heinsian. Dorv. 1. *Segnis* edidit Scaliger; ut in Voss. 3.—36 *Imbre* est ex emend. Heins. N. Prop. et ad Ov. x. M. 508. qui id optime restituit, pronuntiante Burm. 'Hoc sensu,' ait Lachm. 'cum spissus imber est: ne F. G. Barthium audias cum cavillatione quærentem an stellæ constent et efficiantur aqua et imbre. Melius tamen est ut retineamus, quod scripti omnes [ut edd. vetustæ] habent, *igne.*' '*Ingue* Groning. F. *ingne*, pronuntiat. Ital.' *Barth.*—38 *Ut* corrigi jubet Burm. cum Heins. Quod esse supervacaneum judicat Kuin.—39 *Si* correxerunt B. B. B. L. *Sint* Leidd. Burm. 2. Dorv. et edd. antiquæ. *Sin* Ask. *Sunt* Heinsian. tres Voss. Dorv. 1.—40 *Ferit* Colb.

NOTÆ

mons est Thessaliæ, (alii dicunt Macedoniæ,) altissimus, Ætolos ab Acarnanibus dividens, Apollini Musisque sacer, Lapitharum olim sedes, ad cujus radices Perrhæbi populi siti sunt; unde vocat montem illum Propertius Perrhæbum.

34 *Solis et atratis equis*] Equi Solis dicuntur 'atrati,' mundusque lugere videtur, cum sol deficiens obscuratur. Quod fit lunæ interventu, quæ suo nimirum inter terram et solem interpositu radios solis intercipiens caligine terras offundit.

35 *Serus Bootes*] De Boote, seu Arctophylace, aut Arcturo, jam sæpius dictum est.

36 *Pleiadum chorus*] Septem sunt stellæ Pleiades, quæ et Vergiliæ dicuntur, de quibus etiam plura jam diximus. Earum autem ignis seu fulgor dicitur 'spissus,' quia licet simul junctæ septem sint stellæ, tamen non ita sunt conspicuæ, sed earum lumen tenue videtur ac densum, immo una ex iis fere latet.

37 *Suos fines non exeat æquor*] Horat. etiam Epist. I. 12. 'Quæ mare compescant causæ, quid temperet annum.'

39 *Sub terris si jura Deum*] Sintne Inferi, et apud Inferos sint judices, qui pœnis impios afficiant. Sintne Pluto et Proserpina, sintne Minos, Æacus, et Rhadamanthus, qui mortuis jura dicant.

Tormenta Gigantum] An reipsa apud Inferos Gigantes plectantur, quod Deos e cœlo deturbare voluerint.

40 *Tisiphones si furit angue caput*] An revera Tisiphone, quæ dicitur ex Furiis Inferorum una, cædibus plectendis addicta, colubris ac serpentibus

Aut Alcmæoniæ furiæ, aut jejunia Phinei;
Num rota, num scopuli, num sitis inter aquas;
Num tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus, et Tityo jugera pauca novem;

serpentibus sæviat; an revera Alcmæoniæ furiæ sint, *an fames Phinei; an rota, an saxum, an sitis* sit *in mediis aquis; an Cerberus triplici capite servet aditus Inferorum*, utrum *etiam Tityo vix satis* sint porrecto *novem jugera; an confectus*

Mentel. *Fuerit* Ask.—41 *Anne* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 3. ''*Anne A. furiæ, an j. P.* J. P.' Sic notatum erat in Ferrarii libro, ubi J. P. significat, credo, Jovianum Pontanum. Ceterum Pucc. conjecerat quoque *Anne*.' Addend. ad fin. ed. Burm.—42 *Non r. non s. non s.* Mentel. Neap.—44 *Et* deest Mentel. et Voss. 3. a m. pr. *An* conjecerat Oud. ut in Perr. v. c. Colot. et

NOTÆ

sit armata et capite et manibus, ut fingitur.

41 *Alcmæoniæ furiæ*] Furias dicit Alcmæonias Propertius, quæ vexasse dicuntur Alcmæonem, postquam matrem suam Eriphylen interfecisset. Fuit autem Alcmæon Amphiarai vatis filius, cui pater ad bellum Thebanum proficisci coactus nequitiam in se conjugis Eriphyles aperuit, eique mortis suæ vindictam reliquit. Alcmæon, defuncto patre, memor præcepti, pietate ductus in patrem, impius in matrem esse voluit, eamque interfecit. In hujus autem sceleris vindictam dicitur Alcmæon graviter furiis agitatus.

Jejunia Phinei] Phineus, rex Arcadiæ, vel, ut alii, Thraciæ, vel, ut alii, Paphlagoniæ, mortua priore conjuge sua Cleopatra, Boreæ et Orithyiæ filia, secundam duxit uxorem Idæam, Dardani filiam, cujus suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcavit. Quapropter et ipse a Diis dicitur excæcatus, Harpyiæque feruntur contra eum missæ, quæ cibos et mensam ejus turpissime fœdarent, adeo ut cibariis per Harpyias ablatis, aut ita fœdatis ut attingi non possent, continuo jejunare cogeretur.

42 *Num rota*] Omnia Inferorum supplicia persequitur. Mentionem autem injecit rotæ propter Ixionem, qui dicitur in Inferis rota versari; ut diximus I. 9. et II. 1.

Num scopuli] Propter Sisyphum, qui dicitur in Inferis etiam saxum ingens continuo volutare; ut etiam dictum est ad II. 17. et 20.

Num sitis] Propter Tantalum in mediis undis sitientem, ut etiam dictum est II. 1. ac 17.

44 *Cerberus*] Fingitur apud Inferos etiam canis, Cerberus nuncupatus, tria habens guttura, seu capita, januam servare, quem ab Hercule catena constrictum ad Superos tractum esse fabulantur.

Tityo jugera novem] Tityus dicitur in Inferis per novem jugera porrectus, vulturibus jecur ipsius continuo exedentibus, torqueri; ut etiam dictum est ad II. 20. 31. et ad Tibulli nostri I. 3. 75. ad hæc verba: 'Porrectusque novem Tityus per jugera terræ Assiduas atro viscere pascit aves.' Quo quidem in loco eadem fere Inferorum supplicia refert Tibullus, quæ hic commemorat Propertius.

An ficta in miseras descendit fabula gentes,
Et timor haud ultra, quam rogus, esse potest.
Exitus hic vitæ superet mihi: vos, quibus arma
Grata magis, Crassi signa referte domum.

de his sermo in homines infelices sparsus sit, et an *metus* Deorum *non possit esse post mortem. Iste mihi vitæ finis restat. Vos* vero, *quibus bella magis placent, Crassi signa Romam reportate.*

Vat. 1.—45 ' *Escend.* legit Broukh. ex emend. tam in vet. quam nova Ed. Quis non moleste ferat pruritum novandi? *Mentes* quoque vult Heins. sed nihil opus.' *Barth. Descend.* defendunt Barth. Burm. Vulp. *Gentis* Neap. Mentel. Voss. Dorv. *Mentes* Exc. Scal. et sic legebat et Markl.—46 *Aut* varii codd. et edd. antiquæ. In Burm. 1. distinguitur, *Et timor, aut ultra q.* Sed in Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 5. aliisque *haud. Ire p.* olim conjecerat Broukh. Sic et voluit Franc.—47 *Superet* Leidd. Voss. 1. 3. Dorvv. Burmm. et priscæ edd. sed in cett. Mss. *superet*, ut in Groning. Voss. 4. a m. sec. aliisque. Hoc fultum ivit Mod. Novant. Ep. 18. sed valde improbavit Gebhardus, at frustra, pronuntiantibus B. B. B.

NOTÆ

45 *An ficta fabula*] Cognoscam, inquit, an fabulosa sint quæcumque de Inferis tradantur.

47 *Exitus hic vitæ*] Sic, inquit, senectutem iis in studiis consumam ac finiam.

48 *Crassi signa*] De Crassi signis dictum est Eleg. præcedenti. De his etiam agit Propert. infra IV. 6. 'Hic referat sero confectum fœdere Perthum: Reddat signa Remi; mox dabit ipse sua.'

ELEGIA VI.

AD LYGDAMUM.

PROPERTIUS.

Dic mihi de nostra, quæ sentis vera, puella:
Sic tibi sint dominæ, Lygdame, demta juga.

O *Lygdame, narra mihi*, quæso, *quæ vera* esse *credis de mea amica* Cynthia;

Ad Lygdamum inscribitur in variis codd. et edd. antiquis. Omnes Scaligeri in hac El. transpositiones probabat Guy.—1 Sic interpungit Barthius; quæ ratio Marklando placuit, ut videtur Burmanno. Sed Broukh. Burm. et

NOTÆ

1 *Dic mihi*] Lygdamum servum alloquitur, petitque ab ipso, ut sibi dicat, quid de Cynthia sentiat, cunctaque referat quæ de ipsa audierat

Num me lætitia tumefactum fallis inani,
Hæc referens, quæ me credere velle putas?
Omnis enim debet sine vano nuntius esse,
Majoremque metu servus habere fidem.
Nunc mihi, siqua tenes, ab origine dicere prima
Incipe: suspensis auribus ista bibam.

ita tibi sit leve servitium heræ tuæ. *Mene vano lactas gaudio inflatum, renuntians ea, quæ existimas me velle credere? Quilibet namque nuntius debet esse fidelis;* debet *etiam famulus* herum *metuens majorem habere fidem. Jam incipe, quæcumque scis, mihi narrare a primis initiis; ea* omnia *attentis auribus excipiam.*

Lachm. *quæ sentis, vera p.* Quod tuetur Burm. Fluctuat Passeratius. *Quid s.* Ask. Corrigend. arbitratur Wassenberg. *nostra quærenti vera p.*—2 *Si tibi* Dorv. 2. *Sim d.* Burm. 1. *Depta* Neap. '*Lenta* quidam intrusit, improb. Passerat. et Livin.' *Barth.* '*Lenta* male alii intruserunt; quod recte damnavit Gebh.' *Burm.*—3 'Passerat. (nescio an ex libro) edidit *N. m. l.* sensu probo et erecto. Id Gebh. non destitit carpere, more illo suo solenni: interim, illud suum *Dum* quomodo sensum absolvat, noluit aperire.' *Broukh.* '*Dum* antiquæ edd. *Num* est a Passerat. haud dubie e libb. et ita allos legere notat Heins. qui tamen Cur emendat. *Num* requiritur ab ipso sensu: præsertim si *Hæc* vs. seq. retineas. Dresd. tamen super litera *H* appositam habet *N*, ut *Nec* legend. videatur, sed sensu contorto.' *Barth.* '*Dum* Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei. *Non* Neap. *Num* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. *Tu* Frut. Pro *tumef.* f. præstiterit *stupef.*' Burm. Sed *tumef.* defendit Kuin. et convenientissimum putat. *Num* rectum esse pronuntiat Lachm. et dant B. B. B. L.—4 Conjecerat Heins. *Hæcne refers. Nec ref.* Borr. et Burm. 1. *Illa refers* Vat. 5.—5 *Vanis esse relator* ex Regg. et altero Colb. edidere B. B. B. L. Idque pro varia lect. etiam invenit Burm. in marg. sui 2. et in Venet. 2. Rheg. ac Volsc. 2. excusum est, et valde probat Broukh. *Sine vano* vel *vanis nuncius esse* vett. codd. et edd. nam sic in Leidd. tribus Voss. Dorvv. Burmm. reliquis, et Ber. Aldd. Junt. Colin. Gryph. Mur. Rouill. Scal. ceterisque, et ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. quod nescit Burmannus cur posthabitum fuerit, et hoc defendit. Hoc distichon spurium esse pronuntiat Lachm. et uncinis includit.—6 *Timens s.* omn. fere codd. et edd. priscæ, et vulgg. etiam Græv. et est ap. Oct. Mirand. In vet. lib. Mureti *metuens*, sed ab alia m. substitutum erat *timens*, unde ipse emendavit *metu. Timens* placuisse Scaligero censet Burm. et secutus est Passeratius, atque in marg. lib. Aldini Perreius *timens* exponebat, reverens. Mureto assensere Guy. Heins. (qui ipse ex conj. sic legend. ed. Aldinæ ascripserat,) B.B.B.L. et quis non? quærit Barthius. Vid. tamen sup. Et Gebhardo non potuit placere. *Metuens* Francio probabatur. *Servus* pro *servus* Neap.—7 *Ducere* malit Burm. Si quis tamen, ait, *dicere* pro, narrare, indicare, præferat, non valde

NOTÆ

et viderat: sed quia servi, ceterique id genus hominum, assentari placendique causa mendacia fingere consueverunt, rogat ut omnia sine fuco aut mendacio ingenue narret.

5 *Sine vano*] Sine mendacio. Docet porro nuntios esse debere veridicos.

8 *Ista bibam*] 'Bibere auribus' pro attentis auribus audire sæpius reperitur apud scriptores, præsertim vero poëtas. Ovid. Trist. III. 5. 'Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.' Horat. Od. II. 13. 'Densum humeris bibit aure vulgus.' Cic. ad Attic. II. 14. 'Fac venias ad sitientes aures.'

Siccine eam incomtis vidisti flere capillis?
Illius ex oculis multa cadebat aqua? 10
Nec speculum strato vidisti, Lygdame, lecto?
Ornabat niveas nullane gemma manus?
Ac mœstam teneris vestem pendere lacertis?
Scriniaque ad lecti clausa jacere pedes?
Tristis erat domus? et tristes sua pensa ministræ 15
Carpebant? medio nebat et ipsa loco?

Itane illam conspexisti inornatis passisque comis lugere? multasne lacrymæ ex ejus oculis fluebant? An nullum in strato illius cubili speculum conspexisti? Nullane margarita manus ejus candidas exornabat? Vidistine etiam tristem illius vestem e mollibus humeris demissam esse negligenter? Vidistine etiam ad lectuli ipsius pedes scrinia jacere clausa? An erat mœsta domus? An mœstæ famulæ pensa trahebant? An ipsa in medio loco filia carpebat? An ædes mœrentesque

refragabor.—8 *Hausta* conjecerat Heins. Vulg. tuetur Burm.—9 *Sicut e.* et sine nota interrog. Palatt. C. Com. (sic dicit Barth. at Burm. dicit in his esse *Sic ut e.*) Bon. Guarn. Dresd. *Sicut e.* etiam in Borr. Ask. Leidd. tribus Voss. Dorvv. et Burmm. cum priscis edd. '*Siccine e.* verisc. lect. a Mureto, ni fallor, reposita. Priores et scripti, ut videtur, omnes *Sicut e.* Neap. aut *Si e.* aut *Si causa inc.* Scis enim ista una tantum litera differre, quæ hic dignosci nequit, *ea, ea.*' Lachm. *Siccine* dant B. B. B. L.—11 'Ambiguam Passeratii explicationem amovebimus, si cum Heins. legamus *N. s. in s. Hæc s.* male in meo 2.' Burm. *Non s.* Franc.—13 '*Ad* Mentel. *At* Groning. Palatt. C. Com. ut legebat Livin. Sed emendand. *An*, ut video etiam conjecisse Dousam F. probante Gebh. In solo Ask. *Agrestem ten.* in qua scriptura latet f. *Ac tristem.* Sed mox sequitur '*Tristis erat domus?*' In Voss. 3. *uiecia*, sed *teneris* superscr. Quæ confusio ex vs. præc. orta est. *Vectam* corrupte Neap.' *Burm.* 'Groning. Mentel. [cf. sup.] *At*; quod præferent quibus accurata oratio placet. Neap. *Acuestam ten.* habet, non *vectam*, ut Burm. notat.' *Lachm. Ac* exhibent B.B.B.—15 *Domus?* Heins. *Domus* tuetur Burm. *Tristis s. p. ministra Carpebat* Ask.—16 'Mihi præplacet haud vana conj. Dousæ P. *foco. Toro* Heins. ad Val. Fl. II. 188. p. 230. In membranis est *loco:* unde suspicor esse errorem memoriæ.' *Broukh.* '*Foco* Broukh. 1. 2. *Toro* vult Heins.'

NOTÆ

11 *Nec speculum*] Significat Poëta indicium fuisse probæ fœminæ, nec fuisse speculum in lecto, nec lectum stratum, et aulæis ornatum. Nam speculum ad formæ commendationem pertinet; lectus vero aulæis purpuraque stratus ad luxuriam.

12 *Gemma manus*] Annulus, aut armillæ.

14 *Scriniaque clausa*] Illud etiam indicium est fœminæ incultæ et inornatæ. Indicat enim nihil unguentorum, nihil pigmentorum, libellorumque amatoriorum curæ fuisse Cynthiæ. Scrinia namque sunt vasa seu arculæ, in quibus servantur libri, chartæ, libelli, epistolæ, unguenta, ac pigmenta. Vide Plin. XIII. 1.

15 *Tristis erat domus*] Testatur Lygdamus Cynthiam mœstam non solum fuisse, sed domum etiam ejus totam tristitia fuisse affectam ob irati Propertii desiderium.

16 *Nebat et ipsa*] Lanificii peritam fuisse Cynthiam jam supra vidimus I. 3. 41. Quod quidem opus semper probis mulieribus convenisse legimus.

Humidaque impressa siccabat lumina lana?
Retulit et querulo jurgia nostra sono?

LYGDAMUS.

Hæc, te teste, mihi promissa est, Lygdame, merces?
Est pœnæ servo rumpere teste fidem.
Ille potest nullo miseram me linquere facto?
Æqualem nulla dicere habere domo?

oculos admota lana tergebat? An *mœsta voce rixas nostras commemoravit? Hocne mihi præmium, te teste, o Lygdame, promissum est? Est pœnæ, teste servo, fidem frangere. Illene* tam durus est, ut *me infelicem nullo* meo *merito deserere sustineat? habere nulla domo* mihi *parem dicere? Lætatur* ille *me deserta*

Barth. '*Loco* reposui, quia sic jubebant omn. membr. et edd. vett. In Dorv. 2. legebatur *toro*, ut affert Heins. ad Val. Fl. et N. Prop. p. 718. emendat. *Colo* in aliis legi scribit L. Lat. in Biblioth. Prof. p. 61. *Foco* præfert Struchtmeyer Anim. Crit. II. 1. p. 93. Sic quoque in ora ed. Ald. olim conjecerat Heins. sed postea delevit. Possis, si consentient codd. *media domo*. Valp. *loco* edidit, et pluribus vindicavit.' *Burm. Loco* prætulit Franc. ut putant Addenda ad fin. ed. Burm. et id dant Barth. Lachm.—17 *Impressa* Mentel. Burm. conjecerat *læna*, cum postea vidit Heinsium ad marg. ed. Gryph. 1573. etiam *læna* vel *palla* emendasse.—18 '*Rettulit*: inepte has consonas gemina-verunt, quibus timor erat ut staret versus.' *Broukh.* Geminat tamen Lachm. —19 'Verba Cynthiæ esse, margini ascripserat Perreius, et sic Beroaldus. Douza P. editioni Rouill. alleverat: 'Verba Cynthiæ cum famulo suo de fide (cujus datæ idem conscius fuerat) Propertii expostulantis.' Nec aliter Livin. qui recte refutat Beroaldum et Canterum præcedd. vs. 15. male ad Lygdamum referentes, quasi illa retulerit Propertio: quod satis refutant 'jurgia nostra' vs. 18. Singula enim inquirentis et rogantis Propertii verba sunt. *Nec te* Regg. Burm. 1. [Dresd.] *Hæc me* Mentel.' *Burm.*—20 *Est pœne sero* Palat. membr. Dresd. Passerat. in aliis libb. legi notat *Impunæ*: unde Guy. *Impune est.* Sed nihil novand. pronuntiat Burm. Hunc vs. per interrogationem legend. putabat Franc.—21 *Illa . . miserum* Guarn. *Illa* Regg. Mentel. Voss. 1. 3. Dorvv. et Burm. 1. a m. sec. *Miserum* Borr. Leidd. Voss. 1. 3. et a m. sec. et Dorvv. *Potestne me* Heins. ad oram ed. Ald. *Facto* Leid. 2. *Pacto* Exc. Scal. et Voss. 3. ut conjecerat Heins. et Broukh. ad marg. ed. Colin. *Facto* tuetur Burm. Si vero, ait, hæc præcedentibus adjuncta, ut cum seqq. connectantur, et verba Propertii continuent, legend. omnino est,

NOTÆ

Hinc Livius Lib. 1. 'Lucretiæ probitatem, quod inventa sit a marito juvenibusque Tarquiniis lanificio intentam inter ancillas lucubrantes, approbat. De qua etiam Ovid. Fast. II. 'Ante torum calathi lanaque mollis erant. Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant.' Auctor etiam Epistolæ ad Demetriadem, quam male quondam S. Hieronymo tribuerunt nonnulli: 'Habeto,' inquit, 'semper lanam in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa vertantur, aliarumque neta, aut globum collige, aut texenda compone.'

19 *Hæc, te teste*] Verba sunt Cynthiæ, quæ ex ejus persona Lygdamus incipit referre.

21 *Ille*] Propertius nimirum potestne me sine mea ulla injuria relin-

Gaudet me vacuo solam tabescere lecto?
Si placet, insultet, Lygdame, morte mea.
Non me moribus illa, sed herbis, improba vicit.
Staminea rhombi ducitur ille rota.

paulatim consumi video in *lectulo*. O *Lygdame*, *si* ipsi *libet*, *mihi mortuæ insultet*. *Scelesta illa obsequiis aut ingenio me non superavit, sed herbis*. *Ille ducitur*

ut in nonnullis codd. et in pr. edd. habetur, *Illa .. miserum .. facto*.' Burm.—22 'Omn. libb. *Equalem*, quod f. fuerit *Et qualem*. Mihi hic spissæ sunt tenebræ: nec puto locum esse sincerum.' *Broukh*. Sensum huj. vs. se intelligere negat editor Cant. neque emend. Scaligeri se capere, sc. *Ac qualem*, quam amplectitur Gött. *Æqualem* Regg. Colbertt. Vat. 5. Borr. Leid. tres Voss. Dorvv. et Burm. 2. Sic ed. Vulp. cett. et id Perreius in marg. ed. Ald. interpretabatur; et Francio non displicebat. *Equalem* Ask. Burm. 1. ut in aliis libb. In cod. Scalig. *nullo modo*: unde Heins. *Æqualem nulla dicet h. d.* vel *nullam domi*. *Domi* in Palatino. Passeratius tentabat *Et qualem nullas dicet h. domos*, vel *nulla domo*, aut denique *Æqualem ducere*. Gebh. *avere*, ut *habere* fuerit scriptum pro more librariis solito. Burm. vult *Aut qualem nulla possit h. domo*, vel *nulla possit amare d.* Dorvill. *Æqualem nulla ducere ab arte domum*. Markl. ad Stat. Sylv. p. 241. hos vss. quos depravatiss. vocat Burm. sic constituebat, *Ille potest uno miseram me l. facto? Rivalem ex illa dicor h. domo?* Kopp. in Obs. Philol. p. 146. *Ille potest nullo miseram me l. facto! Et quali nullam dicere amare modo*. Nodell. Obs. Crit. *Ac, qualem nullus, dicere h. domi*. Suam lect. exponit Kuin. Vult Lachm. *facto, Æqualem nulla cui sit habere domo*: cui non certum videtur quomodo hic l. legi debeat.—23 *Solum* Exc. Scal. Regg. Leid. 2. Voss. 3. 4. Dorv. 2. et pr. edd. *Gaudeat et solum* Ask. 'Sed hæc,' ait Burm. 'Cynthiæ verba esse, quæ Propertio retulit Lygdamus, notaverat Markl. et ante eum monuerat Beroaldus, quod firmari posset ex vs. 35.'—24 *Tua* Aak. ut in aliis legi notat L. Lat. *Mea* Scaliger et Voss. II. Anal. 10. ut 'morte' sit dativo antiquo pro, morti. Hoc valde laudat Barth. ad Claud. p. 1276. Sed non eo opus esse pronuntiat Burm. qui putat *insultet* esse longe efficacius τῷ *exultet* Heinsii.—25 'Inficeti quidem mortales versum ita depravarunt, *Improba non vicit me mor. illa sed h.* Videtur prima mali contages prorupisse ab Avantii confidente audacia; quod colligo ex Epistola Aldi Manutii, præfixa ed. Venetæ 1515. nam anteriores non discedunt a scriptis.' *Broukh*. 'Nam *me* Vat. Posth. Correxerunt quidam, (in his Heins. N. Prop.) cum non singultantis puellæ interpellatam orationem caperent, *Impr. &c.* quo ordine jam legitur in Venet. 1500. Sed Brix. nostrum ordinem servat: unde non potest ab Avantio in Aldd. demum irrepisse.' *Barth*. 'Ille Frut. Sed *illa* a VV. DD. refertur ad pellicem, cui Cynthia hæc exprobrat. *Vincit* Borr. Leid. 2. Voss. 3. His numeris ex genio Prop. artificiose dimensis versum exhibent Perr. v. c. Colot. Vat. 2.

NOTÆ

quere, quam solam sine viro gaudet tabescere, ac tædio macerari, cum ipse sit veneficiis ac incantamentis pellectus ad alterius amorem puellæ?

24 *Si placet, insultet*] Propertii perfidiam incusat, quem putat gavisurum de morte sua.

25 *Non me moribus illa*] Illa, scilicet, pellex, quam nunc sectatur Propertius, non me comitate aut obsequiis superavit, sed veneficiis et incantamentis, ut ipsum ad amorem suum attraheret.

26 *Rhombi ducitur ille rota*] Ille, scilicet, Propertius, turbine quodam magico fascinatur. Rhombus fuit quod-

Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lecta exsectis anguibus ossa, trahunt,

rota staminea rhombi. Ipsum ducunt ranæ rubetæ veneno *intumescentis monstra,*

Neap. Exc. Scal. Mentel. [Dresd.] Palatinus, Livineli codd. Heinsian. aliique, *Non me m. &c. Non me illa m.* Borr. Leidd. Voss. 1. 2. *Non* [cf. sup.] *me muneribus illa, &c.* prave in Groning. et corrupte in C. Com. *Non me muneribus sed herbis:* unde fluctuasse librarios patet. *Impr. non vic. &c.* primum provenisse ab Avantii audacia colligit Broukh. ex Epistola Aldi Manutii ed. Venet. 1515. præfixa, quæ in meo exemplari præmittitur ante Ald. 1. sed desideratur in 2. in qua scribit Aldus se in emendando Prop. illius Avantii opera adjutum fuisse; in anterioribus vero editis eo ordine legi addit, quo nunc exhibetur. Ita certe reperi in Venet. 2. Rheg. Volsc. 2. Sed jam in Ber. 1487. sic extat, ut deinde in Aldd. Colin. Gryph. Rouill. aliisque edd. excusum fuit: quod miror Heinsio placuisse. Recte Passerat. et Broukh. numeros ad singultantis puellæ affectum exprimend. dedita opera a Prop. compositos judicarunt.' *Burm.*—26 *Illa* Ask. Voss. 3. et 4. pro varia lect. Sed *ille* tuetur Burm. qui damnat *rumpi*, quod est in Regg. et pr. edd. *Rumbi* Burmm. *Bombi* Dresd.—27 ' *Protenta* corrupte Voss. 1. Dorv. 2. a m. pr. quod favere posset Heinsio *prosecta* emendanti, qui præterea ad marg. ed. Ald. conjecerat *turg. sanie:* quam conj. elegantem et ingeniosam vocat Broukh. sed vulg. ex Plin. tuetur. *Turbenta* Dorv. 1. unde *tormenta* Markl. *Sanie* approbat Græv. IV. Syll. Ep. p. 296.' *Burm.* qui vulg. defendit; et sic Barthius, sed scuto Broukhusii. Eld. hos vss. sic legit: *Ill. tur. sanie p. rubetæ, et Exusta Æacis ignibus ossa trahunt; Et s. i. per b. recentia p.*—28 *Electa* Palat. 1. *Exectis* Colot. Vat. 1. 2. Leid. 2. Voss. 4. et a m. pr. in 3. Dorv. 1. Burm. 2. *Exsectis* Dresd. *Ex sectis* vetustæ edd. unde *enectis* Heins. aliquando conjecerat. *Et l. ex sectis ang.* Ald. 2. *Ex satis* Mentel. Quod cum *exfectis* et *exfactis* esse in Heinsii codd. monet Barthius. *Exsutis* Exc. Scal. pro *exustis*, censente Burm. *Læta exactis* Borr. *Exactis* etiam Palatt. C. Com. Dorv. 2. Burm. 1. *Exsectis uncis* Regg. *Ex sertis* vel *ex sectis* pro varia lect. in uno Colb. *Exactis* in altero. *Exsectis ang.* cod. Frut. quod rejecit Broukh. et *exsectis ung.* edidit cum Gött. Barth. Burm. Delrius in Disquis. Magic. III. Quæst. 3. affert *e sectis ang.* Si *ung.* (quod a Broukhusio conjiciente oritur) a Mss. firmaretur, mallet Burm. *exsuctis* vel potius *exsuccis ung.* A Broukh. discedit Oud. ad Lucan. VI. 548. qui *exsectis ang.* tuetur, vel *trita* pro *lecta* tentat. *Ang.* est in omn. codd. cum edd. antiquioribus: quod non videtur Barthio immutand. Tentavit Heins. N. Prop. p. 719. et ad Vell. II. 87. *Exsecta e vivis ang. exta*, vel *e fœtis ang. exta*, ut dicit Broukh. sed *ex f. a. e.* monente Barth. Markl. conjecerat *ex atris ignibus.* Sed, ait Burm. si hic intelligenda sint ossa e rogis lecta, vulgatæ *exsectis* vel *ex sectis*, ut in Mss. est, propius accederet, si cum Heins. Ep. ad Græv. T. IV. Syll. Ep. p. 296. legeretur *ex seris ign.* Sed hoc ipse Heins. postea neglexit. Suam lect. defendit Kuin. Reponit Lachm. *Ex structis ign.*—29 ' Groning.

NOTÆ

dam instrumentum magicum, quo striges seu magæ utebantur in veneficiis et incantamentis. Quomodo porro rhombus ex stamine liciisque fieret, ducereturque, superius dictum est.

27 *Illum turgentis ranæ rubetæ*] Propertium pelliciunt, ait Cynthia, veneficia rubetæ ranæ, &c.

Et strigis inventæ per busta jacentia plumæ,
  Cinctaque funesto lanea vitta toro.
Si non vana canunt mea, Lygdame, somnia, testor,
  Pœna erit ante meos sera, sed ampla, pedes.
Putris et in vacuo texetur aranea lecto:
  Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.

et ossa collecta e sectis serpentibus, et strigis inter sepulcra diruta repertæ plumæ, et lanea vitta homini funerato præcincta. O Lygdame, testem te appello, nisi mea insomnia falsa prædicunt, tarda erit, attamen ampla, illius ante pedes meos pœna. Putrida aranea tela fiet in eorum *vidua lectulo; ipsorum noctibus ipsa Venus dor-*

rotantia, quod non placet. Passeratius conj. *latentia*. Felicius nonnihil Palm. *tacentia*, quod non plane rejiciend. videtur; quanquam et in lect. *jac.* sensus est rectus ac commodus.' *Broukh.* *Carentia* Dorv. 2. Conjecerat Heins. *recentia, calentia*, vel *tepentia*. *Recentia* et Franc. conjecerat. *Stygis* Brix.—30 'Versus obscurus et haud dubie corruptus. Præplacet correctio Heinsii Castig. Velleian. *Vinclaque .. toro.*' Broukh. '*Vinclaque .. toro* recep. Broukh. Vulp. Gött. Id. tamen Heinsius, ut sibi parum constabat, malebat etiam *Cinctaque funestæ l. v. pyræ.*' Barth. qui *Cinctaque .. viro* defendit. '*Toro* recte castigavit Heins. pro *viro*, ut antea in Mss. et edd. Id. Heins. *rogo* conjecerat. *Cinctaque* est in Leidd. Vossianis, meo 2. et Dorv. cujus lect. corruptum vestigium est in Dorv. 1. in quo *Cynthiaque*. *Junctaque* Heinsius. *Cinctaque* exhibui, quia sic in majore codd. numero.' *Burm.* *Toro* dant B.B.B. L. qui id recte conjecisse Heinsium pronuntiat, et scribend. jubet *Vinclaque* vel potius *Vinctaque*.—31 'Nihil mutant scripti: tamen Passerat. Gebh. et Schopp. præferunt *cedunt*, frustra. Noster 2. ita exhibet, *canunt mea, L. s.* quod nescio quo modo gratius accidit ad aures.' *Broukh.* *Cedunt* est in Vat. 5. Leid. 2. tribus Voss. Dorv. 1. Burm. 2. quod non facile repudiand. censet Burm. sed id glossema redolere Kuinoel putat. In plerisque codd. habetur hic ordo, *mea s. L.*—32 *Ante ejus* Schopp. Id improbant Heins. Gebh. B.B.B. —33 *Nutrix* Borr. *In vac. putris* Guy. sed sine ulla necessitate, pronun-

NOTÆ

29 *Et strigis inventæ*] Strix avis est nocturna, quam ad magicas artes et ad veneficia idoneam esse scripsit Horatius in Epod. v. cujus plumam adhiberi etiam amatoriis philtris consueviase dicit; quam sententiam sequitur Propertius, cum dicit plumas strigis inter sepulcra repertas adhibuisse veneficam ad amorem concitandum.

30 *Cinctaque funesto toro* [*viro*] Posse hoc intelligi de laqueo hominis strangulati, quem pollere ferunt ad magiam, nonnulli putant; sed lanearum vittarum in sepulcris maxime usum, lanæque in omnibus sacris auctoritatem apud veteres plura probant scriptorum monumenta, unde non mirum est si etiam in veneficiis adhiberetur. Virg. Ecl. VIII. 'Et molli cinge hæc altaria vitta.' Idem Ge. III. 'Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.' Varro Lib. VI. de L. L. 'Cum ad sepulcrum ferunt frondes ac flores, addunt item lanas.' Funestus porro vir dicitur funeratus seu sepultus, cujus sepulcro adhibita fuerat lana, seu vitta lanea.

32 *Pœna erit ante pedes*] In promtu et in potestate mea.

33 *Putris et in vacuo texetur aranea lecto*] Vaticinatur Cynthia fore ut lectus, in quo jacere solebat Poëta

PROPERTIUS.

Quæ tibi si veris animis est questa puella,
  Hac eadem rursus, Lygdame, curre via;
Et mea cum multis lacrymis mandata reporta,
  Iram, non fraudes, esse in amore meo.
Me quoque consimili impositum torquerier igni;
  Jurabo et bis sex integer esse dies.
Quod mihi si tanto felix concordia bello
  Extiterit, per me, Lygdame, liber eris.

miet. Si vere nec simulata mente hæc omnia apud te conquesta est amica Cynthia, o *Lygdame, eandem cito viam*, qua venisti, *revertere*, ipsique *refer mea verba tibi commissa cum lacrymis: esse* nimirum *in amore meo iram, non* vero *dolum, aut perfidiam. Me etiam pari doloris amorisque ardore cruciari jurabo*, meque *per duodecim dies fuisse castum. Quod si mihi* per te *post tam magnam inimicitiam reconciliata fuerit gratia, paxque evenerit*, o *Lygdame, per me liber eris.*

tiante Burm.—34 *Dormiat* Grouing. Dorv. 2. Burm. 1. *Derimat* Palat. 1. *Illa V.* Regg. Colbertt.—36 *Hæc e.* Vat. 1. Ask. *Hue* conjecerat Heins. *Viam* Neap.—39 *Te* Borr. *Cum sim.* Grouing. Burm. 2. Brix. *Consuli* Neap. quod contractum censet Burm. ex *consim.* ut in plerisque codd. *Consim. testum t. i.* Heins. *Impos.* non videtur Burmanno solicitand. *Terrerier* Palm. Franc. Recte vulg. tueri Passeratium pronuntiat Burm. 'J. H. Voss. ad Tibull. 1. 5. 81. *torq. igni* bene tuetur, male autem *imposito igni* legend. conjectat.' *Lachm.*—40 *Jurato* Heins. quod cod. suo ascripserat Markl. *Jurabo bis sex* Neap. Borr. Guarn. Leidd. tres Voss. Ask. Dorvv. Burmm. *Jurabor bis sex* Brix. Putat Lachm. Prop. scripsisse *Jurabo hos bis s.*—41 Neap. Q. *nisi et tan.* Inde Lachm. conj. Q. *mihi si e tan.*—42 'Sic distinguitur in plerisque codd. et edd. Markl. legebat *Extiterit per te:* ut et ipse olim conjeceram. Sed nunc præfero *per me liber eris.*' Burm.

NOTÆ

cum pellice, telis aranearum situque sit obsitus; quia nimirum illam pellicem penitus desertam relinquet, ad suamque Cynthiam redibit.

35 *Quæ tibi si veris*] Postquam Lygdamus querelas retulit Cynthiæ, nunc loquitur Propertius, jubetque Lygdamum ad Cynthiam suam mandata referre, se scilicet non propter fraudes, aut perfidiam, sed propter quasdam irarum causas eam reliquisse: significatque se Lygdamo internuntio Cynthiæ reconciliari perquam velle, cui, si id præstiterit, manumissionem pollicetur.

ELEGIA VII.

DE MORTE PÆTI OB AVARITIAM.

Ergo solicitæ tu causa, pecunia, vitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes;
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Pætum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis insano terque quaterque mari.

Igitur, o pecunia, anxiæ vitæ tu causa existis: propter te præmaturum funeris viam terimus. Tu vitiis mortalium sæva ministras alimenta; curarum semina de tuo fonte nata. Pætum ad Pharios portus navigantem submergis septies vesanis

De morte Peti, et mala avariciæ inscribitur in Venet. 2. h. e. *avaritiæ*, ut in Rheg. et Volsci; vel, ut in meo 2. *De morte Peti et malo avaritiæ*. In Regg. et Colbertt. *De morte Pæti, et malis avaritiæ*. Ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. fol. 184. *De morte Pæti: et avaritiæ mala*. In Aldd. *De morte Peti ob avaritiam*. In Ber. simpliciter *De morte Peti*. In meo 1. *Quæritur Peti mortem:* ut in Borr. nisi quod *Poetæ* pro *Pæti*, supinitate librarii. Plurima vero huj. Carm. valde inversa et transposita in Mss. et antiquis edd. leguntur. Unde suam operam in plurimis huj. El. valde turbatæ ac confusæ versibus alio ordine digerendis jam contulit Canter. v. Novar. Lect. 30. Scaliger ita transposuit, ut nunc legitur, probante Guyeto. Sed editor Elect. Etonens. Major. p. 151. et seqq. antiquiores edd. secutus est. In Notis tamen nonnulla aliter transponere conatur. Hæc Burm. Transpositionem improbant Barth. et Lachm. sed sequitur Broukh. Hanc El. Anthologiæ suæ inseruit J. Vorstius, sed ordine Scaligerano. Ceterum versus a Scaligero ita ponuntur: 1—8. 55—66. 17—20. 9—16. 67—70. 25—34. 37. 38. 35. 36. 21—24. 39—42. 53. 54. 47—52. 43—46. 71. 72.—1 'Sic Regg. Colbertt. Borr. Groning. et pr. edd. *Ergone* Heinsian. Leid. 1. aliique, et vitiosæ edd. *Ergo* recte vindicatur a Broukh.' *Burm.* '*Ergone* in sua ed. expressit Dousa F. contra morem sæculi Augustei, sec. Broukh. Ovidius tamen Ep. Œnon. 59. 'Votis ergo meis.'' *Barth. Tuac.* Burm. 2. *Es* abest a Neap.—2 *Enaturum* Dorv. 1. *Immaturæ* affert Lips. ad Sen. III. de Ira, 32. quod a nullo cod. aut vetusta ed. confirmatur.—3 *Mortalia* Dorv. 2. '*Misces* pro *præb.* in aliis legi testatur L. Lat. Quod si probum esset, *pocula misces* alii f. substituerent. Sed sana mutare nihil opus est.' *Burm.* Hos quatuor priores vss. ut hic leguntur, affert Alb. Eyb in Margar.'Poët. cap. 13. codd. Mss. usus.—4 '*Semine* Brix. quod equidem pro vitio typogr. habebam: sed ita quoque Rheg. nullo tamen sensu.' *Barth.* Et sic editor Elect. Etonens.—5 *T. P. Carpathios*

NOTÆ

1 *Ergo solicitæ*] Mortalium avaritiam, pecuniæque cupiditatem insectatur, cujus causa Pætus naufragio perierat.

3 *Tu vitiis hominum*] Hominum vitia nutris et auges.

4 *Semina curarum*] Causæ nimirum et initia curarum, malorumque fere omnium, ex avaritia nimiaque habendæ pecuniæ cupiditate proveniunt. Unde etiam Ovid. Metam. Lib. 1. vocat opes 'irritamenta malorum.'

5 *Tu Pætum*] Quis fuerit ille Pætus, ignoratur; nisi forsan sit ille

Nam, dum te sequitur, primo miser excidit ævo,
  Et nova longinquis piscibus esca natat.
Et mater non justa piæ dare debita terræ,
  Nec pote cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volucres astant super ossa marinæ:
  Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ,
  Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina?
  Portabat sanctos alveus ille viros.

fluctibus oppressum. Dum enim ipse *te captare cupit, infelix in prima juventute perit, recensque piscibus fluctuat cibus.* Ipsius *etiam mater non potuit exequias humo debitas persolvere, nec* ipsum *in sepulcro gentilitio inter propinquos sepelire. Jam vero aves marinæ in ossibus tuis considunt, jam habes pro sepulcro totum æquor Carpathium.* O *infauste Aquilo, terror abreptæ Orithyiæ, quænam tam magna præda ex illo tibi contigit? Vel cur* tu, *o Neptune, quassata rate lætaris? Puros innocentesque homines vehebat ista navis.* O *Pæte, cur numeras annos tuos? cur a*

Guarn. e vs. 12. ut putat Barth. qui monet *Petus* in Brix. et pancis aliis semper scribi per *e*.—7 *Occidit* Livin. Damnant Barth. Burm. In ed. Volsci legitur.—9 *At* Groning. et sic Gny. et Heins. nec aliter in ora lib. sui Markl. 'Hoc,' ait Lachm. 'ordo Scalig. necessario requirit; si libb. scriptos sequimur, utraque particula recte habet.' Damnat Burm. *busta*, quod ap. Mentel. *Terræ* majore litera scribend. notaverat Markl. Sed hoc minus placebat Santenio.—10 *Ut pote* Borr. Burm. 1. *Nec potes ignotos* C. Com.—11 *Sua* et vs. seq. *sibi* Grut. VII. Suspic. 5. legebat, vel admittend. hic esse Scaligeri trajectionem versuum censebat. *Adsunt* Dresd. Sed præstare longissime *astant* pronuntiat Barth. et tuetur Kuin.—12 *Mare est* Guarn. Neap. tres Voss. Dorvv. Burm. 2. et cod. Scal. Quod addend. statuit Lachm.—13 *Memor O.* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. Damnat Broukh. *Immemor* placebat Heinsio.—15 *Quinam* Dorv. 1. unde *quianam* Markl. An Propertio id conveniat, vehementer dubitat Burm. 'Aliud suadent præcedd. Consentaneum est ut

NOTÆ

Arrius Pætus, de quo extat Catulli Epig. LXXXIV. quod incipit, 'Chommoda dicebat,' &c. Nam in Orientem eum navigasse, et in Ionio mari periisse, scribit ibidem Catullus.

Ad Pharios portus] Pharon insulam Ægypti, Alexandriæ vicinam, significat. Ponte quondam juncta fuit Alexandriæ a Julio Cæsare, qui illam lib. III. de Bell. Civ. describit. Vide etiam Hist. de bello Alexandrino.

12 *Carpathium mare*] Pro sepulcro, inquit, totum habes Carpathium mare; quod quidem ita dicitur ab insula Carpatho, inter Rhodum et Cretam in mari Mediterraneo sita; unde pelagus ad Ægyptum vergens dictum est Carpathium.

13 *Aquilo, raptæ timor Orithyiæ*] Aquilo ventus est a Septemtrione spirans, quem incusat tanquam Pæti naufragii auctorem. Aquilo porro dicitur 'timor Orithyiæ,' quia nimirum Aquilo, qui et Boreas dicitur, Orithyiam Erichthei, seu Erichthonii, Athenarum regis, filiam rapuit, in Thraciamque abduxit, ex qua Zeten et Calain genuit: ut jam diximus supra.

16 *Alveus*] Navis, quomodo dixit

Pæte, quid ætatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi est? non habet unda Deos.
Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt. 20
Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
Qua natat Argynni pœna minantis aquæ.

te naufrago tam sæpe dulcis parens appellatur? mare non habet Deos. Cuncta namque vincula a te ad scopulos connexa per tempestatem noctu sævientem ruptis rudentibus excidunt. Littora sunt quæ testantur Agamemnonios amores, quæ reddit infamia mors quam unda irata intulit Arginno. Isto quidem *adolescente adempto*

sequatur, *Aut quid tam f.*' Lachm.—17 '*Narras* Dorv. 2. quod favet Schradero, cui *memoras* corrigend. videbatur Emend. cap. 8. propter vs. 59.' Burm. —18 Quærit Burm. an f. castigand. *non pavet*. *Est* nescit Franc. 1. minus recte, pronuntiante Broukh.—19 '*Rigata, Ægæa, Eubœa, agitata*, Heins. N. Prop. et Advers. p. 88. Elige utrum malis. Ego talium non sum amans lautitiarum.' *Barth*. Vulg. tuetur Burm. *Jam* reponit Lachm.—20 *De trite* Burm. 2. aliique codd. et edd. antiquæ. *De tristi* Borr. Burm. 1.—21 Heins. nonnulla deesse putat. Livineius distichon hoc et seq. post vs. 38. legend. pronuntiat.—22 ' Parr. Comment. in Claud. II. Rapt. Proserp. 136. legit *Qua notat A. p. natantis aquas*. Melior videtur ac verior restitutio Scaligeri, *Quæ notat Argyni p. nat. aquæ:* etsi non ignoro accessisse Parrhasio P. Leopardum, hominem profundæ eruditionis.' *Broukh*. '*Qua notat argiani* Guarn. *Argivi* Palat. cod. *Argivum* Dresd. *Argivis* C. Com. *Argivum, Argini, Argyni, argenni* etiam ludibria edd. *P. minantis aquæ* codd. Palat. Bon. Dresd. edd. Brix. Venet. [In p. XLVI. dicit: '*Qua notat—aquæ* quat. antiquiss. edd. R. B. V. et Bon.' Denotat edd. Rheg. Brix. Venet. et Bononiensem s. Ber.] Aldd. Colin. Parrhasii lect. exhibet Cant. e Ferrarii libro maxime. [Hic liber habet illam lect.]' *Barth*. '*Qua not.* Borr. Leid. 1. duo Voss. Dorvv. et mei. *Qua not. Agicum p. minantis aquæ* Regg. Colbertt. Mentel. *Qua nat. Arginni* Ask. *Nat. Arginii* ap. alios haberi testatur L. Lat. *Nat.* etiam Vat. 5. Dorv. 2. *Minantis* Leidd. Voss. 4. mens uterque, et Dorvv. *Natantis aquas* Colot. Vat. 1. *Minantis aquas* correxerat Frut. *Arginni* Perr. v. c. Leid. 1. *Argynni* 2. *Agynni* Neap. *Argymni* Vat. 5. *Quæ nota Argivis* Groning. *Argivi* meus 1. *Qua not. Argivum p. minantis aquæ* priscæ edd. *Quæ not.* Passeratius, vel *Quas.*

NOTÆ

Virg. 'Simul accipit alveo Ingentem Æneam.' Ovid. Fast. III. 'Assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus Vertitur, et canas alveus haurit aquas.'

17 *Pæte, quid ætatem numeras*] Quid quereris parum te vixisse, et quod 'primo miser excidis ævo?' ut supra dixit.

18 *Non habet unda Deos*] Dii namque natura sunt boni, benefici, hominumque vota exaudiunt; sed ita sæva est ac barbara tempestas, ita surdi sunt venti, ut ab iis minime piorum preces audiantur. Deinde graviter irati sæpius negant esse Deos; ut I. 6. 8. 'Et queritur nullos esse relicta Deos.'

21 *Agamemnonias testantia littora curas*] Amnis Cephisi ripas intelligit, in quo puer Argynnus, seu Arginnus, ab Agamemnone, Mycenarum Argivorumque rege, multum adamatus periit; quo quidem in loco sepelivit juvenem Agamemnon, templumque Veneris Argynnidos construxit.

22 *Qua natat* [*Quæ notat*] *Argynni*

Hoc juvene amisso, classem non solvit Atrides;
Pro qua mactata est Iphigenia mora.
Reddite corpus humo; positaque in gurgite vita,
Pætum sponte tua, vilis arena, tegas;
Ut, quoties Pæti transibit nauta sepulcrum,
Dicat: Et audaci tu timor esse potes.

ac mortuo, classem Atrides vela dare noluit; ob quam cunctationem immolata est Iphigenia. Corpus terra tegite, cumque Pætus in mari vitam amiserit, o objecta arena, sponte tua ipsum contegas: ac quotiescunque navita transibit juxta tumulum Pæti dicat: Tu quoque, o Pæte, audaci potes esse metus causa. Ite, o naves cur-

---

Scribend. *Argynni*, non *Argyni*, ut in ed. Broukh. Parrhasii sententia in Quæsitis Ep. p. 211. Cantero et Heinsio probata fuit. *Nat.* f. propria notione posset intelligi, non autem cum Passeratio *Qua nat. Arg. p. minantis aquæ*, ut *nat.* ponatur pro, mortuus aquis fluitat. Sed aliter viri eruditi manus, qui in marg. ed. Scal. annotaverat: 'Lege *Quæ not. A. pœna, minantis aquæ:* ut sit ordo: Sunt littora min. a. i. e. Maris Ægæi, testantia curas s. amores Agamemnonis, quæ littora notat s. infamat pœna pueri Arg. ad ea littora naufragio ejecti. 'Pœnam' pro naufragio dixit.'' *Burm.* Ex sua lect. reliquæ ortæ videntur Kuinoeli. '*Quæ not. Argynni p. natantis aqua* Scaligeri codex. .... Repone *Quæ not. A. pœna, minacis aquæ.*' Lachm. *Quæ not. Argyni p. natantis aqua* dant B. B. B. nisi quod *Argynni* Burm.—23 Reponit Lachm. *Hic.*—25 Distichon hoc et tria seqq. Livineius subjicienda putat versui 16. Kuinoel hunc et tres seqq. vss. eid. vs. subjiciendos putat. *P. in g. v.* omn. codd. et edd. nisi quod in Neap. *posita est in g. v.* Sed amplectitur Burmannus emend. Markiandi ad Stat. II. Sylv. 4. p. 211. *positumque in margine ripæ.* Hanc emend. probavit quoque Jacobs. in Animadv. ad Anthol. Gr. T. II. P. II. p. 15. ac Kuinoel sibi eam ita vehementer arridere affirmat, ut in ordinem eam recepisset, si ullius cod. auctoritate confirmaretur.—26 '*Mollis* Markl. Sed vulg. non solicitare præstiterit, nisi quod in textu recipiend. exigente sensu, existimaverim *P. s. sua v. a. tegat*, ut legebat Guy. eoque non inspecto ita conjecerat Sant.' *Burm.* Sic habet Palat. 1. Hos vss. ita refingit Lachmannus: *R. c. humo positumque in gurgite, venti, Pætum: sp. tua, v. arena, tegas.*—27 *Et* scripti et edd. antiquæ. *Ut* emendatum a Dousa; quod probant Livin. Burm. et exhibent B. B. B. Nec se rejicere dixit Lachm. qui tamen *Et* edidit.—28 *Dicet* Livin. quod damnat

NOTÆ

pœna minantis aquæ] Oras, inquit, amnis Cephisi infames reddit pœna quam aqua sæva et irata inflixit Argynno; qui, nempe, fuit in aqua Cephisi fluvii Bœotiæ summersus.

23 *Atrides*] Atrides dictus est Agamemnon ab Atreo patruo, a quo ipse Agamemnon Menelausque frater educati sunt, locoque filiorum habiti, postquam ipsorum pater Plisthenes eos, juvenis moriens, Atreo fratri commendasset.

24 *Iphigenia*] Agamemnonis et Clytæmnestræ filia, quam fabulantur immolatam fuisse ad placandos ventos Deosque maris, antequam ex Aulidis portu classis Græcorum ad expugnandam Trojam solveret.

Ite, rates curvas et leti texite causas:
Ista per humanas mors venit acta manus. 30

vatæ, mortisque occasiones quærite: talis quidem *mors*, quæ naufragio accidit, *per*

Burm.—29 'Nihil certius hac correctione Passeratii, quam eleganter asseruit Gronov. II. Obs. 9. Scaligeri est *causam*; nam omn. libb. *causas* habent: neque causa leti est letum ipsum.' *Broukh.* '*Curvæ et l. contexite* Venet. *Ite, r. curvas, leti contexite causas* Boschus: quod et Heinsio in mentem veniebat, nisi quod *causam* legebat. *Causas* quoque Ed. pr.' *Barth.* '*Ite r. curvæ et leti texite causas* ex Farnesiano et Ursini codice Lipsius II. Antiq. Lect. 10. quod Gebhardo valde probatum fuit: et Lipsio favent [Palatt.] Leid. 2. tres Voss. Dorvv. et mei, nisi quod *contexite* in Leid. 2. Voss. 3. 4. meoque 1. ut in Borr. *Curvæ et leti quoque texite causas* in Regg. et Colbertt. ut in vetustis edd. et ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. fol. 184. *Ite r. curvæ ite et leti texite causas* Mentel. *Curvæ et leti contexite curas* Ask. *Detexite* Vat. 5. *terite* Neap Corrupte Groning. *Ite r. curvæ et letius texite causas.* Scaliger ex v. c. prætulit, [*curvæ*] *et leti texite causam.* Heinsius I. Advers. 9. p. 88. et N. Prop. p. 720. *Ite, r. curvas, leti contexite causam:* quod recipiend. videtur. *Causam* etiam correxerat Marklandus. Livineio in Notis p. 124. placebat Boschi, amici sui, emendatio, *Ite, r. curvas, leti contexite causas:* cujus Boschi emendationem suam fecisse Heinsium affirmat Schraderus Emend. cap. 5. 88. quod miror, quia nimis perspectum viro in his exercitatissimo est fœcundum Heinsii ingenium, quam ut alienas emendationes suas facere opus habuerit; quem de Boscho illo ne cogitasse quidem certus sum, neque Boschum aliquem, Livineio ætate parem, novisse. Quis enim iste Boschus fuerit, mallem Vir Cl. indicasset. Non dubito operarios, notas Livineii describentes, ead. oscitantia errasse in hoc nomine, qua in iisd. Livineii Notis p. 61. *Panselin* editur pro *Parrhasio:* Livineium vero ipsum scripsisse: 'Sic legit Bochius noster.' Joannes nempe Bochius, eo tempore, quo vivebat Livineius, Senatui Antverpiensi a secretis, qui elegantissimis versibus Heroicis Psalmos Davidicos vertit atque erudito Commentario illustravit, aliisque scriptis, poëmatibus præsertim, inter insignia illius sæculi ingenia locum non minimum obtinuit: quem Bochium eruditionis et multæ lectionis nomine etiam laudat Livineius ad Paneg. Vet. p. 316. Eund. vero Heinsium aliquando maluisse *Ite, r. curvæ, leti contexite causam,* patet ex Grævii Epistola T. IV. Syllog. p. 538. qui illud utraque manu se amplecti scribit. Egregie etiam de h. l. egit Gronov. II. Obs. qui Passeratii emendationem, Guyeto quoque probatam, vindicavit: et Gronovio assentitur Grævius in Lect. Hesiod. cap. 17. neque enim rates ipsas alloquitur: ut patet ex vs. seq. *Ista per humanas mors venit acta manus:* vel *aucta,* ut conjecerat Heins. ad marg. ed. Ald. propter sequentia, ni fallor, 'fatis adjecimus undas.' Sed *aucta* et *auximus* cumulari nollem. Absurdo judicio Gebhardus hic legebat *Ista per humanos* [*humanos* dant Palat. membr. Dresd. habet *humana.*] *mors venit acta manu:* ut *humanos* pro hominibus dicat ἀρχαϊκῶς. Id. in Notis p. 241. *mors venit aucta* etiam conjecit, vel *acta* interpretatur, lacessita.' *Burm. Curvas* probat Lachm. et Kuinoelis lect. dant B. B. B. L.—31 'Ita omnes omnium libb. unde suspicari

NOTÆ

29 *Ite, rates curvas* [*curvæ*] Naves execratur; quas industria humana excogitavit, ut novum mortis genus seu gradus prioribus fatis adderetur. Ut etiam ait Lucan. 'Fatisque per illam Accessit mors una ratem.'

Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas:
  Naturæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
  Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
Ventorum est quodcumque paras: haud ulla carina
  Consenuit: fallit portus et ipse fidem.
Fortuna insidias pontum substravit avaris.
  Ut tibi succedat, vix semel esse potest.

artes hominum accelerata advenit. Quasi *tellus non sufficeret* ad mortem accelerandam, *mare etiam adjunximus: infelices vias* plures *aperuimus fortunæ ac fatis.* Putasne ut *anchora te a morte servet, quem Penates non retinuere? quid promeritum* fuisse *dicas* illum, *qui sua patria contentus non est? Quicquid* navigio *paras, ad ventos pertinet: nulla unquam navis senio confecta quievit. Portus etiam ipse nullam sæpius habet securitatem. Natura struens insidias avaris,* iis *æquor substravit. Vix* autem *semel potest accidere, ut tibi prospere succedat* navigatio.

licet τὸ *terris*, quod primum in Aldina apparuit, profluxisse ex Avantii officina. Posset tamen non inepte defendi, si per membranas liceret.' *Broukh.* '*Fatis* restituit e lib. suo Scalig. et sic Vat. Posth. Palat. membr. cum cod. habeat *satis* levi aberratione. *Terris* Dresd.' *Barth.* '*Fatis* plerique Mss. et pr. edd. ut in aliis legi etiam notat L. Lat. An f. distinguend. *T. p. fuerat fatis: adj. u.* sed *terris adj. u.* in Voss. 3. Aldd. Junt. Colln. Gryph. aliisque: idque aliqua specie astrui posset loco Tibulli I. 3. 37. et seqq. Illud vero *terris* frigidum, et ex Italorum caminis profluxisse censet Gebh. ['Est apertum glosema: Burmanni vero distinctio quoque sententiam frigidam parit.' *Kuin.*] Magis tamen friget ejus amici, quam memorat, conjectura, *fatuis adj. u.* de qua dubitare licet, an ex cerebro sano proveuerit. Recepi lect. a Mss. confirmatam, ut interpungendum, ejecta voce insititia *terris*, jam monuit Lipsius II. Ant. Lect. 10. Et ita distinguend. notat Delrius ad Sen. Med. 338.' *Burm.* cujus interpunctionem exhibet Lachm. nullam tamen de Burmanno mentionem faciens.—32 'Noli ambigere quin hic fuerit scriptum *Nat.* Fuit cum *seras* mallem quam *miseras*, sed reprimit me auctoritas Ciceronis, '*fragilitatem communis naturæ*' appellantis has ipsas '*miseras naturæ vias*,' pro M. Cl. Marcello cap. 7.' *Broukh.* '*Nat.* sincera lect. est: licet in plerisque codd. habeatur *Fortunæ*, et in vetustiss. edd. ut ap. Oct. Mirand. Neque *Ærumnæ*, ut conjecerat Heinsius, probare possum. *Nat.* præferebat et Markl.' *Burm.* Defendit et exhibet *Fortunæ* h. l. et *Natura* vs. 37. Lachmannus. Quam lect. exhibet Kuin. hic et in vs. 37. eam dant B. B. B.—33 Livineius huc transferri jubet vss. 17—20.—34 *Quoi sua* Groning. Leid. 1.—35 *Ventosum* Heins. *Ventorum* tuetur Burm.—36 *Fottis..fides* cod. Palat.—37 'Jam puto liquido patet has voces [*Natura* et *Fortuna*] fuisse sedibus suis motas et stolide trajectas. *Insidias* est in Groning. non *insidians:* Modio pridem monitum Novant. Ep. 18. neque aliter Palat. membr. et Ber. Quam elegantem lect. omnino amplecti debemus.' *Broukh.* '*Nat. insidias* Venet. 1500. *N. insidians* Brix. Aldd. cett. cum Dresd. *Lustravit* Vat.' *Barth.* '*Nat.* in variis Mss. et edd. priscis. Sed recte notavit Markl. id falsum esse.

NOTÆ

32 *Naturæ* [*Fortunæ*] *vias*] Qui navigare nos docuerunt, novas fortunæ vires viasque invenerunt ad mortales agitandos, quoniam maxime navigantibus fortuna dominatur.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
  Naufraga cum vasto Græcia tracta salo est.
Palantum socium jacturam flevit Ulysses,
  In mare cui soliti non valuere doli.
Quod si contentus patrio bove verteret agros,
  Verbaque duxisset pondus habere mea;
Viveret ante suos dulcis conviva penates,
  Pauper, at in terra, nil ubi flere potest.

Cautes Capharææ victrices naves perdiderunt, Græciaque naufragium passa mari immenso dissipata est. Amissionem sensim sociorum luxit Ulysses, cui adversus undarum injurias nihil solitæ potuerunt artes. Quod si Pætus suo paterno bove contentus agros coluisset, meaque monita existimasset fide digna, nunc adhuc vitam suavis convivæ ante focum suum duceret; pauper quidem esset, sed in ea regione, in qua nihil timere aut lugere posset. Non potuit tunc Pætus fragorem tempesta-

Male *insidiens* Leid. 1. tres Voss. Dorvv. meus 2. et antiquæ edd. Sed *insidias* Markl. ad Stat. Sylv. p. 147. idque Gebh. notat firmari a cod. Palat. ex quo *portum* affert pro *pont.*' Burm.—38 Conj. Heins. *isse potes*, vel *Ut t. subsidat, aut s. e. potest.*—39 *Capharia* vult Heins.—40 *Trita salo* Burm. 1. *Trita solo est* Borr. *Tracta solo est* Dresd. Leid. Voss. 1. *Tracta salo est* vetustæ edd. *Tacta* damnat Burm. quod in Gryph. *Strata* conjecerat Heins. ad oram ed. Ald. *Tracta* tuetur Burm. qui posse etiam legi *rapta* pronuntiat.—41 Heins. *Pellax et s.* Burmannus præferendam putat alteram ejus conjecturam, quam ora ed. Ald. ascripserat, *Palantum s.* cui favere putat Burmannus scripturam Vossiani, *Et plautim. Paulatim s.* est vulg. lect. *Jactura* est in Heinsian. et cod. Palat. *Flebat* Regg. Colbertt. Mentel. et priscæ edd. Aliqui libb. habent *Ulixes*, quod priscam et probam esse lect. pronuntiant B. B. qui tamen edidit *Ulyxes*. *Ulixes* cum Broukh. dant Burm. Lachm. *Achilles* in aliis legi notat L. Lat. quod absurdum esse affirmat Burm.—42 'Ita verissime Lips. [in Ant. Lect. II. 10. Sic quoque Passerat. Guy. Heins. ad Ov. III. F.

NOTÆ

39 *Saxa Capharea*] Caphareus mons est ac promontorium insulæ Eubœæ, ad Hellespontum spectans, ubi mare est impetuosum, ac nautis formidabile propter scopulorum frequentiam crebrosque undarum reciprocantium vortices. Ibidem Nauplius, Eubœæ rex, mortem filii Palamedis, Ulyssis dolo interemti, ultus est. Cum enim Græci, Troja diruta, redirent victores, tempestateque jactarentur, hoc animadvertens Nauplius facem in montis Capharei vertice posuit, ut Græcis locus fidem portus habere videretur; quo cum venissent Græci cum tota sua classe inter cautes Caphareas naufragium fecerunt, plurimique perierunt, ut hoc disticho significat Propertius.

41 *Socium jacturam flevit Ulysses*] Ulysses, mortalium vaferrimus et callidissimus, pericula maris, quibus navigantes obnoxii sunt, effugere non potuit, cum adversus undas doli prodesse non valeant. Flevit igitur Ulysses socios gradatim ac sensim modo naufragiis, modo periculis aliis amissos: alii namque apud Cyclopem, et ob Solis boves, alii apud Læstrygonas, alii apud Circen ac Lotophagos perierunt. 'Socium' autem posuit pro Sociorum, ut Virg. *Æn.* Lib. v. 'Oblitus decorisque sui sociumque salutis.'

Non tulit hic Pætus stridorem audire procellæ,
Nec duro teneras lædere fune manus:
Sed thyiæ thalamo, aut Oriciæ terebinthi,
Effultum pluma versicolore caput. 50

tis audire, manusque molles aspero rudente corrumpere: at lecto ex Thyæ ligno, vel Oricia terebintho confecto, caput reclinatum in pluma varii coloris habere voluit.

746. B. B. B.] et ante eum Italus in vetere lib. Passeratii. [Ita in vett. libb. Passeratium invenisse dicit Barth.] Ceteri corrupte *soli.*' Lachm. *Solum* Vat. 5. ut legebant Frut. et Mur. *Soli* antiquiores edd. *Cum soli* Groning.—48 *Patrios* Heins. Non improbat Burm. at, Si quis vero, ait, receptam malit lect. *cont. patrio b.* jungenda sunt. Reponit Lachm. *O si:* ne hic unus l. Scaligero justam f. transponendi causam præbuisse videatur.—46 ' Regg. Colbertt. *at interea nil nisi;* [et sic Dresd. cum pr. edd. inter quas Brix.] *at* retinend. videtur.' *Broukh.* ' *At interea* Palat. 1. *In terea* 2. *Potes* Dresd. *Barth.* ' Recte *at in terra, n. ubi* emendatum fuit. In Aldd. aliisque *et. At* in plurimis codd. *At in t. nil nisi* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. *Et in t. nil ubi flere opus est* Markl.' *Burm.* Jacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Vol. II. P. I. p. 412. *nil ubi turbo potest.* Lachm. reponit *at in t. nil ubi flere potis.* Kuinoelis lect. dant B. B. B.—47 ' *Hunc* Vat. Guarn. *Hæc Pethus* Palat. *Huc* emend. Livin. *Huic pectus* Scalig. quod Broukh. in context. admisit, ne admonito quidem lectore: f. quia Dousa probaverat.' *Barth.* ' *Huic pectus* restituit Scaliger, rejiciente Gebh. *Hic Petus* in plerisque edd. vetustioribus. *Non tulit hunc* Borr. Neap. cod. Scal. Heinsian. Leid. 2. tres Voss. Dorvv. et meus 2. *Pætus* Leidd. Voss. 3. 4. *Non tulerit Pætus* conjecerat Heins. ad marg. ed. Ald. sed in Notis præfert *Non tulit hic Pætus.* Scaliger autem hæc verba ad Ulyssem retulit, quod improbabat Dorvillius, hæc animadvertens: ' Non video quare hæc ad Ulyssem referat Scaliger. An possunt laborioso Ulyssi *teneræ manus* tribui? Porro reor duos versus sequentes ex alia El. huc irrepsisse.' Marklandus etiam suo cod. ascripserat, ' nullam constructionem nec sensum his versibus inesse.' Sed in tota El. versus misere turbati et transpositi sunt tam in Mss. quam edd. antiquis, adeo ut mirum non sit, sensum sæpe non nisi difficili opera erui posse.' *Burm.* ' Præstat quod in Neap. legitur (nam Burm. de hoc fallit) et in Palatt. *hæc Pætus.*' Lachm. ' Ast legend. suspicatus erat *Non fuit huic melius .... Nec duro, &c.* Prætulit tamen postea conjecturam, quam Jacobs. cum eo communicaverat, *Non fuit huic pectus, &c. Nec duro, &c.* Sed *tulit* retinend. duxi.' *Kuin. Huic pectus* dat Burm. *Hic Pætus* Barth.—48 ' Post h. vs. neque in Vat. neque Posth. Guarn. et Dresd. spatium est relictum, quod nec necessarium esse judicat Livin. licet Vulp. tres asteriscos apposuerit in sua ed.' *Barth.*—49 ' Libri fere *Sed Chio cal.* male.' *Broukh.* ' *Chio thal.* Brix. *Thiæ th.* Venet. Aldd. cett. *Orithia t.* Guarn. Venet. *Oricia terebintho* Aldd. cett.' *Barth.* ' *Ch. cal.* et *Orchtia,* monstra scripturæ, exhibent codd. et edd. antiquæ: *Cio. th.* Harl. *Calamo* v. c. Fraterii. *Orythia terebintho* Regg. Colbertt. Borr. Voss. 1. 4. et priscæ edd. *Orithia terebinto* Ask. *Orynthia* Dorv. 1. *Corycia* Leid. 2. *Oronthea* 1. *Terotento* Voss. 4. *Terebuntho* in meo 2. *Sed Ch. cal. aut Oronthea therebinto* cod. Vlamingii. *Orica* Heinsian. Sed plures libra-

NOTÆ

49 *Sed thyiæ thalamo*] Dum vult Pætus in thalamo cedrino ac pretioso requiescere, ac in deliciis vivere, tempestatibus procellisque perlit. Thyia porro arbor est odorifera quæ notiore nomine cedrus dicitur, ut refert Plin. XIII. 16. Eandem arborem inter delicias Calypsus numeravit Homerus.

Oricii terebinthi] Oricon, seu Oricos, Oricum, et Orieus, civitas

Huic fluctus vivos radicitus abstulit ungues;
Et niger invitam traxit hiatus aquam.
Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.
Pætus ut occideret, tot coiere mala.

Illi adhuc viventi penitus avulsit ungues procella, infelixque gurges inimicis fluctibus ipsum obruit. Ipsum deinde æva tempestas conspexit undis agitari cum exigua tabula. Tot in unum convenere mala, ut Pætus interiret. Attamen lugens

riorum aberrationes notare tædet. Recte scribitur *Oricia terebinthus.*' Burm. Kuinoelis lect. dant B. B. B.—50 ' *Et f.*. Bon. Guarn. Posth. [et ex hoc cod. id. affert Livineius: at discrepat Burm. Inf.] Palat. 1. C. Com. edd. vett. *Aut f.* Vat. *Effultus* Heins e scripto.' *Barth.* ' *Et fultum* in plerisque codd. *Aut f.* Voss. 4. Borr. Groning. *Effultus* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. idque ex Mss. Heinsius præferebat, secutus lectionem aliarum vett. edd. *Non tulit hic Pætus.* Ad Virg. x. Æn. 136. hunc l. Val. Guellius affert hoc modo, *aut Oricia terebintho Effultum:* ibidemque Heins. *Oricia* veram esse scripturam monuit.' *Burm.* ' Ast. diviuaverat *Huic th. th. &c. Effultum pluma, molle cubare, caput:* postea vero astipulatus est Jacobsio, nihil mutand. recte censenti.' *Kuin.* Lachm. reponit *Sed Cnidio thal. aut Oricia terebintho, Et fultum &c.*—51 ' Assentior Palmerio *vivos* legenti. Etiam Th. Marcilius *vivos* malebat Notis in Pers. S. v.' *Broukh.* '*Nunc fluctus* Mentel. *Vivo* in plerisque codd. et edd. vetustis, quod tuetur Passeratius: sed *vivos* prætulerunt plerique viri eruditi, Canter. Heins. Guy. aliique. Scaliger animadvertit, eo hic respici, quia naufragis et ungues a cute recedere et extremitates tabescere credebat, ideoque Veteres sibi ungues præsecasse, quoties turbaret mare, tanquam naufragium deprecaturos, afferens illa Petronii cap. 104. in fine, ' Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.' Ad quem l. Vir illustris in marg. libri sui, qui in Biblioth. Leidensi servatur, et quo totum Petronium ex cod. Ms. Cujaciano descripserat, eo allusisse hic Propertium notavit, afferens *Huic fluctus misero.* Erhardus in Notis *vivo.* Hæc vero Scaligeri tanquam absurda, et a mente Propertii aliena sugillat Passeratius. Scaligeri tamen sententiæ calculum suum adjecit Jac. Durantius Casellius II. Variar. 9. et Dousa P.' *Burm.* Bene VV. DD. reposuisse *vivos* censet Lachm. et id dant B. B. B. L.—52 ' Bene Lips. *niger* II. Antiq. Lect. 10. *Invitam* recte reposuit Palm. quod firmabat liber Scaligeri, itemque Borr. Male Passeratius *Et miseri vitam tr. hi. aquæ.*' Broukh. *Et miser in vivam* Palat. cod. *Et miser invisam* omn. codd. et edd. vetustæ. *Miser* etiam Ask. et *invisam* Regg. Colbertt. *Invitam* in alils. Conjecerat Heins. *Et miserum invisæ tr. hi. aquæ.* Quærit Burm. an f. castigand. *Ut nig. invitum tr. hi. aquæ:* sed statuit *nig. hi.* non esse solicitand. Reponit Lachm. *Et miserum invita tr. hi. aqua.* Kuinoelis lect. dant B. B. B.—53 *Invidit* Venet. 1500.—54 *Cohibere*

NOTÆ

est Epiri, ubi nascitur terebinthus, cujus lignum laudat Plin. XIII. 6. ut eximii nigerrimique splendoris, et ad vetustatem fidele, utpote incorruptum.

50 *Effultum pluma caput*] Apud veteres Romanos in deliciis fuit in cervicalibus aut stragulis fartis pluma, anserina aut cycnea, aut perdicum subalaribus plumis, quæ molliores sunt, requiescere. Unde Plin. X. 22. carpit luxuriam deliciasque Romanorum, qui sine plumæ anserinæ instrumento durare non possent.

53 *Nox improba*] Sæva crudelisque procella, seu niger turbo, diem subito oculis eripit; unde nox dicitur poëtis.

Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis;
  Cum moribunda niger clauderet ora liquor:
Di maris, Ægæi quos sunt penes æquora, venti,
  Et quæcumque meum degravat unda caput!
Quo rapitis miseros primæ lanuginis annos?
  Attulimus longas in freta vestra manus.
Ah miser! alcyonum scopulis affigar acutis;
  In me cæruleo fuscina sumta Deo est.

supremis gemitibus ista mandavit, cum ipsi *funestum mare ora clauderet morientia: O venti, Dii maris Ægæi, qui habetis imperium æquoris, et qualiscumque aqua, quæ meum caput obruit, quem in locum auferlis miserabiles* meæ *juventutis annos? In vestros fluctus venimus cum longis manibus. Ah infelix! impingam in cautes acutas alcyonum, a Deo cæruleo contra me sumtus est tridens. Sed saltem* me

Borr. quod venisse censet Burm. a more librariorum, qui *cohiere* scribebant. *Quot* Heins.—56 *Ossa* damnat Burm. quod in Voss. 4.—57 'Nescio unde istud *ponti* irrepserit in ed. Scal. nam omnes antiquiores, etiam omn. scripti, magno consensu habent *venti*; quod non erat loco movend.' *Broukh.* '*Ponti* Exc. Scal. unde in ejus ed. irrepsit, probante Franc. et sic conjecerat Markl. Sed *venti* recte a Broukh. vindicatur. Distinguend. puto, *Di, maris Ægæi q. s. p. æquora, Venti.*' Burm. Illam ipsam distinctionem ante exhibuerat Barth.—60 'Borr. [Guarn. Burm. 2.] *longa:* Regg. Colbertt. *vasta:* quorum neutrum videtur admittend. Aliam lect. Passeratius exhibet ac præfert, *l. in f. vestra moras.* Nihil causæ video, cur minus cum Scaligero *l. manus* capiam pro non debilitatis perjurio, quæ Veterum fuit religio.' *Broukh.* '*Vestra* Colot. Vat. 1. 5. Mentel. Groning. aliique. Sed valde placet *vasta*, quod in Ask. et primis aliisque vetustioribus edd. quod in suis etiam membr. invenit Gebh. *Haud tul.* Heins. *An tul.* legend. videbatur Arntzenio in Specim. Obs. p. 104. sed vulg. non solicito. *Castas* vel *puras* malebat Franc. si liceret. *Lotas* Lipsio placebat ad Suet. Tit. IX. quod sequitur Struchtmeyer in Animadv. Crit. p. 100. Locum corruptum esse ascripserat Markl. *Longas comas* Oud. [quod tuetur Burm. at vulg. tuetur Kuin.] Certe hoc præferend. videtur conjecturæ Passeratii.' *Burm. Comas* quoque Eld.—61 '*Affigat* Guy. et sic Palat. membr. Brix. Venet. *Infigar* cod. Palat. Bon. *Affigar* Dresd. cum rell.' *Barth.* 'Borr. *affigat.* Noster l. *ego figar:* alter *affigar*, et Regg. *Affigar* Groning. Colbertt. Retinuerunt edd. Dousæ F. ac Gebh. *affigar*, quod est nihil h. quidem l. qui postulat *infigar* vel *affigar*.' Broukh. '*Affligar* Exc. Scal. Mentel. Perr. et Fruterii v. c. Neap. Vat. 1. 2. Ask. cum edd. Venet. Rheg. Volsci, et Ber. *Atfligar* Leid. 2. Voss. 3. Dorv. 1. *Affligor* Burm. 2. *Affigar* Ald. Junt. Colin. Gryph. *Affligar* ex Regio male etiam legisse Guyetum

NOTÆ

57 *Ægæi*] Mare Ægæum, vulgo *Archipelago*, pars est maris Mediterranei, ubi sunt insulæ plurimæ, quarum aliæ Sporades, aliæ Cyclades vocantur, inter quas etiam Carpathus insula numeratur, quæ nomen dedit mari quod inter Ægyptum et Cretam interjacet, in quo Poëta dicit periisse Petum. Invocavit autem Deos maris Ægæi, quasi ellis undis alii Dii præsint, licet modo dixerit, 'Non habet unda Deos.'

61 *Alcyonum scopulis*] Alcyones, ut jam diximus, aves sunt marinæ, quæ nidulantur in scopulis. Alii dicunt eas in undis nidos construere, quæ

At saltem Italiæ regionibus evehat æstus.
Hoc de me sat erit, si modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus;
Ultima quæ Pæto voxque diesque fuit.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
Et tu materno tacta dolore Theti,

fluctus ejiciant in oras Italiæ. Istud mihi sufficiet, si tandem corpus meum *in matris manus venerit. Hæc loquentem abripuit mare rapido vortice; ista, sive nox sive dies fuit, suprema Pæto fuit. O centum marinæ Nymphæ patre Nereo* natæ, *tuque, o Thetis, affecta dolore materno, debuistis subievare* natantem Pætum

notat Heins. qui *affigar* recte prætulit ad Ov. III. F. 599. quod et placuit Gronovio IV. Obs. 8.' *Burm. Affigar* dant B. B. B. L.—62 *Cær. est f. s. D.* alii ap. L. Lat.—63 '*Hoc v.* Heins. *Advehat* ed. Scal. prob. Heins. *Evch.* non mutand. pronuntiat Broukh. *Aveh.* volebat Heins.' *Barth.* '*Evch.* Regg. Colbertt. alii, et pr. edd. quod male prætulit et [cum Barth.] exhibuit Broukh. *Adveh.* legend. quod firmat cod. Scal. et Dorv. 2. *Aveh.* legebat Guy. ut in Voss. 3. sed perperam. *Adveh.* etiam correxerat Markl. *Eveh.* tuetur Dorvill. Obs. Misc. Vol. II. T. I. p. 112.' *Burm. Adveh.* glossema esse pronuntiat Kuin. at id recte Scaligerum dedisse censet Lachm.—64 *Hoc modo me* cod. Scal. In aliis edd. distinguitur, *H. de me sat erit. Si modo mater erit* Borr. Burm. 1. F. legend. censet Burm. *si m. matris ero.* Sed, Si quis tamen, ait, vulg. præferat, nihil moror.—65 *Fantem* cod. Scal. *Hoc fantem* Vossianus, Dorv. 1. Heinsian. *Fontem* Borr. Voss. 3. *Frontem* Dorv. 2.—66 '*Noster* 2. *voxque:* optime: et sic jam olim ex ingenio restituerat Donsa P. Recept. vulgo lect. [*noxque*] firmare connisus est Passeratius; verum ex intricata reddidit multo intricatiorem.' *Broukh. Ultimaque P.* Guarn. *Ultimaque hæc* Venet. ap. Barth. *Noxque* Groning. Ask. Leid. 2. Voss. 3. Dorv. Burmm. et edd. vetustæ. *Voxque* Colot. Neap. Vat. 2. 5. Bon. Guarn. Ed. pr. repudiante Markl. sed eam esse optimam lect. pronuntiat Burm. quæ habetur etiam in Mss. Passeratii, et probata est a Scaligero et Guy.—68 *At* Borr. *Nocturno* Markl. ut in ed. Scal. *Materno* tuentur omn. codd. et priscæ edd. Hoc reponend. jubet Broukh. et verisa. esse lect. pronuntiat Burm. *Tracta* Exc. Scal. Neap. Vat. 5. Dorvv. Burm. 2. Palatt. Bon. *Fracta d. Theti* Heins. *Theti* emendaverat Pucc. quod in textum fuerat admittendum, aiunt Addend. ad fin. ed. Burm. et verissimum esse statuit Lachm.—69 *Lapso* Vat. Guarn.

NOTÆ

tempore summa serenitas est: ut sentit Ovid. Metam. II. 'Incubat alcyone pendentibus æquore nidis.'

62 *Cæruleo Deo*] Neptunum significat, cui in mundi partitione imperium pelagi ac tridens sorte contigit; ut ait Virg. 'Non illi imperium pelagi, sævumque tridentem, Sed mihi sorte datum.'

67 *O centum æquoreæ*] Nereidas, seu Nymphas maris, alloquitur, quæ vulgo centum esse credebantur; ut etiam ait Virg. Georg. IV. 'Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores, Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant.' Albinovanus etiam ad Livium: 'Consortesque Deæ centum, longævaque magni Oceani conjux, Oceanumque pater.'

68 *Tacta dolore Thetî*] Ob Achillis nempe filii sui necem, quam maternis lacrymis prosecuta est mater Thetis, quæ et ipsa una est Nereidum. Ovid. de morte Tibulli: 'Memnona si mater, mater ploravit Achillem, Et tangunt magnas tristia fata Deas.'

Vos decuit lasso supponere brachia mento.
Non poterat vestras ille gravare manus.
At tu, sæve Aquilo, nunquam mea vela videbis:
Ante fores dominæ condar oportet iners.

subjectis ejus *mento fatigato* vestris *manibus: ille non poterat gravis esse vestris brachiis. Sed tu,* o *crudelis Aquilo, nunquam mea vela conspicies: hoc* enim *mihi fatum est,* ut ego *ignavus ante januam puellæ meæ* Cynthiæ *sepeliar.*

Voss. 1. Burm. 1. solenni confusione, ut monet Barth. Vulg. tuetur Burm. —70 Damnat Burm. *veras,* quod in Voss. 1.—71 *Scævo* Burm. 1.—72 *Condere* Burm. 1. *Jacter* Voss. 4.

NOTÆ

69 *Lasso mento*] Pœti nimirum, cui debuistis suppetias ferre, ne mergeretur. Ovid. de Pont. II. 3. 39. 'Mitius est lasso digitum supponere mento, Mergere quam liquidis ora natantis aquis.'

ELEGIA VIII.

AD CYNTHIAM.

Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas,
Vocis et insanæ tot maledicta tuæ,

Jucunda mihi fuit altercatio tecum *ad hesternas* usque *lucernas,* jucundaque

Huj. El. versus valde perturbatos esse notat Livin. Vid. Schrader. p. 89.—1 '*Extera.* codd. septem. At illud librorum typis editorum *hestera.* Beroaldo debetur: neque prorsus malum est. Sed genuinam lect. nobis servavit noster 2. in quo clare legitur *extremas.*' Broukh. '*Hestera.* Dresd. et vera lect. videtur. *Extrem.* ed. pr. Gött.' *Barth.* '*Extera.* Borr. Groning. Leid. 2. Dorvv. et mei, ut in Venet. 2. Rheg. Aldd. Junt. Colin. aliisque: quomodo etiam in suo lib. emendaverat Markl. *Hestera.* supponunt Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. 5. Voss. 3. pro varia lect. ut edidit Gryph. Canter. et sic corrigebat Heins. Recte *extrem.* tuetur Broukh. quod in Vicent. et Douss.

NOTÆ

1 *Dulcis ad extremas*] Cynthiam alloquens, rixam narrat cum ipsa habitam in cœna, in qua dicit eam ipsam propulisse ac evertisse mensam, poculaque vino referta in seipsum projecisse, unde se vere a Cynthia amari conjicit, quam etiam ad hæc amoris instrumenta signaque danda adhortatur.

Lucernas] Per 'lucernas' significat convivium nocturnum, quia nimirum cœnabant ad lucernas, ut docet Horat. Od. III. 8. 'Vigiles lucernas Perfer in lucem.' Lucret. Lib. II. 'Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.'

Dum furibunda mero mensam propellis, et in me
  Projicis insana cymbia plena manu.
Tu vero nostros audax invade capillos,
  Et mea formosis unguibus ora nota.
Tu minitare oculos subjecta exurere flamma:
  Fac mea rescisso pectora nuda sinu:
Nimirum veri dantur mihi signa caloris;
  Nam sine amore gravi fœmina nulla dolet.

fuerunt tuæ linguæ, qualis esse solet insanorum, tot convicia: quando furentis in morem mensam procul repellebas, et in me furenti manu pocula mero *plena projiciebas. At tu in meos crines audax invola, nivisque* tuis *manibus faciem meam lacera. Tu minare* mihi *oculos suppositis ignibus exurere: nuda mamma pectus concisum lacerataque veste. Scilicet* inde *mihi præbentur indicia sinceri, nec ficti amoris: nulla enim mulier absque amore vehementi* graviter *irascitur* alicui. *Quæ*

Fenestras Ask. Heinsius ad ocam ed. Ald. conjecerat *Jugis rixa.*' Burm. qui tuetur *Dulcis.* Hoc displicet et Markland. An præstet *Tristis ad extrem.* quærunt Addend. ad fin. ed. Burm. Sed *Dulcis* confirmari Elegiæ argumento pronuntiat Kuin. et tuetur Lachm. qui *hestern.* defendit, et monet *extrem.* dedisse Calphurnium anno 1481. et proximo Volscum.—2 *V. ad* Colot. Vat. 2. *Tuli* Heins. Malit Burm. *mala dicta.*—3 'In pluribus libb. non *Cur* est, sed *Cum.* De quo faciend. videtur *Dum.* Deinde *procellis* legend.' *Broukh.* 'Cur Palat. membr. C. Com. Dresd. *Cui* cod. Palat. *Cum* Venet. *Procelis* Palat. cod. unde Gebh. *procellis* refinxit: et sic expressum in Venet. 1500. cum vetustior illa 1493. et Brix. *propellis* exhibeat cum vulgg. Ceterum Vulp. et Gött. arrisit τὸ *procellis.*' Barth. 'Quor cod. Scal. Leid. 2. Voss. 1. 3. *Quo* 4. *Cur* Neap. Mentel. Exc. Mod. Ask. Dorv. 2. et mei, ut in Venet. 2. Vicent. Rheg. Volsci, Ber. *Cum* Aldd. Junt. Colin. Gryph. cett. *Meritumis* [at hoc exscribit Kuin. ita, *meritumde,*] vitiose Voss. 3. *Procellis* Palatinus. Omn. codd. et edd. prisc. *propellis,* quod cur rejiciamus, causam video nullam: et sua imitatione probasse videtur Livinus Meyerus, de Ira III. p. 88.' *Burm. Dum* exhibent B. B. B. *Cur* Lachm. malit. *Propell.* dant Burm. Lachm. *Procell.* B. B.—4 *Irata* vult Burm. ut evitetur repetitio. Sed non opus esse pronuntiat Kuin.—6 *Et me* Brix. *Corrusis, prærusis,* vel *præmersis* Heins. Vulg. tuetur Burm.—7 *Tu mutare* Dresd. Regg. Colbertt. et pr. edd. *Urere* Burm. 1. Damnat Burm.—8 Improbat Burm. *Hæc m.* quod et in suo 1. *Resiso* Vossianus ac Leid. 1. *Rescise* Dorv. 2.—9 *Mihi d. s. col.* Borr. *Coloris* quoque Regg. Leid. 1. Voss. 3. quod et in aliis legi notat L. Lat. et sic in Brix. *Doloris* Colb. 2. Burm. 1. ut in marg. ed. Seal. conjecerat Franc. *Caloris* in aliis Mss. quod male mutatum esse pronuntiant B. B. B.—10 F. legend. *Tum* censet Burm.—11 'Omn. libb. *gravida,* quod corruptum fuit ex

NOTÆ

4 *Cymbia plena*] Pocula in speciem cymbæ formata. De ebriorum pugna, quæ poculis committitur, dictum est ad II. 6. De projectis scyphis ab ebriis etiam Juvenal. Sat. V. 'Jurgia proludunt; sed mox et pocula torques Saucius, et rubra deterges vulnera mappa.'

9 *Signa caloris*] Ex his nimirum conjicio, inquit, me a te ex animo amari, nec simulatum esse tuum in me amorem.

Quæ mulier rabida jactat convicia lingua,
Et Veneris magnæ volvitur ante pedes;
Custodum gregibus seu cum se stipat euntem,
Seu sequitur medias, mænas ut icta, vias;
Seu timidam crebro dementia somnia terrent,
Seu miseram in tabula picta puella movet:

namque *famina rabida voce maledicta effundit, magnæque Veneris pedibus* supplex *advolvitur; quam ambulantem vel circumdat observatorum turba, vel* quæ *per medios viros fertur more furentis, quasi Mænas furore agitata, vel* quam *insana sæpe insomnia territant metuentem, vel depicta in imagine puella anxiam reddit:*

ravida, ut monitum jam olim Scaligero. Auctor est Passerat. in quibusd. extare *rapida*, pari errore.' *Broukh.* '*Rab.* debetur Scaligeri diligentiæ.' *Barth.* '*Grav.* in omn. fere codd. et edd. antiquis ante Scaligerum. Bene notat id provenisse a librariis. Oud. conj. *rava*, quod non huic l. convenire opinor: nec melius *rapida* in aliis. Passeratius jure *rab.* prætulit.' *Burm. Rab.* præclare Scaligerum legere pronuntiat Lachm. et id exhibent B. B. B. L. —12 'Th. Demsterus Parallp. ad Rosin. III. 33. ex libro Ms. (ita ait) corrigit, *vortitur*. Saltem *vertitur*, ut tum scribere moris erat, legi jussisset. Verum nos in septem aliis libb. *volvitur* invenimus, quod non minus est rectum isto altero. Ceterum in seqq. aliquid excidisse, ostendit ipse orationis hiatus.' *Broukh.* '*Quæ V.* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. 2. sed malim *Hæc V.* ut Livineio [et Heinsio] in mentem venerat. Passeratium ex Ms. correxisse et legisse *vert.* scribit Demster. III. De Etrur. Reg. 6. qui se Parisiis docentem Passeratium audivisse addit. F. igitur in Prælectt. solennibus (ut inscribuntur ejus Notæ) ita legend. docuerit Passeratius: nam in edito Comment. id non comparet. Alteram lect. bene tuetur Broukh.' *Burm. Hæc V.* improbat Schrader. Emend. 8. p. 149. legitque *Cum m. rab. &c. Aut Ven. &c.* —13 '*Circum*] Alii *circa*. Noster 2. *ceu cum*, pro *seu c.* quod pridem receptum non debebat effurcillari.' *Broukh.* '*Circa se* Vat. Posth. Bon. Guarn. Venet. Brix. *Circum se* Dresd. Aldd. cett. Testatur Heins. in Reg. [vid. inf.] *quæ circa* legi.' *Barth.* '*Custodem* Exc. Mod. *Circa se* Regg. Groning. Borr. Neap. Leidd. tres Voss. Dorvv. et mei, cum pr. edd. *Quæ se* Perr. v. c. Colot. Vat. 1. *Circum se* edidit Scaliger, quod probat Vulp. et margini ascripserat Markl. Conjecerat Heins. in ora ed. Ald. *grege seu circumstipata mentum Subseq.* vel *Seu fertur. Quæ se stipat* et *Quæ sequitur* Colot. Vat. 2.' *Burm.* '*Seu cum* Mur. Repono *Et Ven. m. volv. a. pedes, Custodum et gregibus circa se st.*' Lachm.—14 '*Mænas* Venet. Brix. *Et acta* Guarn. *Acta* non improbat Broukh. namque et in Vat. extat: sed præfert *icta*, quod in Groning. Palat. Dresd. et Passeratius in vet. libro deprehendit.' *Barth.* '*Mænas ut acta* Borr. Leid. 2. Voss. 3. Dorv. 2. quod Vulpio placuisse videtur, et defendi potest. *Jacta* Mentel. sed *icta* Neap. Vat. 5. et meus uterque: idque Gebh. prætulit, et Heins. N. Prop. p. 721.' *Burm.* Lect. Kuinoelis dant B. B. B. L.—15 *Tumidam* conj. Markl.—16 *Miserum* damnat Burm. quod

NOTÆ

12 *Veneris ante pedes*] Ritus priscæ religionis, quo Diis suis vota persolvebant, arisque supplices advolvebantur.

14 *Mænas ut icta*] Mænades sunt Bacchæ furibundæ, quæ proprie Bacchi sacrificulæ; de quibus Ovid. Fast. IV. 457. 'Mentis inops rapitur; quales audire solemus Threicias fusis Mænadas ire comis.'

16 *Picta puella movet*] Puellam turbat amantem in tabula depicta puella,

His ego tormentis animi sum verus haruspex:
  Has certas didici sæpe in amore notas.
Non est certa fides, quam non injuria versat.
  Hostibus eveniat lenta puella meis.
Immorso æquales videant mea vulnera collo:
  Me doceat livor mecum habuisse meam.
Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem;
  Sive meas lacrymas, sive videre tuas;

ex *iis animi perturbationibus vates sum et conjector optimus: ista signa in vero amore non deesse expertus novi. Non est certus amor, quem non exercuit injuria. Puella, quæ nihil irascitur, aut nihil commovetur, inimicis meis eveniat. Sodales conspiciant in meo collo morsu lacerato vulnera mea; livor* etiam *ostendat me mecum habuisse amicam* Cynthiam. *In amore* namque *vel cupio* ego *queri, vel* amicam *audire* de me *querentem;* ego cupio, o mea Cynthia, *vel cernere*

in Dresd. Borr. Voss. 1. 4. et in suo utroque. *Miserum tab.* Voss. 4. In aliis legi *monet* notat L. Lat. 'Aliquid excidisse suspicabatur Broukh. sed nihil deest.' *Burm.*—17 *His e. t. videar* Ask.—18 '*Has did. certo* Ed. pr. Venet. *Nam d. certo* Dresd. Brix. Aldd. cett. *Has certas d.* Vat. Livineio inspectus, rotunde et vere, judice Broukh. *Has d. certas* Vulp. et ed. Leid. *Certe* Palat. 1.' *Barth.* '*Nam d. certo* Regg. Colbertt. meus 2. et pr. edd. aliæque vetustiores. *Has d. certo* Mentel. duo Voss. meus 1. *Has ego d. sæpe* Dorv. Ask. *Nam d. certas* vel *Has d. veras* Markl. Mallem cum Heins. *Has d. experto.* Franc. malebat *Has d. certas esse in a. n.* In aliis *rotas* ap. L. Lat.' *Burm.* '*Has certas d.* Broukh. ex Vat. Livineii, ut ait. Sed Livin. annotat: '*D. certo*] *Certas* V. *Certo d.* P.' ut appareat *Has d. certas* fuisse in Vat. quod et Scaligeranus et Leid. 2. exhibent. In Posth. vero *Has certo d.* Aut hunc sequamur, aut Mentel. ceterosque tantum non omnes, in quibus est *Has d. certo.*' Lachm. Nostram lect. dant B. B. B.—19 *Recta f.* Wakker. Amœn. Lit. cap. 12. p. 99. quia 'certas' modo præcessit. At id sæpe non curare optimos scriptores pronuntiat Barth.—21 'Heins. Castigat. Velleianis malebat *Imm.* quod nolim sperni.' *Broukh.* Id habent Bon. Dresd. Vat. 2. Probat Bentl. ad Horat. II. S. 4. 61. *In morso* plerique codd. et vetustæ edd. et Barthii: sed aliud dant Broukh. Burm. Lachm. *Mera v.* Frut.—22 Damnat Burm. *Me deceat levior,* quod in Dorv. 2.—23 *Nam* Dorv. 1. f. pro *Namque,* judice Burm. *Nolo*

NOTÆ

ut dixit supra II. 6. 'Me juvenum facies pictæ, me numina lædunt.'

17 *His ego tormentis*] 'Tormenta' vocat cruciatus curasque quas excitat zelotypia.

19 *Non est certa fides*] Fidelem ostendunt amatorem fastus, injuriæ, repulsæ, si forsan his non mutetur, ut supra dixit II. 24. 'Nil ego non patiar: nunquam me injuria mutat.'

20 *Hostibus eveniat*] Ut dixit Ovid. Amor. II. 10. 'Hostibus eveniat vita severa meis.'

21 *Immorso vulnera collo*] Libidinis ac nequitiæ vestigia sunt muliarum morsus in facie aut collo. Horat. Od. I. 13. 'Puella furens impressit memorem dente labris notam.' Tibull. I. 6. 13. 'Tum succos herbasque dedi, quis livor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus.'

23 *In amore dolere volo*] Ut noster etiam dixit Catull. 'Verbosa gaudet Venus querela.' Ovid. Amor. I. 8.

Tecta supercilliis siquando verba remittis,
Aut tua cum digitis scripta silenda notas.
Odi ego, quos nunquam pungunt suspiria, somnos.
Semper in irata pallidus esse velim.
Dulcior ignis erat Paridi, cum Graia per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre suæ.

tuos fletus, vel meos; si aliquando nutu supercilliorum occultas voces reddis, vel manibus scripto significas verba *tacenda. Mihi non placent somni, quos minime suspiria interrumpunt; ego semper cupio pallere ob amicam iratam. Paridi* longe *jucundior erat amor, quando per bella licebat ipsi oscula dare Tyndaridi* suæ. *Dum*

---

unus Colb.—25. 26 'Quid hæc faciat *scripta*, nusquam hodie divinabo. Aptius esset *dicta*. In nostro 2. est *scr. dolenda*: quod quale sit, assequi non possum.' *Broukh.* '*At tuæ* Brix. *Aut tua* vult Heins.' *Barth.* 'Hos vss. se intelligere quidem, sed quid h. in l. significent, non capere, notaverat Dorvill. Certe versus desideratur in Mentel. Spectant f. ad aliam El. Suspicor non male hoc distichon transponi posse ad II. 32. post vs. 30. 'Sin autem longo' &c. 'Tecta supercillis seu (ita malim pro, *si*,) quando' &c. 'Ista senes' &c. *Scr. dolenda* Mentel. *Dicta silenda* Guy. male. Magis f. probanda est Markl. conj. *signa silenda*: vocem vero *scripta* Broukhusium frustra torsisse addiderat.' *Burm.* Lachm. censet h. distichon huc venisse ex lib. II. in quo his similia tradita fuerint, sc. 'Qua nuptæ possent fallere ab arte viros:' et transpositionem Burmanni esse aperte falsam judicat.—27 'Sensum erigit hæc lect. Viderat Passerat. aut divinaverat: et Schopp. se divinasse dicit IV. Verisim. 4.' *Broukh.* qui sensum lectionis *quæ* pæne ineptum pronuntiat. '*Quæ* Bon. Guarn. Dresd. cum edd. antiq. *Quos* Colb. 2. sensu postulante. *Quod* n. *pang.* cod. Palat.' *Barth.* '*Quæ* Groning. Leidd. tres Voss. Dorvv. mei, et vetustæ edd. *Quos* Colot. Vat. 5. et unus Colb. margine: quod præferunt Guy. Broukh. *Quam* Vat. 1. *Quum* 2. *Pandunt* Leid. 2. Voss. 3. *Rumpunt* cum Heins. præfert Patruus meus ad Ov. II. A. A. 19. 55. *Pungunt* non facile moverim.' *Burm.* *Quos* probat Lachm. et dant B. B. B. L.—28 '*Iratum*, vulgg. cum Bon. Dresd. *Irata* Neap. optime.' *Barth.* '*Iratam* Leidd. tres Voss. Dorvv. mei, et priscæ edd. quod male tuetur Passerat. sed alterum recte Broukh. vindicavit; nec aliter Guy. et Heins. ad Prop. p. 722.' *Burm.*—29 '*Quæ grata* Guarn. *Graia* Gebhardus Palmerium præcepisse ait, quanquam inepte explicaverit.' *Barth.* '*Quo* meus 2. a m. pr. *Graia* dudum restituend. viderunt Frut. Ep. ad Canter. Douza P. Passerat. Guy. Heins.

NOTÆ

'Non bene, si tollas prælia, durat amor.' Itemque Lib. II. Art. 'Felicem, de quo læsa puella dolet!'

29 *Dulcior ignis erat Paridi, cum Graia [grata] per arma*] Paridi jucundior erat amor Helenæ quo tempore Græci ipsam repetentes Trojam oppugnabant, adversus quos, Helenam reddere nolens, arma capessere cogebatur ipse Paris; cui 'grata arma' fuisse dicit Poëta, quia malebat pugnare quam Helenam suam Menelao conjugi restituere. Nonnulli legunt *Graia per arma*, alii *Græca per arma*; nos communem lectionem retinuimus. Videtur autem hic tangere Propertius, quod Il. III. narrat Homerus, ubi Paris contra Menelaum pugnans servatur a Venere, ac Helenæ fert gaudium.

30 *Tyndaridi*] Tyndaris est Helena, Tyndari filia, de cujus amoribus cum Paride sæpius nobis factus est sermo.

Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit.
Aut tecum, aut pro te mihi cum rivalibus, arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
Gaude, quod nulla est æque formosa: doleres,
Siqua foret; nunc, sis jure superba, licet.
At tibi, qui nostro nexisti retia lecto,
Sit socer æternum, nec sine matre domus.

Danai victoriam referunt, dum Hector formidabilis fortiter *resistit, ille in sinu Helenæ maxima bella facit. Vel bellum mihi tecum semper erit, vel sum rivalibus* meis *propter te; in te nulla mihi pax grata est. Lætare,* o Cynthia, *quod nulla sit* puella *tam formosa, quam tu; ægre ferres, si esset aliqua;* sed *potes merito gloriari* nullam esse. *Sed tibi, qui nostro amori insidias struxisti,* semper *adsit socer, neque unquam sit* tibi *domus absque matre. Cui modo si aliquando occasio*

allique pro *grata*, quod multos codd. et edd. vett. obsidet.' *Burm. Graia* dant B. B. B. L.—30 *Tyndaridis* Reg. 2.—31 '*Dardanus H.* conj. Heins. *Barbarus* pro Trojano potest intelligi. Sed de sinceritate lectionis dubito; neque enim placent *maxima bella.* Conjeceram aliquando *mollia b.* Magis nunc placet f. scripsisse Prop. *Martia b.* Francium quoque *max. b.* offendisse videntur, nam conj. *In g. il. H. altera b. g.* J. Gulielm. Quæst. Plaut. in Amphit. cap. 5. memoriæ lapsu, tanquam e Tibullo, sic affert, *Dum fugiunt T. dum r. b. H.*' Burm. 'Hunc vs. memoriæ vitio corrupit, atque insuper Tibullo dedit Merula ad Ennium p. 444.' *Broukh. Maxima* defendit Kuin.—33 *Per te* Groning. *Pro te* alii codd. et edd. vett. quod malit Broukh. et recte, pronuntiante Burm. Hoc dant B. B. B. L.—34 *Vitæ pax* Burm. 2.—35 *Nullo* Mentel. *Æqua* Dresd. *Doleres* tres Voss. Dorv. 1. Ask.—36 *Sive foret, sis nunc* Voss. 4. *Aure sup.* Dorv. 2. Damnat Burm. 'Burm. annotat: 'Totum h. distichon, præ ceteris satis incitatis valde languidum, nonnihil suspectum est; et, si abesset, præcedd. et seqq. non interrupto tenore cohærebant.' Hoc posterius concedo: neque, si abesset h. distichon, desiderarem: sed languere nego.' *Lachm.*—37 'Omn. libb. scripti habent *tendisti.* Credo quod libraries terrebat insolentior flectio *τοῦ nexisti;* quo modo ex Charisio probe correxit Scaliger, ex Diomede Frut. II. Verisim. 10. (Tamen Diomedes non recte citavit.) ex Prisciano Turnebus XVI. 6.' *Broukh. Tend.* omn. codd. et edd. antiq. 'idque præferebat,' ait Burm. 'Paul. Melissus, et Voss. III. de Analog. 26. p. 111. qui tamen 31. p. 128. *nex.* ex Diomede probasse videtur, ut ex Charisio, Diomedem f. cogitans, legendum monuit Scaliger, quod a Vat. 1. 5. confirmatur. Diomedem enim sub nomine Mæcenatis hunc versum produxisse, et in eo *nexisti* agnovisse, notarunt alii. Ita saltem legitur in ed. Putschii p. 366. ubi tanquam ex opere quodam Mæcenatis affertur, et *nexisti retia lecta* editur. Sed hinc memoriæ fallacis errore cespitavit Heinsius ad Virg. v. Æn. 279. qui versum

NOTÆ

31 *Dum vincunt Danai*] Danai sunt Græci, sic a Danao, qui pulso Sthenelo, Argivorum rege, Argos tenuit, Achaiamque e suo nomine nuncupavit, dicti.

Barbarus Hector] Hector Paridis fuit frater, Priami filius, Trojanorum fortissimus, post multa tandem prælia ab Achille interfectus. Solus ille Græcos, quemadmodum Achilles solus Trojanos, fugabat, adeo ut Hectore sospite nunquam Troja potuerit a Græcis expugnari. Dicitur autem 'barbarus Hector,' hoc est, Phryx; Phryges enim Græcis dicebantur Barbari.

Cui nunc siqua data est furandæ copia noctis,
Offensa illa mihi, non tibi amica, dedit. 40

surripiendæ mihi *noctis oblata est, eam* puella *mihi irata, non tibi amica, dedit.*

hunc, a Diomede sub Mæcenatis nomine memoratum, existimabat fragmentum esse ex Carmine Mæcenatis deperdito, quo Martis et Veneris congressum, et retia a Vulcano illis nexa, descripserit: ad quam fabulam hic allusisse Propertium, notaverat Marklandus. Quod quidem Passeratio etiam in mentem venerat, sed mox rejecit: et recte: nam a venatione desumtam esse locutionem, neque de Vulcani retibus cogitasse Poëtam censebat Ruhnkenius. Unde autem error ille in editionem Diomedis, quam ex tribus Mss. castigavit Putschius, irrepserit, mirum videtur. Idem Heinsius N. Prop. p. 722. (ubi typorum incuria vitiose *Martialis* nomen pro *Mæcenatis* excusum est) ipsum Mæcenatis locum omissum excidisse suspicabatur. Sed f. alia corruptelæ causa fuit, qua nonnullorum Grammatici illius codicum descriptores, hunc versum e Propertio afferentes, conjecerint oculos in Elegiæ mox sequentis initium, quæ Mæcenati inscripta est, et hinc illius nomen oscitanter supposuisse videntur pro *Propertio*. In editione autem Diomedis, quæ Coloniæ cura Herm. Buschii an. 1528. excusa est, verba hæc *nexisti retia lecta*, Fol. XXVIII. male connexa leguntur fragmento Livii ex Odyssea, quod præcedit, sequente Lucilii versu, 'curarum retia nexit.' Sed in editione, quæ studio Jo. Cæsarii ap. Ascensium an. 1528. prodiit, integer hic versus sub Propertii nomine affertur p. 29. et in ejusdem ed. Colon. 1536. p. 52. unde ex antiquioribus editionibus locum afferens Fruterius II. Verisim. 10. notat Diomedem auctoritate Propertii affirmare, Veteres *nexisti* dixisse, nulla Mæcenatis fragmenti mentione facta. Neque aliter ap. Priscian. X. p. 903. ed. Putsch. et Nestorem in Vocab. in 'Necto,' p. 90. ap. quos *nexisti* etiam legitur, sine dubio ex codd. Mss. quibus utebantur, non *tendisti*, quod a sciolis intrusum. Grammaticorum igitur veterum auctoritatem præferendam esse recte admonet Fruterius. Initio versus *Et tibi* Heinsian. *Et mihi* Borr. et meus 1. *At tu* Vat. 5.' Diomedis errorem explicat et Lachm. Ceterum *nex.* dant B. B. B. L.—38 *Sis* Venet. ap. Barth. *'Sis socer, æternum nec s. Marte domus* Ferrarii lib. *S. Marte* et Vat. 1. et alii. 'quod recte,' ait Burm. 'improbat Passeratius. Beroaldus enim, cum hanc lect. prius exposuisset, mox eam pervertit, legitque *Sis socer est. nec s. Marte d.* et ita legitur in ejus editione an. 1487. 1498. 1500. 1520. Mihi vero blanditur admodum conjectura Santenii, *Sit socer at. nec s. Marte torus.* F. etiam conjicere quis posset *Sit socer æt. sit s. patre torus.* Sed f. Propertius tangere voluerit affines et cognatos rivalis, nobis non notos.'—39 'Quod n. C. Com. *Fraude* Palat. cod.' *Barth.* 'Miror Broukhusium ex solo Groning. et C. Com. prætulisse et in contextu exhibuisse *fraudatæ*, lectione auribus ingratissima, posthabito veterum codicum longe majori numero, in quibus *furandæ*. *Frustrandæ* Mentel. *Quæ nunc* in aliis ap. L. Lat.' *Burm. Furatæ* dant B. B. *Furandæ* Burm. Lachm.—40 'Beroaldus intrusit *Infensa*, male. Videsis Passeratium: sed et Mur. veram lect. e libb. reposuerat.' *Broukh.* 'Codd. ut videtur, universi, præter Perreii, Colot. et duo Vaticanos, [sc. 1. 2. Ceterum hi

NOTÆ

38 *Sit socer*] Ad rivalem imprecatio; qua cupit ut semper habeat socerum, qui semper genero sit iniquior, ut omnes fere soceri consueverunt, quique semper vivens socer hereditatis expectatione frustretur generum.

Nec sine matre domus] Quæ nempe semper sit molesta, ac gravis, et dura, ut solent esse novercæ. Alii legunt, *sine Marte*, h. e. sine rixa, pugna, discordia.

omnes legunt *Offenus*.] habent *Offenum*: itaque Neapolitanus, *Offensi*, lineola sup. *e* notata, quam videre Heins. poterat, nisi festinasset. *Offenus* omnino legend. est.' *Lachm.* Quod malunt Barth. Burm. *Offenum* Ask. Dorv. 2. *Infensus* Aldd. Junt. aliæque post Ber.

ELEGIA IX.

AD MÆCENATEM.

MÆCENAS, eques Etrusco de sanguine regum,
Intra fortunam qui cupis esse tuam;
Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor?
Non sunt apta meæ grandia vela rati.

O Mæcenas, eques de gente Etrusca regum orte, qui vis intra fines tuæ sortis te continere, quare me jubes ingredi tam ingens mare scribendi? Magnum vela non

1 'Mæc. quam varie in libb. ant. scribatur, nemo ignorat: ideo nihil attinet observare super h. re quicquam. Hoc unum sufficiat, Ald. 1. cum Colin. expr. *Mœcen.* sed 2. *Mecen.* Groning. in prima syll. semper ponit diphth. *æ.*' Barth. 'Etrusco scribend. sine aspiratione.' *Broukh.* Sic dant Vulp. Burm. Lachm. *Hetr.* Barth. Kuin.—2 'Livin. legebat *Infra*, et Heins. ad Ov. III. Tr. 4. 25. [neque tamen, ait Barth. in N. Prop. quicquam annotatum,] male.' *Broukh.* *Meam* Vat. Ad locum cit. Ovidii Burm. P. *Intra* tuetur. Illic, ait noster Burm. refellit Heinsium emendantem 'et infra Fortunam debet quisque manere suam:' sed modestius, quam in prima

NOTÆ

1 *Mæcenas*] Mæcenas, qui doctus doctos fovebat, unicumque erat poëtarum præsidium, hortatus Propertium fuerat ad heroicum carmen scribendum, grandioraque argumenta, ac bellica tractanda. Propertius vero sese excusans præsentem inscribit Elegiam Mæcenati, significatque se rebus bellicis canendis, grandioribusque argumentis, imparem esse; tantumque onus non sibi, sicut nec omnia omnibus, convenire. Denique postquam impense laudavit Mæcenatem, summam ejus, qui non altiora appetat, moderationem imitari se velle profitetur. 'Eques' porro dicitur Mæcenas, quia contentus semper fuit ordine equestri, quo natus fuerat, altioresque gradus, etiam oblatos, ac dignitates accipere noluit; unde et Horat. Od. I. 20. 'Care Mæcenas eques,' &c. et III. 16. 'Mæcenas equitum decus.'

Etrusco de sanguine regum] Oriundus enim fuit Mæcenas e gente Cilnia, ex qua reges Etruriæ. Horat. Od. I. 1. 'Mæcenas atavis edite regibus.' Idemque etiam Od. III. 29. 'Tyrrhena regum progenies.' Fuit namque Mæcenas filius Menodori, Menodoro Menippus fuit pater, Menippus autem patrem habuit Cæcinam Etruscorum regem, qui fuit Mæcenatis atavus.

2 *Intra fortunam*] Sic etiam Ovid. Trist. III. 4. 'Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: et intra Fortunam debet quisque manere suam.'

Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus,
  Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta;
  Fama nec ex æquo ducitur una jugo.
Gloria Lysippo est animosa effingere signa:
  Exactis Calamis se mihi jactat equis.

conveniunt meæ cymbæ. Temerarium ac stultum est cervicibus tuis *onus imponere, quod* ferre *non possis,* teque *oppressum labante poplite pronum cadere. Omnes omnino res omnibus æqualiter non conveniunt; neque ex eodem fonte laus omnis et nomen provenit. Lysippo fama fuit effigies exprimere quasi spirantes et animatas; me judice, Calamis sese maxime commendat equis ad vivum et ad unguem factis.*

Propertii editione Heinsium castigaverat Vulpius, quod tamen in Curis Secundis omisit.'—3 *T. magnum* Ask. Damnat Burm.—5 *T. q. c.* Regg. pr. edd. et ap. Oct. Mirand. in Virid. Illustr. Poët. fol. 184.—6 *Pessum* Perr. v. c.—7 *O. nam p. raro* Ayrm. Sylv. Emend. Crit. 'Cave hic suspiceris legend. *rebus*, ut efferunt alii et Alb. Eyb in Margar. Poët. cap. 12.' *Burm.*—8 'Flamma Regg. Franc. 2. Groning. Borr. Guarn. Brix. *Flama* Palat. C. Com. Dresd. Utrumque f. ortum ex *Palma*, quod habet Franc. 1. et liber Heinsii, probantis hanc lect. *Claudítur ulla j.* Franc. 1. Borr. *Illa rogo* Regg. Brix. *Ulla rogo* Colbertt. Palat. *Una j.* optime Lips. Nov. Lect. IV. 17. prob. Livin. et sic in vet. libro Passeratius invenit. *Coe* pro *j.* Poath.' *Barth.* 'Fama n. ex æ. duc. una j. non immerito a Broukh. laudatum et receptum. *Flamma* olim in vetustis codd. in quibus etiam *rogo* pro *j.* ut ex aliis affert L. Lat. Accedunt Exc. Scal. Regg. Borr. Neap. Leidd. tres Voss. Dorvv. et meus 2. cum pr. edd. In multis etiam *ulla* vel *illa*. In aliis *claudítur ulla. Fama nec ex æ. d. ulla j.* affert Albertus Eyb in Margar. Poët. cap. 12. Ap. Oct. Mirand. *Flamma nec ex æ. ducitur ulla j.* Tales vero scriptores ex Mss. loca Veterum producunt. Guyeto placebat *Fama nec ex uno ducitur æquo jugo*: sed *æquum jugum* recte exponit, et absurdam Gebhardi interpretationem explosit Gronovius Diatr. Stat. cap. 30. p. 193. Quod autem *ulla* tueatur, non probo. A Gronovio non dissentit editor Elector. Etonens. p. 119. 120. ita tamen, ut Beroaldi aut Scaligeri interpretationem non rejiciat. *Imo jugo* conjecerat Heins. Sed pro nihilo non habenda est Heinsiani lectio, in quo *Palma nec ex æ. ducitur una j.* Vulg. tamen exponi potest.' *Burm.* Kuinoelis lect. dant B. B. B. Repono, ait Lachm. *Fama n. ex æ. ducitur ulla j.*—9 *An fing.* Dresd. Exc. Scal. Borr. Voss. 1. 4. Burmm. et pr. edd. nisi quod *animosa fing.* in Brix. et Venet. Barth. *Animata* legebat Heins. Defendit Burm.—10 'Calais, *calamus, Chalamis* Indibria librariorum. *Se tibi* Guy.' *Barth.* 'Vitiose *calamus* Regg. Neap. Borr. Ask. Leid. 2. tres Voss. meus uterque, Dorv. 1. et pr. edd. *Calamos* Dorv. 2. *Calais* Groning. *Jactet* Heins. quod mi-

NOTÆ

4 *Non sunt apta*] Sic etiam Ovid. Art. III. 'Conveniunt cymbæ vela minora meæ.'

5 *Turpe est, quod nequeas*] Temeritatis est ac stultitiæ supra vires niti; unde et Horat. in A. P. 38. 'Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus; et versate diu quid ferre recusent, Quid valeant humeri.'

9 *Gloria Lysippo*] Lysippus statuarius celeberrimus, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, cujus singula claritatem arti dare potuissent.

10 *Calamis*] Statuarius etiam Calamis insignis, qui, ut ait Plin. XXXIV. 8. bigas quadrigasque sine æmulo expressit. Equos enim nemo unquam

In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles; Parrhasius parva vindicat arte locum.

In Veneris imagine præcipuam artis suæ laudem statuit Apelles; Parrhasius opere subtili famam debere sibi contendit. Argumenta Mentoris operi jam formato

nime rejiciend. modo in seqq. etiam *vindicet* et *flectat* legatur.' *Burm.*—11 *Tabulam a. tibi* Guarn. *Posuit* Neap. Burm. 2. quod non facile rejecerit Burm. sed *ponit* verius esse statuit Lachm. et *posuit* grammatici interpretamentum redolere pronuntiat Kuin.—12 ' *Pyreicus* intruserat Beroaldus, inque eo facinore ultro etiam gloriatur. *Parrhasius* rite Scaliger restituit. Id. felicissime *parta* emendavit ex corrupto *parva*.' Broukh. ' *Pyreicus parva* Venet. Ald. 1. Mur. Colin. *Parrh.* Aid. 2. cum cett. quod in omn. libb. scriptis extat, et mutasse se ait Beroaldus, approbante P. Miraudula. At *Pyreicus* vix locum tueatur inter tantos artifices. *Parta* vel *prisca* est a Scaligero. Illud arripuit Broukh. acced. Valp. Gött. improbante Wakkero Amœn. Lit. cap. 12. qui *varia* substituit. *Prisca* Lond.' *Barth.* ' *Parta* edidit Broukh. Melior altera esset Scaligeri conjectura, *prisca:* quam probat editor Elector. Etonens. p. 120. Pontanus II. Analect. 2. legebat *Parrhasius propria*, et hoc præfert Wakkerus. Sed revocand. hic censui antiquum lect. *parva*, ut habent omnes fere codd. cum priscis edd. idque exigunt præcedentia. Ap. Plin. XXXV. 10. hanc quoque lect. defendit Carolus Datus, libro Italico, quo Vitas veterum Pictorum descripsit, p. 78. et 79. refutatque Beroaldum: qui satis refutatur ex iis quæ notavit Scaliger: quanquam Beroaldo nonnihil favere posset Vat. 1. in quo *Pyrricus*, et clarius in Vat. 4. *Pireicus*. Hinc *Pyreicus* derivatum est in edd. Junt. Rouill. Antverp. Plantin. 1560. Canteri, Gryph. 1573. et Grasseri, quæ ex illius cod. excusa est. Patruus meus, posthabita emendatione *parta*, tuetur *parva*, ad Ov. II. Tr. 524. *Parva* etiam ex Regio præferebat Guy.' *Burm.* *Parrhasius* defendit Kuin. et dant B. B. B. L. qui

NOTÆ

tam absolutos ac perfectos ad amussim effinxit.

11 *In Veneris tabula summam ponit Apelles*] Apelles præstantissimus omnium fuit pictor, de quo jam diximus supra I. 2. 22. Venerem Apelles e mari exeuntem depinxit, quam tota mirum in modum prædicavit antiquitas. Hanc dicitur Augustus in delubro patris Cæsaris dicavisse, cujus partem inferiorem corruptam, qui reficeret, inveniri non potuit. Inchoavit et aliam Venerem Cois Apelles, superaturus illam priorem, sed invidit mors peracta tantum parte; nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est, ut refert Plin. XXXV. 10.

12 *Parrhasius*] Pictor etiam egregius, an Ephesius an Atheniensis incertum. Hic primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit, et omnibus consentientibus in lineis extremis palmam adeptus est. Hic aliquando venit in certamen cum Zeuxide. Cum enim Zeuxis pinxisset uvas tanto successu, ut in scenam aves advolarent, ut uvas depascerent, Parrhasius detulisse linteum pictum traditur ita veritate repræsentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: qui tandem intellecto errore palmam Parrhasio concessit, quoniam ipse aves fefellisset, Parrhasius vero seipsum artificem. Plin. XXXV. 10. Nonnulli legunt *Pyreicus*, non *Parrhasius:* nos veteres libros sequimur.

Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno; 15
Praxitelem Paria vindicat urbe lapis.

adjuncta sunt; sed acanthus Myos angustam brevemque viam flectit. Jupiter Phidiacus simulacro eboreo sese exornat, marmor Parium arte propria postulat Praxite-

jocum reponit.—13 *Abdita* Frut. *Fama* Heinsius, vel *A. pari s. M. add. normæ. A. magna* Leid. 1. quod tamen Burm. censet esse glossam potius quam variantem scripturam.—14 *Ad Myros* Regg. Colbertt. Leid. 2. Voss. 3. et pr. edd. *Myros* et Brix. *Ad Miros* Leid. 1. duo Voss. Dorv. 1. *At mirum* Exc. Scal. *Ad miron* Dorv. 2. In aliis *Ad muros, Ad nuros,* vel corruptius.—15 *Armat* Groning. C. Com. quod aliquando multum se Broukhusio commendabat, sed tandem rejecit; et rejiciunt Barth. Burm. De sinceritate lectionis *Phidiacus signo,* aiunt Addend. ad fin. ed. Burm. dubitasse videtur Hemst. ad Lucian. T. I. p. 11. 'Non dubito,' ait Lachm. 'quin hic vs. a librariis ita corruptus fuerit, ut de restituendo eo desperand. videatur, nisi quis hariolari velit Propertium dedisse *Phidiaca arc signo, te, Jupiter, o. e.* si modo totum h. distichon Propertium auctorem habet.' Lachm. ergo uncinis includit hunc vs.—16 'In octo libb. scriptis, at edd. pr. legitur *propria arte:* quomodo et duo libb. Gebhardi. *Arte,* quod nullæ membr. agnoscunt, videtur Avantii esse figmentum: nam primum comparuit in Aldd. *Propria* corruptum puto [et sic putat Kuin.] ex *Paria:* etenim *Parius* habere quosd. codd. testatur Beroaldus.' *Broukh.* 'Prasit. *propria vendicat urbe* Palat. cod. C. Com. *Prax. tota vindicat urbe* membr. Palat. *Propria* Guarn. edd. Brix. Mur. Græv. quod ex *Paria* corruptum videtur.' *Barth.* 'Propria *vindicat urbe* Perr. v. c. Borr. Neap. Vat. 1. 2. Mentel. Groning. Voss. 1. 4. Dorvv. meus 2. cum Vicent. Venet. 2. Rheg. et Volsci. *Proprio vindicat orbe* Ask. *Proprius* Exc. Scal.

NOTÆ

13 *Argumenta Mentoris*] Vasis cœlandis artifex mirabilis, de quo jam supra diximus I. 14. Dicit porro Propertius Mentoris opera addi consuevisse 'formæ,' i. e. rebus jam perfectis et absolutis, quod nimirum vasis ita applicarentur, ut etiam detrahi possent.

14 *At Myos*] Mys etiam fuit artifex peritissimus, qui cœlando argento excelluit.

Acanthus] Herba est, quæ alio nomine branca ursina dicitur, quæ hic pro flexuoso ac sinuoso ornatu accipitur.

15 *Phidiacus Jupiter*] Phidias nobilis fuit statuarius, qui ebore sculpendo sine æmulo claruit. Diis tamen, ut ait Quintilianus, quam hominibus efficiendis melior fuit. Inter hujus opera maxime commendata est Minervæ statua, quam Athenis Olympiade 83. ex ebore fecit. Proximam vero meruit commendationem Jupiter Olympius, ab ipso in exilio factus, et ipse totus ex ebore et auro, ut testatur Plin. XXXIV. 8. et Venus, quæ fuit Romæ in porticibus Octaviæ. De Phidiæ operibus dixit cum Cicerone in Orator. Suetonius in Calig. 22. 'Phidiæ simulacris nihil in eo genere perfectius.'

16 *Praxitelem Paria* [*Parius*] *lapis*] Sibi Praxitelem Parium marmor artificem postulat. Praxiteles autem insignis fuit sculpendi marmoris artifex, qui duplici præcipue Venere nobilitatus est, Cnidia, scilicet, et Coa, quæ ob artis artificisque præstantiam magnam mortalium vim in eas insulas ad sui spectaculum allexerunt. Sed Cnidia vesano cujusdam juvenis in-

Est quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ;
Est quibus in celeres gloria nata pedes.

lem. Sunt quibus Elea quadriga de palma contendit; sunt alii, qui hunc habent

Leid. 2. Voss. 3. quod Marklando placebat. *Propria arte* Heinii. *Parius vindicat arte* Aldd. Ber. Junt. Colin. Gryph. Grasseri, alique edd. *Parius* probatum fuit Beroaldo, Livin. Passerat. Guy. Pontano II. Amalect. 2. Heinsio II. Advers. 18. et N. Prop. p. 722. Francius quoque ascripserat *Parius* sibi simplicius videri, si *arte* in ullis esset exemplaribus: et sic affert Harduinus ad Plin. XXXIV. 8. p. 120. *Paria urbe* edidit Broukhusius; cum antea legendum existimaverat *Pario orbe*. *Paria urbe* melius intelligemus. *Arte* in Aldd. et seqq. edd. excusum fuit, quod Avantio tribuit Broukh. Sane petitum ex vs. 12. Miror vero neminem offendisse bis *vindicat arte*, ut in plurimis edd. legitur, in his versibus repeti. *Vendicat* in meo 1. ut passim in codd. vetustis: unde quis *venditat* elicere posset.' *Burm.* 'Recte Broukh. *Paria vindicat urbe*. *Praxiteles* scribo ex Neap.' *Lachm.* *Urbe* dant B.B.B.L. —17 'Et Dresd. qui tamen in seq. vs. cum plur. codd. recte habet *Est. Sunt*.. *Sunt* vulgg.' *Barth.* 'Recte Atticismum hunc *Est quibus* Propertio asseruit Broukh. quod a Mentel. Neap. Borr. Groning. Ask. Hari. meo 1. aliisque confirmatur: et sic e suo cod. affert Scaliger, additque hellenismum esse: nec aliter ex Palatt. et C. Com. Gebhardus, probante Guy. et Gruter. ad Cic. I. Verr. 2. p. 416. *Est* hic Græcorum more poni notat Stolberg. ad Soph. Aj. p. 119. *Concurrunt* Leid. 2. Hari. tres Voss. in quorum 4. *arma* pro *palma*.' *Burm.* *Concernit* Heins. Vulg. defendunt Barth. Burm.—19

NOTÆ

signis amore, qui delituit in templo, simulacroque adhæsit, tum Nicomedis matimatione regis grandi mre alieno Cnidiorum eam permutare conantis, plus famæ est adepta. Cupidinem etiam summa industria elaboravit, quem Phryne scorto insigni, cujus ardebat amore, meretricia calliditate circumventus dono dedit. De Praxitele scripsit Plin. XXXVI. 5. 'Praxiteles,' inquit, 'marmoris nobilitate superavit etiam semet.' Parius porro lapis marmor est candidissimum ac celebratissimum, quod in insula Paro, quæ e Cycladibus una est, erubatur, de quo Horat. Od. I. 19. 'Urit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius.' Seneca in Hypol. 'Lucebit Pario marmore clarius.' Virg. etiam Ge. III. 'Stabunt et Parii lapides, spirantia signa.'

17 *Eleæ quadrigæ*] Alii, inquit, ludis Olympicis celebrantur, in quibus equorum quadrigarumque celeritate palmam adipiscuntur; alii pedibus ad cursum velocissimis insignes sunt. 'Elea quadriga' est, quæ Pisam, Elidis urbem, ad Ludos Olympicos venit; qua de re jam diximus I. 8. Celebrantur autem a scriptoribus equæ Cimonis Atheniensis, quæ tres palmas Olympiacas reportarunt, quæ idcirco defunctæ Athenis sepultæ sunt. Similes etiam equas habuit Evagoras Spartanus, quæ ter etiam victrices in Indis Olympicis fuerunt.

18 *Est quibus in celeres pedes*] Velocitate pedum cursores maxime celebrantur, Ladas qui supra cavum pulverem ita cursitavit, ut arenis pendentibus nulla vestigia relinqueret Anistis, Lacon, et Philonides, Alexandri magni cursores, qui mille et ducenta stadia uno die confecerunt. Ab Homero etiam pedum pernicitate celebratur Achilles. Unde Martialis: 'Laudat Achilleos sed sine fine pedes.'

Hic satus ad pacem; hic castrensibus utilis armis.
Naturæ sequitur semina quisque suæ.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi;
Cogor et exemplis te superare tuis.
Cum tibi Romano dominas in honore secures,
Et liceat medio ponere jura foro;
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum;

innatam a velocibus plantis. Iste natus est *ad pacem, ille bello* est *idoneus. Unusquisque naturæ suæ vires et ingenium sectatur. Sed, o Mæcenas, in animum meum induxi tua vivendi exempla, mihique necesse est præceptis tuis te vincere. Quamvis* enim *possis in Romanis magistratibus secures, imperii vim præ se ferentes, statuere, ac* in *medio foro jus dicere, legesque ferre; aut* etiam *possis in Medos hostes irrumpere, domumque tuam fixis armis decorare, tibique ad id efficiendum*

Satis Regg. Mentel. Colbertt. Burm. 1. cum priscis edd. Francio numerosior videbatur versus, si legeretur *H. satus ad pacem est, hic fortibus u. a.* Sed nimiam esse hanc mutandi licentiam pronuntiat Burm.—20 ' Ita in omn. Mss. et editis, et e suis affert Alb. Eyb in Margar. Poët. cap. 12. Emendationem Broukhusii, *sequimur*, ultro amplecterer, si a codd. vetustis confirmaretur. Sed sine ullius cod. consensu hanc lect. in contextum admittere non ausus sum. *Quæque* Neap.' *Burm.* Quem recte non recepisse *sequimur* censet Kuin. Id dant B. B.—22 ' *Conor* malit Heins. Advers. p. 88. *Cogor* tamen non semper vim includit.' *Barth.* ' *Conor* Heins. et Broukhusius: quem respiciebat Marklandus, cum cod. suo ascriberet: ' *Cogor superare*, i. e. supero: ut fusius probabo: ne quis legat *Conor*.' *Superare* hic vel corruptum est, vel notat, convincere, coarguere. [Burm. *vitæ præcepta* hic explicat, hac motus ratione,] ne quis ex corrupta Mss. scriptura, in quibus, ut *in meo* 1. legitur *jure*, emendandum conjiciat *juvenis præcepta*. Male etiam *meis* in Neap. a m. sec. F. tamen non male legi posset *Cogor* (vel *Conor*) *et e. me s. tuis*.' Burm. —24 *Ut* Leid. 2. *Condere j.* conjecerat Heins. ad marg. ed. Ald. *Ponere* defendit Burm. Conjecerat Ruhnken. *promere*, vulg. tamen non improbabat. —25 ' *M. p. i. p. h.* procul dubio corruptum est, licet loco Val. Fl. 1. 439. aliisque vulgatam tolerari posse notet Patrnus meus ad Virg. IX. Æn. 406. qui tamen hic potius legend. credit *enses*. J. Helvetius conjecerat *arcus*. Sed diu est, quod ad T. 1. Anth. Lat. p. 250. emendand. existimaverim *hastas*. Hanc

NOTÆ

19 *Castrensibus utilis armis*] ' Castrensia ' dixit arma, quia sunt et Veneris et amantium arma a castris aliena.

22 *Exemplis te superare tuis*] Cum, inquit, te videam magnum nobilemque virum in ordine equestri, in quo natus es, et intra tuæ sortis conditionem remanere angusto clavo contentum, cum majora consequi possis, mihi necesse est exemplo tuo non magna nec altiora me prosequi, sed minora tantum, qualia consuevi, tractare.

23 *Dominas secures*] Romanos nimirum fasces, qui magistratibus præferri solebant, tanquam potestatis ac dominationis indices.

24 *Ponere jura foro*] Leges, jura dicere, edicta proponere, quod Ædiles, Prætores, Tribuni, Consules Romæ facere solebant.

25 *Medorum*] Medi populi sunt Asiæ, Parthis Persisque finitimi.

Et tibi ad effectum vires det Cæsar, et omni
  Tempore tam faciles insinuentur opes;
Parcis, et in tenues humilem te colligis umbras;
  Velorum plenos subtrahis ipse sinus.
Crede mihi, magnos æquabunt ista Camillos
  Judicia, et venies tu quoque in ora virum.
Cæsaris et famæ vestigia juncta tenebis.
  Mæcenatis erunt vera tropæa fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina:
  Tuta sub exiguo flumine nostra mora est.

potentiam Cæsar conferat, opesque copiosæ quolibet tempore tibi *ingerantur; parce* tamen *uteris, teque in parvas contrahis umbras, tumentesque sinus velorum subducis. Mihi fidem habeto, istud vitæ institutum te magnis Camillis parem faciet, hominumque etiam sermone celebraberis. Cæsaris quoque* Augusti *gloriæ proximus ibis. Mæcenatis* in Augustum *fidelitas certum virtutis ejus perstabit monumentum. Non ego rate velis instructa procellosum æquor navigo. Omnis nostra commoratio*

---

conj. dudum propositam, antequam Marklandi ad Propertium Annotationes nactus essem, postea lætus vidi eid. critico sagaci in mentem venisse. In cod. Palat. *pugnantes*. *Pugnatos* ex Ms. legebat Palm. in Spicil. p. 318. ut ex Groning. affert Broukh. Nihil innovandum.' *Burm.* ' *Hastas* et mihi vehementer arridet: at lectio libb. omn. modeste servanda videbatur.' *Kuin.* *Astus* reponit Lachm.—26 *Aut* alii ap. L. Lat. *Honorare* Groning. Burm. 1. *Honorare* 2. An f. *ornare*? quærit Burm. Ita legend. censuit Schrader. Emend. cap. 8. p. 150. qui sic Heinsium, Franciumque, et ante eos Demsterum etiam correxisse notavit. *Onerare* retinend. pronuntiat Kuin.—27 *Aff.* Beroaldus ac Guy. *Eff.* anteponit Burm. *Dat* Leid. 1. Dorv. 1. Burm. 1. *Det* tuetur Burm. *In o.* Dresd.—30 *Velorumque auris* Guy. Damnat Burm. *Velorum et plenos*, aut *V. et tentos attrahis* vel *contrahis* Heins. *Contrahis* certe, ait Burm. non displicet, *subtr.* tamen Ruhnkenio præferebatur.—32 ' *Judicia* male meus 1. Aldd. Junt. Colin. et Grasseri: quod tamen probasse videtur Livius. Temeraria Acidalii [ad Vell. II. 88.] emendatio, *ista triumphos*, in vs. præc. merito a Broukh. damnata, refutatur satis ex Lucan. II. 544.' *Burm.*—33 ' Palm. corrigit *fastig.* Ejus temeritatem bene retudit Acidal. ad II. Vell. 88.' *Broukh.* ' *Victa* Neap. *Fastig.* Frut. Palm. quem recte refutarunt Passerat. Broukh. *In famæ v. victa* Dorv. 1. *Hæc famæ* Heins.' *Burm.*—36 ' Legend. videtur *Tuta*.' Broukh. ' *Tuta* restituit Palm. *Via est* Dresd.' *Barth.* ' *Tota* in omn. fere codd. et vetustis edd. *Tuta* Dorv. 2. *Tuta*

NOTÆ

31 *Magnos Camillos*] Camillus dictus est alter Romulus ob Gallos Roma quondam ejectos, de quo Cicero, Livius, Horatius, Plutarchus, aliique. Virgil. quoque Ge. II. ' Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos Extulit; hæc Decios, Marios, magnosque Camillos.'

34 *Mæcenatis fides*] Quamvis summa Mæcenatis fides in Augustum fuisse dicatur, sublesta tamen aliquando visa est Augusto, qui nonnunquam illius desideravit taciturnitatem, cum arcanum de Murænæ conjuratione Terentiæ uxori prodidisset, ut refert Suet. in Aug.

35 *Non ego velifera*] Metaphorice, seu allegorice, ostendit se nolle sublimia grandiaque argumenta tractare, sed solum minora et amatoria.

Non flebo in cineres arcem sidisse paternos
Cadmi, nec semper prælia clade pari:
Nec referam Scæas, et Pergama Apollinis artes,
Et Danaum undecimo vere redisse rates,
Mœnia cum Graio Neptunia pressit aratro
Victor Palladiæ ligneus arcis equus.

est in tenui fluviolo. Non ego lamentabor arcem Cadmi patriis ignibus absumtam, neque jugiter bella pari clade. Neque prædicabo portas Scææ, ac Pergama, Apollinis propugnacula, decimaque tempestate verna Danaorum classem Troja *revertam fuisse* in Græciam; *quando* nimirum *equus abiegnus artis Palladiæ victor aratrum*

sub e. f. n. ratis Gronov. *Ratis* etiam Perr. v. c. et pro varia lect. superscript. in Dorv. 2. et sic Francius. *Tuta sit e. f. n. ratis* Guy. ut in aliis legi testatur L. Lat. Heinsius vero *Ludit* (vel *Ludat*) in *e. f. n. ratis*, quod probare videtur Cann. II. Obs. Jul. R. 4. p. 154. Certe favet huic emend. Ov. II. Tr. 329. Sed cum Scaligero *Tuta sub e. f.* malim: quod etiam recepit editor Elect. Eton. Minor. p. 122.' *Burm.* Kuinoelis lect. dant B. B. B. L. qui id defendit.—37 '*N. phebi* Dorv. 1. Ask. quod ex glossa irrepsit. Plerique codd. et edd. priscæ [et recent. *Barth.*] *sedisset* unde *sed.* in c. pro, in cineribus, capiebat Tennulius ad Frontin. I. Strat. 12. 22. Dousa P. ad marg. ed. Rouill. conjecerat *cessisse*. Sed *sidisse* placebat Heinsio, et optime astruxit Broukh. quod probabat etiam Francius. Et *sidere* et *sedere* probum esse censet editor Elect. Eton. Quia parum refert utrum scribatur, *sedisse* hic non mutand. censebat Ruhnken. Heinsius correxerat, *paternam*. Certe *in cinerem arces sed. paternas* in nonnullis codd. *Cineres paternos* mire dictum agnoscit editor Elect. Eton.' *Burm.*—38 'Lips. II. Ant. Lect. 10. suspicabatur emendand. *N. septem*. Passeratii libri *N. fratrum*. Nostri nihil mutant, et recte.' *Broukh.* Nec Barthiani mutant, quod probat. '*Nec semper pr.* ut in multis Mss. absurde Passeratius per ὑστερ. *semper-pr.* exponit. Melius profecto *septem* cum Lips. et *septem pr.* exponebat Markl. qui tamen præfert *fratrum pr.* et ita hic legend. ac alibi pluribus probaturum dicit ad Stat. p. 310. Utrumque *fratrum* vel *septem* fastidit editor Elect. Eton.' *Burm.*—39 '*Artes* correxit Broukh. recep. Vulp. Gött.' *Barth.* '*Arces* et *decimo* [in vs. 40.] errore pertinaci in omn. fere codd. et edd. vetustis. Immerita verborum acrimonia in Broukh. hic invectus est editor Elect. Eton. Recte enim ille *undec.* Pro *Scææ* in aliis *sacrus* legi notat L. Lat.' *Burm.* 'Proba erat scriptura, *arces*. Nam, quod 'Cadmi arx' præcesserat, non est magni momenti.' *Lachm.* *Artes* dant B. B. B.—40 'Ratio temporis postulat *undec.*' Broukh. Rece-

NOTÆ

37 *Non flebo in cineres*] Non attingam, inquit, neque tentabo scribere materias grandes et sublimes, velut bellum Thebanum, quo pari clade vulneribusque mutuis Eteocles et Polynices germani concurrentes in invicem conciderunt. Arcem enim Cadmi vocat urbem Thebanam, quam Cadmus condiderat, quæque ab Epigonis, Alcmæone duce, diruta est.

39 *Nec referam Scææ et Pergama*] H. e. non scribam bellum Trojanum. Scæa namque fuit Trojæ urbis porta, de qua Virg. Æn. II. 'Hic Juno Scææ sævissima portas Prima tenet.'

Pergama Apollinis] Quia nimirum Apollo et Neptunus mœnia Trojæ, quæ et Pergama sæpius poëtis dicitur, construxerunt, postquam ad hoc opus Laomedon certam pecuniæ summam esset pollicitus.

41 *Mœnia Neptunia*] Urbem Tro-

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, Dore poëta, tuis.
Hæc pueri curent, hæc curent scripta puellæ; 45
Meque Deum clament, et mihi sacra ferant.
Te duce, vel Jovis arma canam, cœloque minantem
Cœum, et Phlegræis Oromedonta jugis;

Graium impressit muris Neptunius. Mihi *satis erit laudari cum Elegis Callimachi, tuisque, o vates Coë, numeris lusisse. Hos versus curæ habeant ac voluptati pueri puellæque, meque Divum esse prædicent, mihique sacrificia offerant. Te duce, o Mæcenas, Jovis etiam bella canebo, Cœumque minas intentantem cœlo, montibusque*

pere Barth. Burm. Vulp. Gött. *Decimo* tuetur Lachm.—41 *Cessit* Reg. 2. Damnat Burm.—42 '*Arcis* est ex emend. Broukh. prob. Vulp. Gött.' *Barth.* '*Artis equus* in plurimis codd. *Artis opus* in aliis: recepta lect. proba est: licet ea non opus esse pronuntiet editor Elect. Eton. Male *Vector* conj. Heins.' *Burm. Artis equus* tuetur Lachm.—43 'Novi, cui *jacuisse* legend. videbatur: sed *plac.* non videtur solicitand.' *Burm.*—44 '*Choe* Venet. *Clare* Ayrm. *Dore* legend. recte observat P. Scriver. Anim. in lib. Spectac. Martial. Ep. 31.' *Barth.* '*Dore* edidit Broukh. *Dure* præfert Pont. II. Analect. 2. ut in plerisque codd. legitur, cum primis edd. Venet. 2. Vicent. Rheg. [Brix.] Volsci. Scaligero placebat *pure*, et Dalecampio ad Athenæum IX. p. 401. Omnium optime Beroaldus videtur emendasse, *Coë*. Beroaldi lect. in reliquas edd. translata fuit. Vir eruditus sæculi præcedentis ad Scaligeri Castig. in Prop. p. 216. ascripserat: 'Malim *Coë*, si modo librum Ms. habeat astipulatorem.' Editor Elect. Eton. p. 123. *Dore* rejicit, sed absurdissimam proponit conj. *dive Phileta*, quam merito explosit Schrader. Emend. cap. 5. p. 98. Vera lect. est *Coë*, idque Guyeto et Passeratio probatum fuit, et in Aldd. Junt. Colin. Mur. Rouill. Gryphianis, Canteri, Grasseri, ceterisque receptum.' *Burm. Dore* tuetur Kuin. *Pure* probat Valckenaër. ad Fragmenta Elegiarum Callimachi p. 5. *Sit c. m. pure* vera lect. videtur Lachmanno.—45 'Nescio quare ediderit Broukh. *H. cur. pu. h. cur. scr.* Scaligeri editionem secutus. *H. curent pueros, h. curent scr. puellas* Regg. Colbertt. [Palatt. Bon. Dresd.] Borr. Groning. Ask. Leidd. tres Voss. Dorvv. mei, et vetustæ edd. *H. pueri curent, h. curent scr.* Perr. v. c. Vat. 1. 2. quod placet: sed prætuli *H. pu. curent, curent h. scr.* ut malebat etiam Franc. Bronkhusius oræ ed. Colin. conjecturam Heinsii ascripserat, *H. curent pueri, versent h. scr.* sed repetitio vocis *curent* non invenusta videtur. Acute etiam Guy. et Passerat. *H. urant pueros, h. urant scr. puellas*, quod sua venere non caret. Saltem omnes hæ varietates præstant præ lect. a Broukh. exhibita.' *Burm.* '*H. pueri curent, cur. h. scr.* Burm. dedit, nimis profecto licentiose. Vere, ne dubita, Guy. et Passerat. *H. urant pueros, h. ur. scr. puellas:* neque aliter Volsc. 2.' *Lachm.*—46 *Clament* Groning. *Deas f.* cod. Scal. Voss. 3. Ask. quod astruit Burm.—47 'In nostro 2. est *minacem*, quod ferri poterat.' *Broukh.* 'Id præferend. omnino suadent loca Horatii a

NOTÆ

jam significat, quam modo dixit etiam 'Apollinis artem,' quia nempe Trojæ muros Neptunus et Apollo construxisse dicuntur.

42 *Palladiæ ligneus arcis equus*] Trojanus equus, quem montis instar 'divina Palladis arte' ædificarunt Græci. De quo jam supra sæpius.

44 *Dore* [*Coë*] *poëta*] Philetam intelligit, ex Coo insula natum, de quo jam Eleg. 1. hujus Libri, ubi etiam de Callimacho diximus.

Celsaque Romanis decerpta Palatia tauris
  Ordiar, et cæso mœnia firma Remo;
Eductosque pares sylvestri ex ubere reges:
  Crescet et ingenium sub tua jussa meum.
Prosequar et currus utroque ab littore ovantes;
  Parthorum astutæ tela remissa fugæ;

Phlegræis Oromedontem; scribere incipiam alta palatia a bobus Romanis depasta, muroscque munitos, interfecto Remo, et geminos reges nutritos lacte ferino, mihique erit uberior vena sub tuum imperium. Versibus etiam meis dicam currus ab utroque mari triumphantes, sagittasque canam retro missas dolosæ fugæ Parthorum, arces-

Broukh. producta. 'Minax' enim et 'minans' passim confunduntur. Hoc quoque probat Eton. Elect. editor.' *Burm.* *Minantem* commode quoque ferri posse pronuntiat Kuin. et dant B. B. B. L. qui id defendit, et statim ante h. vs. collocat vss. 59. 60.—48 Damnat Burm. *Cæcum* quod in Borr. *Cærum* Dorv. 1. *Ceum* Burm. 2. In 1. tria prima verba deficiunt. *Oromodonta* Neap. Brix. *Oromadunta* Ask. *Orodomonta* Borr. Mentel. Voss. 1. 4. *Orodomanta* Burm. 1. *Eromodonta* Voss. 1. Dorv. *Flegreis Oromodonta* Burm. 2. Hunc vs. legunt B. B. B. L. ut Kuin.—49 *Decerta* Mentel. Ceteri omn. *decerpta;* et sic affert Nestor in Vocab. p. 155. *Celsave* legit Lachm.—51 Improbat Burm. *Deductosque*, quod in Borr. et suo 1. Improbat et *arbore*, quod in Mentel. Groning. C. Com.—54 '*Parthicaque* Heins. *Parthique* vel *Parthorum astutæ et* Guy. *Telave missa*, vel *ac tutæ t. r.* vel *ast. t. dedisse* tentabat Passerat. Nihil opus.' *Barth.* 'Copulam desiderasse videtur Heinsius, quia conjecerat *Parthique astutæ*, *Parthicaque astutæ*, vel *Parthorum ac tutæ*, quod ultimum Passeratio etiam in mentem venerat, vel *Parthorum astutæ telave missa fugæ*, vel *tela dedisse*. Sed has ejus conjecturas satis superciliose rejecit Gebhardus, licet vulgatam bene tueatur. *Astu-*

NOTÆ

48 *Cærum*] Cœus unus fuit e gigantibus, quos dicit Virg. 'Conjuratos cœlum rescindere fratres,' quippe qui Jovem cœlo dejicere aliquando tentaverint.

Phlegræis Oromedonta jugis] Oromedon fuit etiam alius e Titanibus seu Gigantibus, qui Jovi bellum intulerunt; Phlegræa vero juga Thessalorum montium sunt vertices; de quibus II. 1. Phlegra namque, seu Phlegræus campus duplex; alter in Italiæ ora maritima circa Cumas, quam oram Giganteam vocavit Propertius I. 20. alter est in Thessalia, de quo hic agitur, et infra Eleg. 11.

49 *Decerpta Palatia tauris*] Cantabo, inquit, urbis Romæ originem, ubi ante Phrygem Æneam collis et herba fuit, et quomodo Romuli boves, aliaque pecora, in monte Palatino herbas depascebant.

50 *Cæso mœnia firma Remo*] De morte Remi historiam tangit, quia nimirum sublato æmulo sibi regnum asseruit Romulus; vel quia fraterna cæde cavit, ne quis muros urbis suæ deinceps violare auderet.

51 *Sylvestri ex ubere reges*] Romulum ac Remum significat, lupæ lacte nutritos.

53 *Utroque ab littore*] Ab Eoo nimirum et Hesperio, seu ab Orientali et Occidentali mari. Ab Occidente propter Hispanos ac Britannos bello devictos; ab Oriente, propter Indos, Parthos, aliosque Orientis populos; de quibus etiam in hanc sententiam Virg. Ge. III. 'Et duo rapta manu diverso ex hoste tropæa, Bisque triumphatas utroque ab littore gentes.'

Claustraque Pelusi Romano subruta ferro,
Antoniique graves in sua fata manus.
Mollia tu cœptæ fautor cape lora juventæ,
Dexteraque immissis da mihi signa rotis.
Hoc mihi, Mæcenas, laudis concedis; et a te est,
Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.

que Pelusii subversas armis Romanis, ac Marci *Antonii manus in suam* ipsius *perniciem sævientes. O tu facilis ac benigne fautor, primæ meæ juventutis habenas suscipe, et da mihi fausta signa effuso in cursum curru. Illam mihi gloriam concedis, o Mæcenas, et a te est, quod ego dicar in tuis partibus fuisse.*

ta fuga optime de Parthis. Ad Flor. IV. 10. 3. Freinshem. hic legit *Parthorum astuta tela remissa fuga:* sed quod jure improbat Gronov. L. Obs. 11. p. 101.' *Burm.*—55 '*Claustraque* acuta est et capitalis [Ead. dicit Barth.] Palmerii emendatio; quæ tamen ipsa ap. Lips. legitur in Tac. II. A. 59.' *Broukh.* Hanc conj. egregiam vocat Lachm. verissimam vocat Burm. cui Passeratius videtur eam probasse: nec aliter Guy. Heins. Markl. conjecerant. *Castraque* in omn. fere Mss. et vetustis edd. ut affert etiam Nestor in Vocab. p. 112. et 158. *Subdita* damnat Burm. quod in Borr. Voss. 4. et suo 1. *Pelusii* Mss. et edd. antiquæ.—56 *Antonii* improbat Burm. quod in suo utroque, Borr. et aliis codd. ac priscis edd.—57 '*Mollis* refer ad 'juventæ.' *Molliter* [*inceptæ*] vult Ayrm. in Sylv. Emend. Crit. eod. certe jure quo Broukh. *Mollia* posuit.' *Barth.* '*Mollis* in plerisque codd. et antiquis edd. quod absurdum. Broukh. *mollia* substituit; quam pulcherrimam emend. vocat Etonensium Electorum editor, et ab eo in contextum esse admissam non indignatur. Certe *mollia lora* conveniunt 'cœptæ juventæ.' *Mollia dona* in aliis legi testatur L. Lat.' *Burm.* 'Recte Broukh. videtur *Mollia* reposuisse.' *Lachm.*—58 *Dextraque* Ald. 2.—59 *Est* nesciunt plerique Mss.—60 *Lentius isse* Ayrm. conj.

NOTÆ

55 *Claustraque Pelusi*] Bellum significat Alexandrinum, quo Cleopatram Antoniumque devicit, Alexandriaque potitus est Augustus, postquam Antonium ut sibi violentas manus afferret eo compulisset. Pelusium autem urbs est Ægypti, ut ait Strabo Lib. XVII. paludibus cincta, ac angusta viarum. Nunc vocatur *Damiette*.

ELEGIA X.

DE NATALI AMICÆ SUÆ.

Mirabar, quidnam misissent mane Camœnæ,
Ante meum stantes, sole rubente, torum.

Admirabar ego *quidnam mane* ad me *misissent Camœnæ, consistentes ad meum*

De titulis, qui in Mss. et edd. vetustis præfixi singulis Elegiis habentur, quid judicandum sit, vel ex hoc solo specimine notasse sufficiat, quod in Re-

Natalis nostræ signum misere puellæ,
Et manibus faustos ter crepuere sonos.
Transeat hic sine nube dies; stent aëre venti;
Ponat et in sicco molliter unda minas.
Aspiciam nullos hodierna luce dolentes;
Et Niobæ lacrymas supprimat ipse lapis.

lectum, oriente sole. Signum dederunt diei natalitii meæ amicæ, earumque *manus ter plausus latos ediderunt. Iste dies prætereat sine nube, flatu non agitent aërem venti; placide etiam mare iras deponat in arido littore. Neminem omnino hodie videam tristem; saxum etiam*, quod quondam fuit *Niobe, fletus cohibeat. Alcyo-*

gilis et meo 2. inepte inscribatur hæc Elegia *De Niobe*, quia vs. 8. ejus fit mentio. Est enim Elegia in Natalem Cynthiæ, ut ex vs. 3. et fine, manifestum est. Sic infra El. 11. vs. 21. nova incipit Elegia, *De Semirami*, quia illic Semiramidis meminit: et El. 15. post vs. 10. alia quoque in Mss. Elegia a prioribus separata inchoatur cum epigraphe, *Fabula Anthiopæ*. Hæc Burm. In Dresd. inscriptum est *De die natali amicæ suæ:* et sic in aliis.—1 '*Jussisent*, quod maluerunt quidam, auctori suo Volsco libens redono. Heinsius ad Claud. Epithal. Pall. et Celer. 56. scribit *visissent;* uti et vs. 3. *visere puellæ*. In primo si quid mutandum, potior mihi fuerit Passeratii ac Livineii conjectura, *risissent*. Sed *signum mittere* est, signum dare. Quare sustinebo assensum, donec prodierint dudum promissæ in nostrum Poëtam Notæ Viri summi. Interim moneo, in omn. libb. scriptis inveniri lect. vulgo receptam.' *Broukh.* '*Visise*. vult Heins. Advers. p. 88. *Quid me visiis*. Guy. *Jussiis*. extare in uno cod. vetusto annotat Heins. l. c. quod Volscus præferebat, nec Livin. improbabat, qui tamen et *risiis*. suspicabatur. *Misiis*. defendit Cortius ad Cic. Ep. ad Div. II. p. 72. pro, significassent, sc. epistola. Sane ἐπιστέλλειν etiam ap. Græc. hanc vim habet, ut et, mandata dare, notet.' *Barth.* '*Misiis*. non solicitand. Tertio vs. *misere* mutari non opus est, et male illic *signumque dedere* Dorv. 2. *Miserere* illic vitiose in meo 2. [et Brix.]' *Burm.*—2 '*S. oriente* Heins. [Sine necessitate, ait Barth.] neque hoc admittendum. *Rubente* præferebat Franc. et bene vindicavit Broukh.' *Id.*—3 *Misere* defendit et Barth. —4 *Somnos* Burm. 1.—5 *Stent* Leid. Voss. 1.—6 Damnat Burm. *Ponet*, quod in Neap. Leid. 1. Dorv. *Minax* Bon. Borr. Leid. 2. Dorv. 1. Burm. 2. quam lect. admodum elegantem pronuntiat Barth. sed vulg. statuit defendi a Lucret. v. 1001. *Ponat et insuetas* Heins. Vulg. tuetur Burm.—8 'Hæc est lect. Groning. quam nolim solicitari.' *Broukh.* '*Niobes ipse suas* Guarn. et duo alii ap. Heins. *Ipsa lapis* vult Guy.' *Barth.* '*Et Niobe lacrymas suppr. ipsa suas* in Heinsian. *Ipse suas* Mentel. et Voss. *Niobe l. s. ipse lapis* in aliis, et primis edd. hoc est *Niobes*, ut in Leid. 2. tribus Voss. et Groning. *Niobe l. s. ipsa*

NOTÆ

1 *Mirabar*]. Ut lætius dies Cynthiæ natalis celebretur, cœli serenitatem optat Propertius, maris tranquillitatem, omnia denique fausta ac læta precatur, Cynthiamque ipsam ad sacrum illum diem natalitium celebrandum exhortatur.

Camœnæ] Diem natalitium Cynthiæ Musas, quæ et Camœnæ dicuntur, celebrare voluisse significat Poëta, quæ sibi quiescenti ante torum summo mane astiterunt.

3 *Natalis*] Natalem diem celebrare solenne fuit apud Romanos; sed Herodotus narrat Persas præ ceteris gentibus festum illum diem religiose colnisse.

8 *Et Niobæ* [*Niobe*] Et flere desinat, quæ nunc lapis est, Niobe. Dicitur enim Niobe conversa in lapi-

Alcyonum positis requiescant ora querelis;
Increpet absumtam nec sua mater Ityn.
Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,
Surge, et poscentes justa precare Deos.
Ac primum pura somnum tibi discute lympha,
Et nitidas presso pollice finge comas.
Dein, qua pridem oculos cepisti veste Properti,
Indue; nec vacuum flore relinque caput:

suum guttura cassatis questibus silent, neque lamentetur sua genitrix Ityn occisum et comestum. Tu vero, o mihi dilecta, fausta avibus nata, consurge, rectaque et honesta a Divis annuentibus pete. Et ante omnia aqua munda soporem dilue; digitisque leviter admotis capillos nitentes come. Deinde vestem illam indue qua primo Propertii oculos rapuisti, et cave ne caput tuum careat sertis. Deos autem precare,

suas probabat Heins. in Notis p. 724. et Francius ascripserat id Ovidianum esse. Sed vera Propertii manus est, *Et Niobe* (vel *Niobes*) *l. suppr. ipse lapis. Lapis* non tentandum.' *Burm.*—9 *Halcionum* Veneta 1. *Halcinoum* 2. ap. Barth. Nescio an hæ edd. nostris conveniant. Et sic fere habe de Venetis Barthii ac Broukhusii: qui tamen aliquando faciunt ut intelligantur, dum memorant ipsum annum quo editæ sunt. *Halcynon* Borr. *Ascinoum* Ask. Vult Burm. *Alcyones*.—11 *Tuque io* Voss. 4. *Tu quoque, c.* cod. Palat. et Dresd. *Tu quoque o c.* Palat. membr. *Cura* vult Passeratius: nescit Barth. cui bono, et rejicit Gebhardus recte, pronuntiante Burm. Affert Torrent. ad Horat. 1. Od. 6. 2. *At tu cura. Panis* Heinsian. *Pœnis* Mentel. *Parcis* legend. videbatur Withofio in Prælectis Crit. p. 73, sed invito, ut opinatur Boxhornius. Propertio.—12 *Petentes* Burm. 1. *Præsentes* Passeratius. *Poscentes* tuentur Barth. Burm. *Poscendos* reponit Lachm.—13 *At* Palat. 1.—14 *Roseo* vel *tereo* Heins. Vulg. tuetur Burm. *Genas* in aliis esse testatur L. Lat.—15 *Dehinc* Mentel. '*Pridem* est ex emend. Broukh. recepta Vulp. et Gott. pro *prius* vulgg. [et codd.] Mihi *prius* magis placet.' *Barth. Pridem* malit Burm. *Prius* defendunt Kuin. Lachm. *Oculos* deest in Dorv. 2. In aliis etiam *capisti*: damnante Burm. *Te qua primum* Burm. 2. et in marg. *Denique* pro varia lect. vel glossa.—16 *Cæsum* Brix. et Venet. ap. Barth.—17 *Fama* emd. et Regg.

NOTÆ

dem, qui perpetuis adhuc manat lacrymis. De Niobe diximus ad II. 20. 7.

9 *Alcyonum*] Alcyones, de quibus jam sæpius, sunt aves marinæ, quæ dicuntur querulæ, quod fingantur mortem lamentari Ceycis conjugis Alcyones, quæ fuit in avem ejusdem speciei mutata. Vide Ovidium Lib. Metam. XI.

10 *Mater Ityn*] H. e. ne Procne, quæ facta est hirundo, vel, ut alii, luscinia, sæpe lamentetur filium Ityn interemtum, ac mensis appositum. Fabulantur enim Procnen, Terei Thracum regis conjugem, filium suum Ityn, quem ex Tereo genuerat, interemtum comedendum apposuisse eidem Tereo viro suo, quod sororis suæ Philomelæ vim intulisset. Quam uxoris impietatem cum Tereus deprehendisset, aguito filii capite, Procnenque ac Philomelam stricto gladio insequeretur, dicitur fuisse in avem upupam commutatus, Procne vero in hirundinem, Philomela in luscinian, Itys denique in phasianum.

Et pete, qua polles, ut sit tibi forma perennis,
Inque meum semper stent tua regna caput.
Inde coronatus ubi thure piaveris aras,
Luxerit et tota flamma secunda domo;
Sit mensæ ratio; noxque inter pocula currat;
Et crocino nares murrheus ungat onyx.
Tibia nocturnis succumbat rauca choreis;
Et sint nequitiæ libera verba tuæ.
Dulciaque ingratos adimant convivia somnos;
Publica vicinæ perstrepat aura viæ.

ut illa pulchritudo, qua nites, sit tibi perpetua, tuaque in me imperia firma jugiter maneant. Postquam vero Deorum *altaria sertis redimita propitiaveris, ignisque faustus* sponte *tibi emicuerit per omnem ædem; mensæ* tibi *sit cura, et nox* tota *transeat inter calices, ac murrheus onyx crocino nares imbuat. Tibia canendo defessa nocturnis choreis deficiat, verbaque nequitiæ tuæ sint libera; jucundæ etiam epulæ soporem auferant ingratum; aura publica viæ vicinæ cantu plausuque perso-*

Mihi fama Dorv. 2. *Forma* tuetur Burm.—18 *Sunt* Dorv. 2. *Stent* defendit Burm. *Stent tibi* Burm. 1. minus recte, Broukhusio censente; at male, Burmanno. Totum h. distichon deest in Neap. et Voss. 2.—19 *Tibi t.* Dresd. Superne tamen script. 'Al. *ubi*.'—20 *Luserit* Guarn. Leid. Voss. 1. Ask. Burm. 1. *Fulserit* Heins.—21 *Sic* Burm. 2. *Moxque* Borr. Regg. Mentel. Voss. 1. 4. Burm. 1. et priscæ edd. *Curat* Borr. Burmm. *Vosque* Perr. v. c. damnante Burm. qui hinc legend. arbitratur *voxque . . cantet*. Certe *voxque* . Colot. tribus Vat. et Veneta ap. Barth. Sed *nox* et *currat* minime sollicitand. pronuntiat Kuin. Censet Burm. f. etiam corrigend. *Sit m. statio.*—22 *Myrrheus* Dresd. Brix. '*Crocinonarix murens* Borr. *Naris* Mentel. Voss. 1. In meo 1. lacuna est, *t.....murens*. In 2. *Et croci nonaris murens*: et in marg. *croum* pro varia lect. Receptam lect. firmat Nestor in Vocab. p. 94. Heinsio pro *nares* legend. videbatur *crines*: quod placet.' *Burm.*—23 *Incumbat* Heins. Censet Burm. vulg. exigi a 'rauca.'—24 *Et sine* olim conjecerat Broukh. qui nihil de eo monet in Notis. Hoc exhibet Brix. *Suæ* vult Heins.—25 '*Cru-*

NOTÆ

11 *Felicibus edita pennis*] Fortunato ac fausto avium volatu, seu faustis auspiciis. Posuit enim pennas pro, avibus. Ut Virg. Æn. III. dixit: 'Et præpetis omina pennæ.'

19 *Thure piaveris aras*] Aras posuit pro Diis ipsis. Deos enim adorasse veteres ingesto super aras thure notissimum est.

22 *Crocino*] Unguentum est crocinum, quod fiebat ex aromatibus et croco in oleo macerato, de quo Plin. pluribus in locis. Dioscorid. Lib. I.

Murrheus ungat onyx] Onyx est, ut jam diximus, ampulla, seu vasculum unguentarium. 'Murrheus' autem vocatur onyx murrha plenus: myrrha namque apud veteres inter unguenta pretiosa numerabatur. Unde et Horat. 'murrheum crinem' dixit myrrha delibutum, ut etiam ap. Tibull. III. 4. 28. legitur 'myrrhea [myrtea] coma.'

23 *Tibia*] In sacris, in ludis, et conviviis, sicut et in funeribus, tibicines adhibebant antiqui. Cupit autem Propertius saltationes et convivia per totam noctem celebrari, ita ut tibicines fatigati vincantur a tripudiantibus.

Sit sors et nobis talorum interprete jactu,
  Quem gravibus pennis verberet ille puer.
Cum fuerit multis exacta trientibus hora,
  Noctis et instituet sacra ministra Venus;
Annua solvamus thalamo solennia nostro,
  Natalisque tui sic peragamus iter.

net. Sit etiam nobis sors interprete talorum jactu, quem ille puer gravibus aliis verberet. Quando vero *praeterierit tempus pluribus elapsis trientibus, Venusque fieri praecipiet sacra noctis; persolvamus* etiam *nostro toro solennia annua, ac ita tui natalitii diei cursum peragamus.*

vicia conj. Broukh. idque adeo placebat Ruhnkenio, ut textui reddend. censeret.' *Burm.* Vulg. commodum quidem offerre sensum, sed *convicia* non esse inelegantem emend. pronuntiat Kuin. '*Convicia* prob. Burm. ad Lotich. I. 31. si modo unicus liber faveret.' *Barth.*—26 '*P. aura* edere malui, consentientibus omn. fere codd. [cum Ed. pr.] *Aura* f. melius esse notavit Scaliger, licet nonnulla pro *ara* afferat. *Perstrepet aura* in aliis haberi notavit L. Lat. Guyetus legebat *vicina perstrepat aura via:* cui etiam *ara* non improbabatur, ut Passeratius: quod praeter Regios etiam est in pr. edd. et sic legitur in Ber. licet in Notis nihil memoret. Jure rejectum fuit a Broukh. qui tamen *ora* ex Heinsii conjectura contextui male inseruit. [De illo *ora* non ambigendum pronuntiat Broukh. Sed *ora viae* duriorem esse locutionem censet Barth.] *Aura* emendaverat etiam Markl. in marg. ed. Graev. in qua *ara*. *Perstrepet* Neap. Leid. 2. Voss. 1. 3. Dorvv. et meus 2. Hinc *percrepet* eliciend. videbatur Santenio.' *Burm.* *Ora* dant B. B. qui saepe alibi Broukhusii emendationes exhibuit in textu, dum in Notis refellere studuit.—27 *Tactu* Brix. solenniter.—28 'Torrent. hunc l. laudans ad Horat. I. Od. 27. *torquent* scripsit pro *verberet*, perspicuo errore memoriae.' *Broukh.* Id. pronuntiat Barth. *Gravius* legebant Beroaldus et Guy. Damnat Burm. *poenis*, quod in suo 1. —29. 30 *Laxata ora* Ask. In Burmm. distinguitur, *hora Noctis, et &c.* sed vulg. putat praeferend. *Instituit* Dresd. Pro *min.* Heins. conj. *sequestra.* Vulg. tuetur Burm. *Marita* Markl. Quod si admittatur, distinctionem *hora Noctis, et* praeferend. putat Burm.—31 *Th. et sol.* Dresd. Colbertt. Burm. 2. Vicent. Venet. ap. Barth. Brix. Volsci, Ber. Aldd. Junt. Colin. Gryph. 1551. et 1561. Plantin. 1560. et Grasseri. *Th. et somnia* Venet. 2. Rheg.—32 'Insulsam lect. *ter p.* spurcidica interp. fulcire conatus est Passeratius.' *Broukh.* '*Ter p.* Ber. et in Ms. Sambuci legi testatur Mod. in Nov. Lect. p. 82.' *Burm.* 'Non dubito quin Prop. dederit *ter p.* quod Groning. habet cum Mentel. et uno ex Vossianis. Guarn. utrumque conjungit, *ter sic p.* exhibendo.' *Lachm.* *Sic* dant B. B. B.

NOTÆ

27 *Talorum interprete jactu*] Talorum jactu divinabant inter pocula, quam quis amaret, et quo successu, et quis gravius ardentiusque a Cupidine verberaretur.

28 *Ille puer*] Cupido nimirum, Deus amoris, qui fingitur alatus puer, ut I. 9. 28. 'Nullus amor cuiquam faciles ita praebuit alas.' Ovid. Rem. Am. 198. 'Debilibus pennis irritus exit Amor.'

29 *Multis trientibus hora*] Longa potatione. Triens porro est uncia quatuor, seu tertia pars assis. Unde triens hic intelligitur calix continens quatuor cyathos.